
1
7
381







NICETAE ACOMINATI CHONIATAE,

MAGNI LOGOTHETAE SECRETORVM, INSPECTORIS ET IVDICIS VELI, Præfecti Sacri cubiculi:

IMPERII GRAECI HISTORIA, *ab anno* M. C. XVII. *in quo Zonaras desinit, vsque ad annum* M. CC. III. *Libris* XIX. *descripta: quorum ordo præfationes sequitur.*

ITERATA EDITIO GRAECOLATINA,
HIERONYMO VVOLFIO
Oetingensi interprete.

cui accesserunt

Breuiaria singulis libris præfixa.
Perpetuæ ad marginem Notæ morales ac politicæ.
Gnomologia & Chronologia historica.
Axiomatum & Rerum Insignium INDICES.



Apud hæredes Eustathij Vignon.
M. D. XCIII.

ADRIANO IVNIO TYONGIO, DORDRACENO, VIRO NOBILI, S. G. S. SALVTEM.

NOTAS *meas politicas & morales, quas anno proximè elapso ad insignem Nicetæ Choniatæ sapientis Scriptoris historiam Byzantinã addere iussit de literarum (historiæ præsertim) studiosis bene merendi desideriũ, tandẽ visum est, Adriane Iuni, dare in lucẽ, sub nominis tui patrocinio. Causã multiplicem habui. Prima fuit, quod obscuræ meæ lucubrationi ab illustri tua fama lumen conciliare conatus sum. Altera, peculiaris ille amor, quo me abhinc sexennio complexus es, & quem nuper abundè mihi testatum fecisti. Tertia, eáque potissima, eximia & incredibilis tua charitas erga Ecclesiam & Rempublicã nostram, quam tu geris in pectore, & iuuare pergis feliciter. Quoties animo recurrit dulcissimus noster conuictus, de rebus seriis placida frequénsque disceptatio, singularis item illa quæ mihi cum eruditis & piis adolescẽtibus, qui nũc ciuitatibus vestris maximo sunt ornamento, amicitia & animi coniunctio intercessit: maximo solatio fruor inter tot diras rerum facies, maximè quum vos etiamnum per amicissimas literas, veluti coràm, singulari quadam in me meósque beneuolentia præditos experiar. Tu vero quandiu apud nos hæsisti, me multo honore & amore dignatus es: ad tuos reuersus candorem illum & veræ amicitiæ indelebiles colores studiosè conseruas, nullo meo merito, sed modestiæ & humanitatis, quæ vestræ genti innata insitáque videtur, impulsu. Porrò ne quod refugis, importunè persequi videar, ad Nicetam venio, cuius elogium, à doctissimo Lipsio scriptum, hominẽ ad viuum paucis lineis expressum refert. Hieronymus Vuolfius Oetingensis, Græcæ linguæ peritissimus, ante XXXV. annos hanc Nicetæ historiam Latinam fecit & ab Oporino excudi curauit. Cur hoc tempore notas huic Operi (cuius versio interpreti, qui laudabilem nauauit nobis operam, intacta relicta est) adscripserim, & noua editione publici iuris fecerim, fecit temporum, quæ Nicetas descripsit, cum nostris eadem fere conditio. Actæ*

per LXXX. annorum curriculum in amplissimo Græciæ theatro, tandem à Turcis occupato, luctuosissimæ tragœdiæ, nominibus mutatis nostrum seculum exhibent, personatos Comnenos, Andronicos, & varias aularum Reique publicæ pestes in scenam reducunt. Istas tragœdias pro ingenii mei tenuitate indicaui, & ad documentũ illud in historia summum lectores reuocare diligenter studui, nempe vt Iustitiã discant moniti, & non temnere Numen. Sparsa hîc passim audies à fidis consiliariis liberrima & saluberrima dicta, quæ nihil blandiuntur, nihil celant, immo miram merámque referant veritatem. Non pauca occurrunt, quæ tibi aliisque in sublimi gradu constitutis ad moderatas ac necessarias pro Reipublicæ incolumitate consultationes animum deducere queant. Et quum nullam virtutem politica præstantiorem (sincera pietate excepta) homo consequatur, huius virtutis fructus vberrimos ex nostro Niceta, mihi crede, percipies. Notis breuiaria librorum aliáque nonnulla coniunxi, quæ planiorẽ & iucundiorem vtilissimæ historiæ lectionem facerent. Quid præstiterim nescio: tuum erit iudicium: mihi certè bona mens non defuit: si facultas, spero te tam mihi æquum fore, quàm ego in diuinæ prouidentiæ consilio, meæ imbecillitatis conscius, æquo animo acquiesco. Eruditos voce exili excito, vt meliora nobis reponant. Interea mihi, quantũ licuit, ad meipsum collecto, summa voluptas fuit cum vitæ magistro versari, qui me mihi redderet meliorem. Alios vtinam tenui hac opella, indicatis malis alienis, meliores reddere queam, docendo discens, & ex tot documentis doctrinam hauriens quæ vitæ meæ in melius instituendæ seruiat. Tu, qui mihi satis es, informem & infirmum hunc partum suscipe, & beneuolentiæ tuæ scuto contra tela liuoris, protege. Deus Opt. Max. te nobis diu incolumem seruet. Calend. Mart. anno mirandæ Dei patientiæ 1593.

***

AD

AD MAGNIFICVM ET GENEROSVM VIRVM, D. ANT. FVGGERVM, KIRCHBERGAE ET

Vveiſſenhorni Dominum, Cæſareæ Maieſtati à conſiliis, &c. in Nicetæ Acominati Choniatæ hiſtoriam,

HIERONYMI VVOLFII PRAEFATIO.

ZONARAM tuum, Vir ampliſſime, CHONIATES ſequitur, homo ſua ætate nō tantùm magnis dignitatibus ornatus, ſed etiā ingenio & multiplici doctrina prę-ſtās, & veritatis hiſtoriæ (vt mihi videtur) vbiq; ſtudioſus: ordine aptiſſimo & lectoribus vtiliſſimo. qui ordo cùm ſequētia iis quæ anteceſſere adiūgat atq; annectat, hiſtoriæ quoddā quaſi corpus abſoluit, & in ſuo genere homines eruditos reddit, hoc eſt, à vulgo mortalium diſtinguit. Multos ſanè inuenias, qui etſi à literis alieni, tamen acumine ingenii, facundia, vſu rerū, doctiſſimis viris, ſed vel natura tardioribus, vel in hominum frequentia minus verſatis, etſi omnem ætatem in optimarum artium ſtudiis contriuere, præferantur. Quòd ſi ad illam naturæ felicitatem & multiplicem experiētiam accuratior & methodica inſtitutio acceſsiſſet, quid cum illorū excellentia cōparari poſſet? Nunc laudibus eorum tantum decedit, quantum accuratior inſtitutio illis addidiſſet. Neque enim falſò dicitur, artē, quæ eſt ingenii, veluti rudis ſpeculi, quaſi expolitio quædam, certiorem eſſe ducem quàm Naturam, atque etiam vberiorem. Nam qui nullis eruditionis adminiculis ſuſtentantur, temerè plerunque feruntur, & extra limites, quò animi æſtus rapit, euagantur: docti à certis initiis ad metas ordine progrediendo, ſtatim in promptu habent, quæ ad rem pertineant. Illi multa, hi pleraque ſcitu digna tenent: illi fragmenta quędā

& quaſi diſiecta membra cōſectantur, hi ſolidum quoddam & ſuis numeris abſolutum humanæ cognitionis corpus complectuntur. Quas ob res ego perbeatos eos eſſe iudico, quibus & ea voluntas contigit vt cupiant, & eæ facultates ſuppetunt vt poſsint, citra impedimentum, ab ineunte ætate, vſque ad id tempus quod rebus gerendis aptum eſt, philoſophari, ac tum demum agendi ſolertiam cum veritatis contemplatione coniungere, animis in cœlos & ipſū Deum, corporibus in humanæ ſocietatis conſeruationē intentis. Hæc mihi vita verè humana, & potiùs diuina ſemper viſa eſt: & omnibus ijs voluptatibus, quæ cum brutis animantibus ferè cōmunes ſunt, præferenda. In quo aſſentiri mihi & ex doctis & ex indoctis optimum & prudentiſsimum quenque, imò me potiùs cum illorū ſententiis cōgruere, conſtat. Nec tuum hac in re, vt & in cæteris, præclarū iudicium, quod & tota Fuggerana familia magno conſenſu ſequitur, & cordati omnes ſummè probant, obſcurum eſt: qui filios tuos ingeniorū & corporum vigore præſtantes, ab ipſis propè cunabulis, vſque ad iuuentutis initium à doctiſsimis præceptoribus, in celeberrimis quibuſque Europæ gymnaſiis, ſeuera diſciplina moderandos, optimarúmque artium & linguarum cognitione imbuendos curaris. Quibus illi de cauſis, ſe non minus tibi debere, qua pietate ac prudentia ſunt, profitētur, quàm quòd vitam & maxima quæque ornamenta felici quodam fato abs te acceperunt: qui verus non tantùm corporum, ſed etiam animorum pater eſſe voluiſti, nec genuiſſe contentus, vtriſque ea ſuppeditaſti, in quibus humana felicitas conſiſtit. Vt autem terrena corpora terræ frugibus aluntur: ſic cœleſtis & diuinus animus ſuum paſtum habet eruditionem. Quam à vulgi fece, hoc eſt, à peſsimo & ſtultiſsimo quoque contemni ac derideri, non eſt mirandū: cùm quòd de re ignota nihilo rectiùs ſtatuere poſſunt, quàm cæcus de coloribus pronunciare: tum quòd vitiis atque ineptiis ſemidoctorum quorundam, aut corruptorum hominum, rem præclariſsimam metiuntur. Nam quid eſt aliud eruditio, niſi ampliſſimum quoddam & inſtructiſsimum amphitheatrum humani ingenii, & experientiæ multiplicis? ad quod exornandum & locupletandum, non tantùm omnes nationes, omnes homines, omnes ætates ſtipem ſuam contulerunt: ſed etiam DEI immortalis liberalitas multa auctaria adiecit, iis rebus partim

arcano

arcano afflatu, partim per insignia miracula reuelatis, quas ob tusior humani ingenii acies perspicere minimè potuisset. Cùm autem RATIO ATQVE ORATIO multò magis, quàm forma corporum, hominem distinguat à belluis: & veritatis solida cognitio, & diserta explicatio, sit eius proprium munus: quid aliud est philosophari, quàm in eo elaborare, vt vocabula cum rebus consentiant, & vt ii simus qui dicimur, homines? Complector autem Philosophiæ nomine, tantum, quantum ipsius significatio complectitur, studium atque amorem sapientiæ: quæ rerum diuinarum & humanarum, causarumque quibus eæ res continentur scientia, definitur. Quam immensitatem cùm solus DEVS rerum omnium opifex teneat: solus vt boni, ita & sapientis nomen iure sibi vendicat. Homines autem, sapientiæ & virtutis amátes ac studiosos esse, nihil vetat: quo amore ac studio quò quisque longius progreditur, eò propius à cœlestibus genijs abest, qui ea re beatissimi habentur, quòd ipsum DEVM, omnis bonitatis & sapientiæ fontem, iugiter cum ineffabili gaudio intuentur (neque alia piorum beatitudo post hanc vitam fore, haud abs re creditur) quò propius resistit, eo minus dignitatẽ suam & excellentis naturæ munera tuetur. Quis verò ea sit arrogantia, vt suum vnius ingenium tantum esse putet, vt eo contentus, omnia veterum inuenta & experimenta, literarum monumentis cõsignata, aspernari queat: ac non potius ex infinita copia, optima quæque, & ingenio suo vitæque instituto aptissima, perscrutetur? Nam vt vnus excellat, aut saltem cum mediocri successu laboret in omnibus, vix, ac ne vix quidem fieri potest. Ac plerosque vel rei familiaris angustiæ, vel ingeniorum tenuitas, in certum quoddam studiorum genus, velut in carcerem aut ergastulum, abstrudunt. Quibus autem DEI OPT. MAX. benignitas ea & animorum & fortunarum subsidia concessit, vt in nullius magistri verba iurare coacti, libertatem suam inuiolatam retineant: profectò eo beatiores erunt, quo pluriũ & meliorum rerum cognitionem coegerint, in varijs linguis atque authoribus dissipatam. Id autem difficile ei non erit, qui linguæ Græcæ ac Latinæ mediocri vsu instructus, methodo se assuefecerit, & artium optimarum fundamenta fideliter iecerit. Ac est in ea re sanè difficultatis & molestiæ nonnihil. Sed vbi ex illis artium angustijs in liberrimũ optimi cuiusque scri-

ptoris campum eluctatus fueris, verè id apparebit, quod à quodam sapientissimo viro dictum est, siue is Socrates, siue Isocrates fuerit (nam vtrique asscribi video, & procliuis error est in vnius literæ discrimine) Radices eruditionis amaras esse, fructus verò dulcissimos. Radicibus autem comparantur, linguarum & artium methodi: fructibus, varia lectio. qui vt sine radicibus nulli essent: ita eruditio pertenuis est, quæ non certa ratione ac via, à primis initijs ad summum vsque fastigium cōstanter ascendit, ac perpetuum sibi commentariū parat. Quod enim suprà etiam attigi, doctrinę omnis laus in artium methodis atque in eo vertitur, quod, quoad fieri potest, quicquid ad eandem rem pertinet, contrahit, & ex varijs membris vnū corpus integrum componit. Eo absoluto, lectionis varietas singulis partibus addit ornamenta, & amplitudinem quandā conciliat. quòd si hæc similitudo minus placet, homo studiosus diligenti patrifamiliæ comparetur: qui, vt ille agrorum suorū prouentus & domestica instrumenta in horreis & certis quibusdam cellis reponit, vt cùm vsus postulat, statim ad manū sint: ita ipse, quicquid vel cogitatione, vel lectione, vel auditione per omne tempus ætatis (neque enim vlla sapientiæ studio meta præfigenda est) consecutus fuerit, statim in illas artium classes, si non stylo aut calamo, saltem animo & recordatione reponat, & ad regulas illas à doctissimis hominibus traditas exigat, acri iudicio semper interposito, ne quod quisque dixerit aut scripserit, aut ipsi etiam in mentem venerit, oraculum esse putet (nam homini docto turpissimum fuerit, vt Græci eleganter dicunt, ἀβασανίστως παραδέχεσθαι τὴν πίστιν τῆς ἀληθείας: hoc est, opiniones consectari, nudaque autoritate niti) sed tātum cuique credendum esse statuat, quantum aut firmis rationibus, aut probabilibus coniecturis persuadere possit. In cæteris assensum cohibeat & sustineat, donec ipsum tempus scrupulum sustulerit. Sed ne memoria lapsus esse, & ab instituto non certo consilio deflexisse, sed per obliuionem aberrasse videar: ad Choniatem redeo: quem ordine aptissimo, & prudenti tuo consilio Zonaræ adiunctum esse dixi. Nam quo in loco ille Annales suos finiuit in Alexij Comneni videlicet obitu: eo in loco hic suam historiam auspicatur, res memoratu dignas, quæ in Byzantino imperio annorum circiter LXXXVI. spacio acciderunt, complexus. atque vtinam alius

Græcus

Græcus extitiſſet, qui ab hoc autore & Chalcocondyle prætermiſſa, pari facundia proſecutus eſſet. Maior enim eſt Choniatæ copia & diligentia, lectioque iucundior, quàm Zonaræ. cui vna breuitas neceſſariò propoſita fuit, quòd alioqui opus in immenſum excreuiſſet. idque vel ex eo apparet, quòd heroina eruditiſſima, Anna Cæſariſſa, Imperatoris Alexij filia, de rebus geſtis patris ſui libros x x. ſcripſit, qui adhuc in Auguſtanæ Reipublicæ bibliotheca extant, cùm Zonaras vitam illius paucis folijs perſtrinxerit. Vt autem breuitas memoriam iuuat: ita fuſiores narrationes plus delectationis habent, in magna præſertim varietate rerum, & ſubitis Fortunæ commutationibus: quæ non multis annis plurimæ, eæque mirabiles, ac potius miſerabiles, præter expectationem Græcos (quos hic ſcriptor Romanorum appellatione honeſtat) oppreſſerunt, creſcente indies Perſarum ſiue Turcorum (nam recentiores promiſcuè his vocabulis vtuntur) potentia: quorum graſſationes & Chriſtianorum Principum deſidiam ac peruerſitatem, tanta doloris acerbitate Choniates ſæpius deplorat, vt eum ab omnibus qui reipub. partem aliquam attingunt, noſtris temporibus legi ſummoperè expediat: ſi fortè Germanorum animi, quorum fortitudo & pietas in recuperanda Syria & terra ſancta, laudibus egregijs hoc ſcripto ornatur, clariſſimis exemplis Conradi & Friderici Impp. ſaltem ad tuendam patriam, hoc eſt, vicinas Pannonias excitentur. Nunc enim non de laude & gloria laborandum, ſed de aris & focis pugnandum eſſe apparet. quod quo minus fiat, nulla res æquè in cauſa eſt, atque diſſenſiones. Græcos, præter inteſtina bella ex ambitione ferè orta, voluptatum ſtudium & ignaua monarchia perdidit: nobis temeraria bellandi cupiditas, & diſcors ac inquieta Polyarchia, id minatur, quod abſit vt experiamur. & facilè cauere mus, niſi fatali quadã ſiderũ impreſſione, animis atq; auribus à ſanis conſilijs plerique abhorrerent. Imminuta quidem eſt, & veluti læta ſeges triſti lolio corrupta, vetus noſtræ gentis integritas: quod exterarum nationum quodam quaſi contagio accidiſſe videtur, quarum mala cum noſtris coniunximus: cũ peregrinationum is finis eſſe debeat, vt innatis & conſuetudine inolitis vitijs abiectis, aliorum virtutes aſciſcamus, eorumque prudentia & humanitate ad omne genus officij & laudis erudiamur. Sed ſi cætera ſpectemus, nunquam Germania

viris, armis, opibus, consilijs fuit instructior: quas res propter discordiam, non in hostium detrimentum, sed in patriæ exitiũ detestanda crudelitate, ne dicam insania, conuertimus. Quæ cogitatio cùm in huius historiæ interpretatione subinde meũ animum feriret, & haud dubiè cordatiores quoque lectores extimulatura sit: non temperare mihi potui, quin hunc locum, quem omnium animis atque oculis semper obuersari vtilissimum fuerit, obiter attingerem. Nunc de hoc opere dicendum est: quod etsi labore non multo minore, longè tamen maiori cum voluptate conuerti, propter historias mihi antehac ferè incognitas, & planius ac fusius orationis genus. In quo tamen immodicam nescio cuius insolentis elegantiæ affectationem, non semper sequendam mihi duxi: quòd quicquid eius generis est, non ipsius authoris scriptum, sed paraphrastæ & æmuli alicuius assumentum esse videtur. Contuli enim hîc quoque duos codices, cum eo quem Amplitudo tua Constantinopoli ab Alexandro Chartophylace comparauit: atque operam dedi, vt ex ea collatione opus hoc quàm integerrimũ ederetur: & Græca itidem, vt in Zonara nostro factum est, cum Latinis coniungerentur. Quamuis enim Græci sermonis puritas & proprietas, cùm exterarum nationum commercijs, tum ociosorum hominum ineptijs corrupta est: nec fieri nequit, in hoc scriptorum genere, vt interpretis non indocti nec indiserti oratio, ipsi authori præferatur: tamen nec eum ego me interpretem profiteri ausim: & Græca lingua, qualiscũque adhuc, nescio quem genium retinet ac vbertatem, Latinis inimitabilem. Testimonio sunt omnes ferè disciplinæ, quarum vix vlla est, quin & è schola Græca se prodijsse vel ipso nomine fateatur, & si græcas voces sustuleris, sæpè obmutescat. Quo minus ij ferendi sunt, qui Græcam linguam vt superuacaneam aspernantur. Quod vtique non facerent, si quàm pauci fideles & docti interpretes sint, intelligerẽt. Alijs deest alterius vtrius, aliis vtriusque linguæ cognitio, alijs fides & diligẽtia, nõnullis vniuersa hæc, non tam fortasse malitia & contemptu iudiciorum (quæ extrema esset amentia) quàm calamitate quadã tẽporum nostrorum, & præstantium ingeniorum neglectu: quibus Fortuna plerunque minus fauet, quàm ijs quorum minor est industria, & obtusior acies animorum. Itaque pedibus in eorum eo sententiam, qui Græca cum Latinis coniungenda

esse

esse censent. siquidem Græca seorsim parum vendibilia sunt ætate nostra, quæ propter ambitionem, auaritiam, & bellandi cupiditatem, ad pristinam Barbariem magno impetu ruit. Nam Latini & Græci sermonis proprietate & puritate amissa, contemtaque Philosophia, & politiori literatura neglecta, vt coràm cernimus: non obscurum est, quid impendeat. Præclarè scribit Isocrates, quem in hac parte Aristoteles, vt mihi videtur, quippe natu grandiorem, æmulatus est,& ego admirari non satis possum: virtutes singulas in medio binorum vitiorum, quorum alterum citrà resistat, alterum longius quàm par sit progrediatur, esse collocatas. & rectè apud Ouidiũ Dædalus ait filio, Medio tutissimus ibis. Quod vtinã tam à Theologis, Iurisconsultis & Medicis, quàm ab humaniorum literarum cultoribus obseruaretur: quorum alteri se rebus inhærere, alteri dictionis elegantiæ se studere profitentur. Quasi verò aut vocabula propter explicationem rerum non sint inuenta: aut corpus egregium, hoc est, res præclaras, cuiusmodi in sublimibus illis disciplinis tractantur, non munda & ornata vestis, hoc est, pura & limata deceat oratio. Duplicem profectò laudem merentur, qui res optimas, si non eleganti & splendido, at puro & diserto sermone proponunt. Cuiusmodi viros nostra ætas plures, cum insigni gloria tulit, quàm posteritas habitura videtur, nisi aliam rationem studiorum inierimus. Sed quid ego censuram in republica literaria mihi sumo, cùm ipsi mihi diuersissimorum ingeniorum censura sit subeunda? Mouit me tamen iustus fortasse dolor, in hanc confusionem gymnasiorum intuentem, etsi hæc nec temporis nec loci huius esse videantur. Quare veniam peto, si qua minus ad institutum pertinentia inculcaui: & debetur hæc Philosophiæ libertas, quę quia ferè cęteris externarũ rerum cõmoditatibus & ornamẽtis caret, saltẽ cogitationis atque orationis vinculis laxioribus astringitur. Quo nomine Socrates se meliore cõditione esse quàm Oratores, qui ad aquam dicant, & tacitos iudicum nutus obseruent, gloriari solebat. Ego verò eam licentiam adeò mihi laudi non duco, vt, si qua culpa vel hac cõmemoratione, vel conuersionis procrastinatione, longiore quidem quàm ipse putaram, commissa est, eius mihi gratiam fieri cupiam: præsertim cùm exigui temporis mora, omnis expers incommodi, non cessationem, sed fidem & diligentiam meã

ar guat:quę nisi mihi ocio & commodis meis antiquior fuisset hoc labore multo citius defungi potuissem. Sed sat citò, si sat bene, vt dicitur. quod ipsum etiam sedulò me conatum esse, cũ rem ipsam testaturam cõfidam: nihil de me ipso addam, quòd quamuis amplius aliquid pręstitissem, tamen liberalitatis erga me tuę, & publicæ erga studiosos homines, quorum commodis tuo sumptu consulis, partem vix exiguam viderer assecutus. Augustę Vndelicorum, VI. Id. April. Anno M. D. LVII.

CHRONOLOGIA NICETAE.

Quæ annorum ab eo descriptorum & rerum sub Imperatoribus gestarum seriem paucis indicat.

Anni mundi.	Anni Christi.	Res gestæ.	Anni Impera. Orientis. Io. Comnen⁹.	Anni Imper. Occidentis. Henric. Quint.
5087	1117	Imperator Alexius Comnenus, anno Imperij 37. mense 4. cum dimidio, 15. die Augusti vita functus est. *Nicet. pag. 9.* Huic successit Ioannes Comnenus Filius, in quem proceres & cognati conspirant. Coniuratos clementer tractat. *11. 12.*	1	11
5088	1118	Expeditiones adu. Persas. 14	2	12
5089	1119		3	13
5090	1120		4	14
5091	1121	Scythas arte profligat. *15. 16.*	5	15
5092	1122	Contra Triballos, quos alii Seruios dicunt, expeditioné init. Quatuor filios, Manuelem præsertim natu minimum, ad dignitates publicas euehit. *18. 19.*	6	16
5093	1123	Hunnicum bellum. *19.*	7	17
5094	1124	Traducto in Orientem exercitu de Persarmeniis debellatis triumphat. 20. 21.	8	18
5095	1125	Persarmenios denuo aggreditur & bello fatigatos pacé petere cogit. Gangram expugnat, quam Persæ paulò pòst capiunt. 22. 23.	9	19 Moritur Henric.
5096	1126	In Ciliciam mouet. Bacam castellum munitissimum & Anabarzam expugnat. 24. 25. &c.	10	Lotharius Saxo. 1
5097	1127	Profectus in Cœlesyriam cum Raimũdo & Antiochenis amicitiam init. Pizæos deditione recipit, Phærepum expugnat, & variam Martis aleam experitur. 29. 30.	11	2
5098	1128	Istrium & Sezerim debellat, & Persarum Iconiensium insidiis elusus Byzantium redit. 31. 32 &c.	12	3
5099	1129	Fratre Isaacio Comneno in gratiam recepto nouas expeditiones in Persas suscipit. 35. 36.	13	4
5100	1130	Tyrannum Trapezuntium inuadit. 37.	14	5
5101	1131	Persas bello fatigat. 38.	15	6
5102	1132	Dum Neocæsaream obsidet, Ioannes Comnenus nepos ad Sultanum Iconiensem deficit. 39. 40.	16	7

1103

5103	1133	Iterum in Persas mouet. 41.	17	8
5104	1134	Phrygiam prætercuectus prouincias & finitima oppida rectius con stiuere studet, & perduelles quosdam bello frangit. 41. 42.	18	9
5105	1135	Alexius & Andronicus Ioannis Comneni filii morbo pereunt, patre in bellis externis occupato. 42.	19	10
5106	1136	In Isauriam proficiscitur, ac prouinciam ordinat. 43.	20	11
5107	1137	Iter in Syriam intendit, vt Latinos Antiochia pellat. 43.	21	12 Moritur Lothar.
5108	1138	In itinere moras nectens vt Syros & Cilices in suas partes pertraheret, aduentum suum Antiochenis denunciat. 44.	22	Cōradus tertius. 1
5109	1139	Spe sua frustratus, Antiochena suburbia diripit & vastat. Inde ad Cilicum fines deflectit. 44.	23	2
5110	1140	Venatum egressus, manu ad digitum venenatæ sagittæ illapsu strictim læsa, veneno celeriter vsque ad vitalia progresso non multo pòst abit è vita, Manuele filio iuniore, imperii hærede relicto. 45. 46. &c.	24 Moritur Io. Cōn.	3
5111	1141	Manuel Comnenus patri succedens Isaacium fratrem natu maiorem in monasterio includit. Opera Ioannis Axuchi, & à Byzantinis expetitur ac suscipitur. 55.&c.	Manuel Comne. 1	4
5112	1142	A Michaele Patriarcha coronatus, cum fratre Isaacio reconciliatur, & in Persas mouet. 58.59.	2	5
5113	1143	Iterum Persicâ expeditionem suscipit, & rē gerit vario euentu. 60.	3	6
5114	1144	Alemannam Heroinam vxorem ducit. Reipublicę suscipit curam, Cancellario & supremo Quæstore constitutis. 61. vectigalia nautica in fiscum refert. .61.	4	7
5115	1145	In aula Manuelis rerum vicissitudines, & Styppiotę cuiusdam mirabilis prosperitas. 64. 65.	5	8
5116	1146	Laudata Manuelis administratio, & virtutes principe vero dignissimæ. 66.	6	9
5117	1147	In præclaro instituto non diu permanet, sed ex liberali & clemente fit tenax & austerus. 66. 67.	7	10
5118	1148	Alemannorum expeditio Hierosolymitana. Huic Alemannorum exercitui Manuel varias struit insidias, quas Conradi exercitus superat. 68. 69. &c.	8	11
5119	1149	Exercitus Christiani luctuosa clades. Reliquias Græci fraude, ferro, veneno persequuntur. Calx farinæ militum admixta: Moneta iussu Manuelis adulterata, in Alemannorum perniciem. 72. 73. 74.	9	12
5120	1150	Atrox pugna, & illustris victoria à Conrado de Turcis reportata. 78. 79.	10	13
5121	1151	Rogerius Rex Siciliæ bellum Græcis infert magno cum successu. 81.	11	14 Moritur Cōradus
5122	1152	Manuelis expeditio cōtra Siculos, Corcyræ oppugnatio & tandem deditio. Inter Græcos & Venetos seditio cruenta. 85. 86. &c.	12	Frideric. I. cognomine Ænobarbus siue Barbarossa. 1
5123	1153	Irritus in Siciliam Manuelis conatus Seruiam populatur. Michael Palæologus aduersus Siculos feliciter rem gerit. 99. 100. 101.	13	2
5124	1154	In Seruios & Hungaros expeditiones Manuelis & triūphus. Cuius	14	3

		præfecti cum Scythis & Siculis infeliciter pugnant. 102. &c.		
5125	1155	Cum Rogerio Siculo pacem init: paulò pòst autem inimicitiæ inter eos recrudescunt. 107. 109.	15	4
5126	1156	Bellum Hungaricum. Hunnorum grassationes. Incestuosa Manuelis & Andronici vita. 111. 112. &c.	16	5
5127	1157	Copiæ Græcorum à Turcis cladem accipiunt. Styppiota calumniis oppressus excæcatur. 120. 121.	17	6
5128	1158	Turcicæ grassationes. Sultanus Iconiensis ad Manuelem cōfugiens, magnificè excipitur. Vtriusque artes. 127. 128.	18	7
5129	1159	Iconij seu Turcarum Sultanus Manuelis liberalitate onustus, domū reuersus fidem fallit, vnde vastationes & clades mutuæ. 132.133.	19	8
5130	1160	Hunnis Manuel bellum indicit. Andronici tragœdia noua. Is tandem Manueli reconciliatur. 139.142.	20	9
5131	1161	Pannonicum bellum. Zeugmini recuperatio. Varia belli facies. 146.147.	21	10
5132	1162	Bellum aduers. Seruiæ despotam. Andronici mala mens. Rem gerit infeliciter cum Toruse Armenio. 148 149.150.	22	11
5133	1163	Andronici scelerati principis ob vagas libidines pericula & errores 153.154.&c.	23	12
5134	1164	In domo Manuelis tragœdiæ, cuius primarij actores, Alexius protostrator, & nonnulli magi. Noua castra in Asia condit Manuel. 157 158. 164.	24	13
5135	1165	Hungaricum bellum, cui Andronicus præficitur. De Pannonijs superatis Manuel triumphat. 165.&c.	25	14
5136	1166	Bellum contra Seruios, quorū statum suo arbitratu immutat. 174.	26	15
5137	1167	Ægyptiaca expeditio cum classe ducentarum nauium, Amerigo, Hierosolymorum rege auxilia pollicente. Tamiathi obsidio. Re infecta Grçca classis domum repetens dissipatur. 176. &c.	27	16
5138	1168	Sarraceni cum Manuele pacem firmant. Nascitur Manueli Alexius filius Imperator designatus. Manuelis gener Pannoniç regnum occupat. 185. 186.	28	17
5139	1169	Mariam filiam dat vxorem Marchionis Montisferrati filio. Venetos in Grçcia vexat. 187. 188.	29	18
5140	1170	Veneti Græcos bello fatigant. Manuel restitutis rebus ablatis fœdus cum Venetis renouauit. 189. 190.	30	19
5141	1171	De bello Persis inferendo Manuel cogitat: Dorilæoque & Sublæo instauratis se ad bellum apertè accingit. 191. 192.	31	20
5142	1172	Sultani pacem petentis spreta legatione, iter ingressus Manuel insigni clade afficitur, multis suorum millibus & illustrissimis quibusdam cognatis desideratis. Sultanus vltro Manueli pacem offert, vnde reliquiis Græcorum salus. 195. &c.	32	21
5143	1173	In reditu Persæ Græcos infestant. Manueli conditionibus pacis minimè satisfacienti Sultanus bellum infert. 209. 210.	33	22
5144	1174	Per legatos Manuel Sultani exercitum præda onustum cædit, & ad internecionem delet. 212.	34	23
5145	1175	Alia Manuelis in Persas expeditio, infelici cum euentu. Turci Claudiopolim à Græcis protectam frustra oppugnant. 214.215.	35	24
5146	1176	Papam & Italos Manuel contra Fridericum Cęsarem concitat. Ancona Manueli fauens, & perduellis, à Friderico obsidetur. 119.121.	36	25

5147	1177	Bellis vario euentu confectis, disciplina politica & domestica pluribus modis eneruata, Manuel illotis manibus Theologiam tractat, de præcipuis fidei Christianæ articulis temerariè definiens. 227. 229. 232. &c.	37	26
5148	1178	Dum curiosè agere pergit, & circa Mahumetis blasphemias insanit, quas etiam edicto confirmat, in morbum incidit, & ab Astrologis dementatus quantum potest reluctatur, tandem cuculla indutus vita excedit, anno 38. imperij nondum planè absoluto. 241. 242. &c.	38 Manuel morit.	29
5149	1179	Sub Alexio puero, turbæ publicæ, & cruenta seditio Constantinopoli. 246. 247. &c.	Ale. Manuel. F. 1	30
5150	1180	Andronicus Comnenus imperium affectat, & horrendis dolis in nobiles quoque grassatur: præcipuos aulicos ferro & veneno interficit. 267. &c.	2	31
5151	1181	Persarum in Oriente grassationes. Iohannes Comnenus arma mouet in Andronicum, qui nefarijs artibus Imperatricem Alexij Comneni matrem interfici curat. Aulicorum ignauia & summa improbitate imperij particeps salutatur, deinde legitimo principi Alexio præfertur, quẽ paulo pòst imperio & vita crudeliter spoliat. 286. 289. &c.	3 Alex. interficitur.	32
1152	1182	Andronicus libidine & furore percitus in Nicæenses & Prusaenses sæuit. Isaacius Comnenus Cyprum occupat. Tragœdiæ domesticæ Andronici. Siculi expeditionem parant in Græcos. Tripsychus tyrannidis Andronici minister, volubili quadam rerum vicissitudine euersus excæcatur. 300. 306. 320. 330. 340. &c.	Andrõ. Comn. 1	33
5153	1183	Siculi Thessalonica capta & direpta, Constãtinopolim petunt. Andronicus parum feliciter resistit. Eiusdem in apparatu belli multiplicia errata & nouæ tragœdiæ, quarum primaria, Magiæ studium. Tyrannidis satellite quodam interfecto, populus Constantinopolitanus in Andronicum insurgit, & Isaacium Angelum imperatorem designat. Ex fuga Andronicus retractus, à plebe miserabiliter exagitatus atrocissimis supplicijs interficitur, postquam per biennium imperasset. 344. 345. &c.	2 Andrõ. interficitur.	34
5154	1184	Isaacij Angeli commoda initia. Expeditio contra Siculos qui profligantur, ducibus captis Andronici filij, & Alexius Comnenus belli fax, excæcantur. Siculæ classis calamitates. Isaacius inconstans apparet. 387. 388. &c.	Isaa. Angelus. 1	35
5155	1185	Sultanus Iconiensis bellum instaurat. Blachorum defectio. Calamitosa in Cyprum expeditio. Blachos Isaacij indulgentia confirmat. Infeliciter geritur bellum aduersus Blachos. 399. 400. &c.	2	36
5156	1186	Branas Alexij imperium inuadere conatur, & tandem in pugna interficitur. Seditiosis ignoscit Isaacius. Byzantina suburbia direpta cremantur: vnde inter Græcos & Latinos conflictus. 407. 408. &c.	3	37
5157	1187	Isaacij in Blachos expeditio infelix. Theodorus Mangaphas imperium affectans, se dà Sultano proditus, in carcerẽ conijcitur. 427. 478. &c.	4	38
5158	1188	Friderici Barbarossæ in Palæstinam expeditio. Legati væcordes Fridericum & Isaacium committunt. Ecclesiasticum statum turbat Isaacius. Græci fugantur ab Alemannis. Turcarũ clades ad Iconium. Friderici submersio. Filio eiusdem mortuo, Alemanni domum redeunt. Francorum & Anglorum expeditio in Palæstinam. 435. 445. &c.	5	39 Frideri. perit in aquis.
5159	1189	Isaacij familia & diuturni Imperij imaginatio. Pseudalexiorum & Basilij Chozæ seditiones cruentæ. Procerum nonnullorum supplicia. 454. 455. &c.	6	Hẽricus sextus. 1
5160	1190	Bellum Blachicum, Isaacio infaustum, qui tamen falsam iactat victoriam & inanes magnarum rerum imaginationes. 464. 465. &c.	7	2
5161	1191	Scytharum & Blachorum grassationes. Seruij debellantur. Repressis Blachis Constantinus Angelus affectat imperium: sed à Bataze derisus & proditus à milite, excæcatur. 470. 471. &c.	8	3
5162	1192	Isaacij væcordia. Theodori Castamonitæ potẽtia & interitus. Rempublicam & aulam varijs modis corrumpit Isaacius. 474. 475. &c.	9	4

5163	1193	Blachicum bellum instaurare studet. Frustra monetur de fratris insidijs. A fratre Alexio paulo pòst oculis & imperio priuatur 484. 485. &c.	10 Isaac. Angel. excæcatur.	5
5164	1194	Alexius Angelus Comnenus Reipubl. cura posthabita genio indulget Seditionib. varijs exagitatus, seditiosos opprimit. 492. 493. &c.	Ale. Comnenus 1	6
5165	1195	Blachi conditiones pacis aspernantur, & aduersus Græcos prosperè agunt. 504. 505. &c.	2	7
5166	1196	Persæ Græcos bello infestant. Ammerigus Friderici Barbarossæ filius tributum exigit ab Alexio qui sepulchra violat. 514. 515. &c.	3	8
5167	1197	Turbæ in aula Alexij, cuius cognati vendunt omnia. Imperatrix adulterij accusatur, monacha fit, deinde reuocatur. Deiicitur de gradu Constantinus quidam primarius aulicus. 525. 526. &c.	4	9
5168	1198	Iconiensis Sultanus Græcis damna infert. Alexij futiles ad bellum apparatus. Miserrimus imperij status, & Scytharum in Thraciam irruptio. 536. 537. &c.	5	10 Henric. moritur
5169	1199	Alexij contra Blachos irrita expeditio. Scytharum incursio in Macedoniam. Controuersiæ inter Græcos de Eucharistia. Imperatrix res futuras profana curiositate inuestigat. 547. 548. &c.	6	Philippus & Ottho 1
5170	1200	Varijs seditionibus & turbis Oriens concutitur. Tragœdiæ Constantinopoli. Lagi, Comneni Crassi, Spiridonacæ seditiones, quas Alexius reprimit. Mysi Constantiam & Varnam expugnant. 568. 570.	7	2
5171	1201	Stolidus Alexius ab Isaaci Angeli insidijs non sibi cauet. Veneti contra Græcos bellum parant. Isaaci filius cum Veneta classe se coniungit, quam Alexius ridet. Constantinopolis obsidetur, expugnatur, & incenditur. Alexius imperio spoliatus Debeltum profugit. 582. 584. 586. &c.	8 Alex. imper. spoliatur.	3
5172	1202	Luctuosissimus Constantinopol. status. Rapinis, ferro, & incendijs Latini grassantur, quibus Alexius Ducas Murzuflus resistit. Seditio in Isaacium & Alexium Angelos. Isaacio animam agente Murzuflus Alexium Angelum arte eludit, & paulò pòst, alio imperij æmulo oppresso, vita spoliat. 598. 600. 608. Murzuflus bellum parans à Latinis fugatur qui Constantinopolim oppugnant, expugnant, incendio nouo deformant, lacerant, & diripiunt. 613. 618. &c.	Isaac. Angel. cum Alex. fi. 6. mens. dies 8. Alex. Ducas Murzuflus mẽses 2. dies 6. occid.	4
5173	1203	Balduinus laudatus princeps imperium instaurat pro virili. Hostes bello fatigat. Diræ seditionum, pugnarum & oppugnationum facies, in quibus, Latini, Græci, Blachi, Scythæ, mutuis certaminibus atteruntur. Murzufli miserabilis interitus. Multarum vrbium Græcarum excidia. Aliarum variæ calamitates. In varias tyrannides vniuersa Græcia distrahitur, Balduino à Scythis interfecto, cui Henricus frater succedit. 648. 649. 650. *&c. vsque ad finem operis.*	Balduinus Flander, imperatmẽ ses 11. interfectus à Scythis Huic succedit Hẽric. frat.	

FINIS CHRONOLOGIÆ.

NICETÆ

ΤΟΥ ΛΟΓΟΘΕΤΟΥ ΤΩΝ ΣΕΚΡΕΤΩΝ ΚΑΙ ΕΠΙ ΤΩΝ ΚΡΙΣΕΩΝ,

γεγονότος ἢ καὶ ἐφόρου καὶ κριτοῦ τοῦ Βηλοῦ καὶ προκαθημένου τοῦ κοιτῶνος, κυρίου Νικήτα τοῦ Χωνιάτου, ἱστορία ἀρχομένη ἀπὸ τῆς βασιλείας τοῦ βασιλέως κυρίου Ἰωάννου τοῦ Κομνηνοῦ, τοῦ υἱοῦ κυρίου Ἀλεξίου.

***

NICETAE CHONIATAE LOGOTHETÆ SECRETORVM,

inſpectoris & iudicis Beli, præfecti cubiculi hiſtoria, quæ ab imperio Ioannis Comneni, Alexij F. incipit.

BREVIARIVM.

1 *Præfatio, laudes hiſtoriæ, & Nicetæ in hac contexenda conſilium proponens.*

2 *Ioannes Comnenus ab Alexio patre, matre auerſante imperio deſtinatur. Vt imperium firmarit.*

3 *Eius initia, amici & conſiliarij. Cognati ad Bryennium Comneni ſororium deficiunt. Coniurates tractat clementer Comnenus, & Annæ ſorori per Axuchum reconciliatur, Irenémque matrem ſibi reddit propitiam.*

4 *Ioannis Comneni expeditiones contra Perſas. Scythas arte profligat.*

5 *Triballos debellat: filios multa charitate proſequitur. Hunnos adoritur & pacem petere cogit. Deinde traducto in Orientem exercitu de Perſarmenijs debellatis triumphat.*

6 *Gangram expugnat & amittit. In Ciliciam mouet. Bacam munitiſsimum caſtellũ oppugnat. Monomachia Conſtantini Armenij & Euſtratij Macedonis.*

7 *Baca vi capitur. Anabarzæ expugnatio. In Cœleſyriam proficiſcitur Comnenus, & cum Antiochenis init amicitiam. Pizaos ad deditionem cogit: & variam Martis aleam experitur.*

8 *Sezerim vrbem obſidet, quæ pecunia incolumitatem redemit. Perſarum inſidias repulſat.*

9 *Iſaacius Comnenus fratri Ioanni reconciliatur. Nouæ expeditiones in Perſas. Militum indignatio & imperatoris magnus animus. Expeditio contra tyrannum Trapezuntinum: & præclara in Perſas belli geſta. Manuelis Comneni filij egregium facinus ad Neocæſaream.*

10 *Ioannis Iſaaci filij à patre imperatore ad Sultanum defectio: vnde non exigua incommoda: Chriſtianos quoſdam perduelles Imperator debellat, & calamitatibus domeſticis premitur.*

11 *Antiochenæ expeditionis malum conſilium. Violatæ vrbis dat pœnas Comnenus, in venatione venenato ſuo telo vulneratus vnde plaga immedicabilis. De eiuſdem obitu oracula.*

12 Ioannis Comneni morituri oratio ad cognatos amicos & magnates. Manuelē Isaacio natu maiori præfert, & successorem nominat. Ab omnibus Manuel imperator salutatur. Ioannis Comneni obitus & elogia.

1 Laudes historiæ.

VTILITER inuentæ sunt historiæ: neq; paruas iis, qui rebus melioribus student, commoditates suppeditant, tum vetustatis memoria repetenda, tum ingeniis hominū explicandis, tum variis eorum conatibus ob oculos ponendis, quibus animorum magnitudo, & honestatis amor ab ipsa natura fuit insitus. Iam quia vitia perstringunt, & præclaras actiones celebrant, moderatiores plerunque reddunt & meliores homines, tam ad vitia quàm ad virtutem propensos: iis duntaxat exceptis, qui turpissima educatione corrupti, ac mala consuetudine deprauati, nullam virtutis rationem habent: qua nihil est in rebus humanis preclarius aut magis expetendum. Adhæc, ij quos monimēta historiarum complectuntur, quanuis mortales & obnoxij fatis, iam olim vitæ quasi pensum absoluerint, immortalitatis quodammodo fiunt compotes. Nam prout turpiter aut honestè vixerūt, ita malè aut benè audiunt: ac animus quidem in locū suum abit, & corpus in primordia, è quibus compositum fuit, resoluitur: actæ autem vitæ ratio, siue sancta & iusta, siue nefaria & iniuria, obitúsque siue felix, siue calamitosus, clara historiæ voce prædicatur. Quamobrem *haud ab re liber viuentium appellabitur historia, rerúmque gestarum descriptio tubæ clangor, quo iā olim mortui velut è sepulchris excitati, in mediū producuntur.*

Est nuntia vetustatis & vita memoriæ.

Testis tēporum & rerū gestarum

Magistra vitæ.

Iudex malorum.

Gloriæ humanæ custos

Lux veritatis.

Liber viuentium, & tuba mortuos excitās atq; in medium producens.

ΚΑΙ ἱστορία δ' ἄρα κοινωφελές τι χρῆμα τῷ βίῳ ἐφεύρηται, εἴπερ ἐκ τούτων οὐκ ὀλίγα ἔστι ξυλλέγειν τὰ βελτίω τοῖς ἠρημένοις. εἰδέναι γὰρ τὰ ἀρχαῖα, καὶ ἔθη αὕται διατρανοῦσιν ἀνθρώπεια, καὶ πολυπειρίας ὑποτιθέασιν, ὁπόσοι τῶν ἀνθρώπων μεγαλογνώμονες, καὶ τοῦ καλοῦ αὐτόφυτον τρέφοντες ἔρωτα· καὶ κακία δὲ παρ' αὐτῶν κωμῳδουμένη, καὶ ἀγαθοπραξία ἐξαιρομένη, μετρίους ὡς τὰ πολλὰ καὶ ἐπιδιδόντας τοὺς παρ' ἑκάτερα τιθέασι ῥέποντας, ὅσοι τέως οὐχ ὑπ' αἰσχίστης συνηθείας καὶ φαυλοτέρας τῆς ἕξεως, ἀνεπιστρόφως ἔχουσι τοῦ πολυεράστου χρήματος ἀρετῆς. ἐπεὶ καὶ ἀθανάτοις ἐοίκασι δήπουθεν, θνητοὶ καὶ ἐπίκηροι γεγονότες, καὶ πάλαι τὸ ζῆν ἐκτοξεύσαντες, ὅσους παρειλήφει τὸ ἱστορεῖν. ὀρθῶς γὰρ, ἢ τοὐναντίον φαύλως βεβιωκότες, εὖ τε καὶ αἰσχρῶς ἀκούουσι κἂν τε μὲν ἐς ᾅδου βέβηκεν ἡ ψυχὴ, πρὸς δὲ τὰ, ἐξ ὧν ἡρμόσθη, τὸ σῶμα ἐπαλινδρόμησε. τὰ δὲ παρ' αὐτοῦ βεβιωμένα, κἂν ὅσια εἴη, κἂν δίκαια, κἂν ἀθέμιτα, κἂν ἐφύβρισα, κἂν ἐξίω εὐδαιμόνως, κἂν κακοπραγοῦν ἀνεχρέμψατο τὴν ψυχὴν, ἡ ἱστορία διαπρυσίως βοᾷ. ὥστε καθ' ἕτερόν τινα τρόπον καὶ λόγον, καὶ βίβλος ζώντων ἡ ἱστορία κληθήσεται, καὶ σάλπιγξ περίτρανος τὰ γραφόμενα, τοὺς πάλαι τεθνεῶτας ἐκ τῶν σημάτων ἐξανιστῶσα, καὶ ὑπ' ὄψιν τιθεῖσα τοῖς βουλομένοις· ἀλλὰ τοιάδε

Atque

μὲν ἡ ἱστορία, ὡς ἐπιτρέχοντά με εἰ-
πεῖν, αὐτοῖς δὲ τοῖς ἐπιοῦσιν οὐ μὲν οὐδα-
μῶς χαρίεσσα μὴ οὕτω μανέτη τις, ὡς ἥ-
διον ἡγεῖσθαί τι ἑτέρου ἱστορίας· ἃ γὰρ οἱ
πολυετεῖς τῶν ἀνθρώπων, καὶ Τιθωνοῦ πα-
λαίτεροι καὶ τρικόρωνοι (εἰ τῷ βίῳ ἔτι
περιῆσαν) ᾔδεσαν ἄν, καὶ ἐξηγοῦντο τοῖς φι-
λακροάμοσι, τὰ τῆς μνήμης ἐμπυρεύον-
τες, καὶ τὰς τῶν πράξεων ῥυσὰς ἀνασκάλ-
λοντες· ταῦτα δήπου προσθείη καὶ ὁ φιλί-
στωρ, καὶ οὐδέπω παρηλλαχὼς τὸ μείρακα.
διὰ ταῦτ' οὖν καὶ αὐτὸς τὰ τοῖς κατ' ἐμὲ
χρόνοις γεγενημένα, καὶ αὐτόπτην ἔτι βρα-
χὺ, μνήμης καὶ διηγήσεως ἄξια ὄντα, καὶ
τοσαῦτα τὸ πλῆθος, καὶ τοιαῦτα τὸ μέγε-
θος, οὐκ ἔγνων δεῖν σιγῇ παρελθεῖν· οὐ-
κοῦν καὶ διὰ τῆσδέ μου τῆς ξυγγραφῆς δῆ-
λα ταῦτα τοῖς ἔπειτα καθιστῶ. ἐπεὶ δὲ ὡς
καὶ ἄλλοτε ξυμβαλεῖν ἔχουσι, καὶ αὐτὸς
δὲ συνορῶν οὐχ ἥκιστά εἰμι, τὰ τοῦ ἱστορεῖν τὸ
τῆς διηγήσεως ἀσαφὲς, καὶ περιβολαῖς καὶ
περιόδοις ἐπεστραμμένον, ὡς μὴ συνῳ-
δὸν αὐτοῖς, οὐ προσίεσθαι, φιλοῦσι δὲ τὸ
σαφὲς, ὡς οὐ μόνον, κατὰ τὸν εἰπόντα, σοφὸν,
ἀλλὰ καὶ συμβαῖνον σφίσι μάλιστα· οὐδὲ
τούτου πάμπαν ἔξωθεν τοῦ καλοῦ πίπτον-
τ' ἂν εὕρη τις τὰ γραφόμενα, οἷα δὴ ἡμῶν
μὴ τὸ κομπηρὸν καὶ δυσφραδὲς καὶ κρη-
μνώδεσιν ἀποδιειλημμένον λέξεσιν ὡς
ἐπίπαν ἀσπασαμένων, εἰ καὶ χαίνοντές
εἰσιν εἰς τοῦτο πολλοὶ, εἴτ' οὖν ἀληθέστερον
εἰπεῖν, ἐκλείποντες τὰ τῶν πάλαι καὶ σή-
μερον, καὶ ὅσα τι καὶ ἐπιτήδευμα προυρ-
γιαίτατον ἐξησκηκότες διὰ μακροῦ ἐκ τοῦ
πλείονος δὲ καὶ τούτῳ δοῦναι τῇ ἱστορίᾳ
προστεθειμένον τὰ πρόσφορα, μηδ' ὑπερ-
βάθμιον πόδα τείνειν ἠγαπηκότων, ἢ ὅ-
λως τοὺς ἄξονας αὐτῆς ὑπεράλλεσθαι.
ὑπὲρ γὰρ ἅπαν ἕτερον τὸ μὴ τῇ φράσει ἁ-
πλοῦν, ὡς ἔχω εἰπεῖν, καὶ πρόχειρον εἰς κατάληψιν, αὐτὴ διαβέβλη-

Atque hęc de historiarū vtilitate breuiter percurrere volui. Neq; verò quisquam adeò væcors est, quin eam lectoribus æquè iucundam ac fructuosam esse iudicet. Nā quę decrepiti senes, atque ij qui, si adhuc in viuis essent, Tithonum multis ætatibus vincerent, in cœtu auditorū ex memoriæ thesauro deprompta, in medium afferrent: eadem vel adolescens eruditus referre queat. His igitur de caussis ego etiam ea quæ mea ætate, & paulo supra meam ætatem memoratu digna gesta sunt, quæ quidem plurima & maxima fuere, non prætereunda silentio esse ratus, ad posterorum memoriam propagare studui. Cùm autē eorum iudiciis assentiar, qui obscuritatem & perplexarū periodorum prolixitatem historiæ alienam esse censent, & perspicuitatem maximè gratam & aptam: equidem huic quoque virtuti operam dedi, euitatis verbis affectatis, obscuris, confragosis: etsi vulgus iis auidè inhiare nō ignoro, relictáque & superioris & nostræ ętatis consuetudine, summo studio in iis elaborare. Nos verò longo tempore in id operam dedimus, vt dictione huic scriptionum generi conueniente adhibita, nō extra limites euagaremur. Quicquid enim vt dixi, non apertum est, atque in promptu positū, historia abominatur: quicquid simplex & naturale est, & intelligentiæ ob-

Sapiétiæ nobilissimū gymnasium.

Cuius amore ductus Nicetas hoc opus aggressus est.

Et perspicuitati, (si res ipsas spectes) historicū quę maximè decet, operam dedit.

Historia enim obscuritatem abominatur.

uium, libēter admittit. Nam cum ad veritatem tanquam vnicum ſcopum collimet, atque ab oratoria calliditate & poeticis fabulis quàm remotiſſima ſit: etiam à forma dicendi iis facultatibus propria abhorret. Quamuis autem multum grauitatis & reuerentię hiſtoriam comitetur: tamen quia vel opificibus, militibus & mulierculis etiam, nota eſſe cupit, formulis elegantioribus delectatur, veſtemque amat non ſanè luxurioſam & exoticam, ſed ſimplicem & mundam: nec perſpicuitate & breuitate quicquam habet antiquius. Quibus de cauſis veniam à lectoribus impetratam cupimus, ſi in opere noſtro ornatus deſiderabitur: præſertim cùm argumentum hoc nunc primùm à nobis tractetur. quod perinde eſt, ac ſi viam deſertam ac minimè tritam ingrederemur: & longè difficilius, quàm aliorum veſtigia perſequi, & via regia incedere. Auſpicabor autem ab iis rebus, quæ poſt Alexij primi ex Comnenia familia Imperatoris obitum acciderunt, vltra quæ ſuperioris ætatis hiſtorici non ſunt progreſſi: vt ea quæ à nobis dicentur, cum illorum dictis cohæreant, inſtar fontis vnius in plures canales diſtri-

Elegantem verò & terſam, dictionem amat.

Quam Nicetas perſequitur & modeſtè excuſat.

Hiſtorię huius ordo & ratio.

ται. καὶ ἠγαπήθη ἕως σφόδρα τὸ ἄκομψον, καὶ ὡς ἔχον φύσεως διηγούμενον, καὶ δαιμονίως τὸ εὔληπτον περιπτύσσεται. τέλος γὰρ σκοπιμώτατον τὴν ἀλήθειαν ἔχουσα καὶ τῆς τε ῥητορικῆς δεινότητος, καὶ τῆς ποιητικῆς λογοποιΐας ἀφεστῶσα κατὰ διάμετρον· καὶ τὰ τούτων διωθεῖται χαρακτηριστικά, καὶ ἄλλως δὲ καὶ οὐ βραχὺ τὸ σεμνὸν ἡ ἱστορία καὶ τὸ αἰδέσιμον ἐπισύρηται, ἐρῶσα δ᾽ ὅμως προσκεῖσθαι σκαπανεῦσί τε καὶ σιδηρεῦσι καὶ πολλῆς γέμουσι τῆς ἀσβόλης, συνήθης εἶναι τοῖς πρὸς ὅπλα καὶ ἄρεα βλέπουσι, μηδὲ γυναιξὶ χερνήτισι δυσκολαίνουσα μετακελευούσαις τὰ κατ᾽ αὐτήν· ταῖς χαριεστέραις χαίρει τῶν φράσεων, καὶ τὸ φάρος τῶν ὀνομάτων εἰλικρινὲς καὶ ἀπέριττον ἀμπέχεσθαι φιλεῖ, οὔτε μὴν κεκομψευμένον καὶ ἔξαλλον· καὶ ἡ μὲν ἱστορία, ὡς ἔνι μάλιστα, μετὰ τοῦ σαφοῦς καὶ εἰς ἐπίτομον ἐπιτερχαθήσεται. ὁ δὲ λόγος εὐγνωμόνων, συγγνώμην αἰτεῖται παρ᾽ οἷς εἰς χεῖρας πεσεῖται, εἰ μὴ φιλοτίμως, δι᾽ ἃ εἴρηται, καὶ ἀκριβῶς ἐκπεπόνηται. ἐπεὶ καὶ ἄλλως νῦν πρώτως ἡμεῖς τῆς ὑποθέσεως ἐπιβαίνομεν τῆσδε, οἷά τινα ἐρήμην καὶ ἄστιβῆ διϊέναι ἐγχειροῦντες ὁδόν, ὃ καὶ δυσεργόν ἐστι, καὶ πολλῷ ὑπερκείμενον τοῦ ἴχνεσιν ἑτέρων προωδευκότων ἐφομαρτεῖν, ἢ γοῦν ὡς διὰ λείας καὶ βασιλικῆς βαδίζειν ὁδοῦ, λέγω δὴ τῆς ἑτέρων ἱστορίας, εὐθυπόρως τε καὶ ἀπλανῶς. ἀρχὴ δέ μοι τῆς ἱστορίας, ὅσα μετὰ τὸ πέρας εὐθὺς ἅμα τῆς ζωῆς, καὶ τῆς ἀρχῆς τοῦ ἐκ Κομνηνῶν ἄρξαντος πρώτως Ἀλεξίου συμβέβηκεν, ἐπεὶ καὶ ἐς τόνδε τὸν ἄνακτα τὸ λέγειν συνεπεράναντο, ὁπόσοι τῶν πρὸ ἡμῶν τῇ συγγραφῇ προδήλως ἐπέβαλον, ἵν᾽ εἶεν τὰ ῥηθησόμενα παρ᾽ ἡμῶν συναφῆ πως τοῖς ὑπ᾽ ἐκείνων λεχθεῖσι· καὶ ὁ λόγος οὕτω διαπλεκόμενος, τρόπον τινὰ ὁλκῷ εἰκάζοιτο ῥεύματος ἐκ πηγῆς μιᾶς ἐκδιδόντι, ἢ γοῦν τὸ τῶν κρίκων, ἀλληλένδετον ὑποκείνοι-

το, τῇ τῶν ἀεὶ προσεχῶν ἐφάψεως προϊόντων ἐς ἄπειρον. ἐν κεφαλαιώδει δ' ἐπιτομῇ ἐστὶ κατὰ τὸν αὐτοκράτορα Ἰωάννην τὸ ἱστορεῖν διηγήσεται, ὃς Ἀλεξίῳ διάδοχος γεγόνεται τῆς ἀρχῆς, οὐδ' ἐμβραδυνεῖ ταῖς κατ' αὐτὸν ἀφηγήσεσιν, ὥσπερ ἐν τοῖς ἐφεξῆς ἐργάσεται λόγοις, οἷα καὶ ἡμῶν μὴ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐπὶ τῶν δὲ παρειλημμένα συγγραφομένων, κἀντεῦθεν μηδ' ἀποτάσιν ἐχόντων ταῦτα διεξιέναι, ἀλλ' ἅπερ εἰς ἀκοὴν ὠτὸς εἰλήφαμεν ἐκ τῶν ὅσοι τὸν καθ' ἡμᾶς τὸν βασιλέα τουτονὶ ἐθεάσαντο, καὶ συνωμάρτουν ἐκείνῳ πρὸς ἐναντίους χωροῦντι καὶ τὰς μάχας συνετλύπολον. ἄμεινον δ' ἐντεῦθεν ἄρξασθαι.

buti, aut anulorum longa ſerie inter ſeſe cohærentium. Ac Ioannis Imperatoris vitam, qui ſucceſſit Alexio, breuiter perſtringemus: neque earum rerum commemorationi diutius immorabimur, quas ipſi non vidimus, ſed ab iis accepimus, qui eum viderunt, & in expeditiones comitati ſunt. In cæteris autem vberius tractabimus omnia. Sed iã ad rẽ ipſam accedamus, hinc ſumpto exordio.

Ioannis Cõneni vita.

ΒΑΣΙΛΕΙΑ ΚΥΡΙΟΥ Ἰωάννου τοῦ Κομνηνοῦ.

Τῷ ἄνακτι Ἀλεξίῳ τῷ Κομνηνῷ, υἱοὶ τρεῖς, καὶ θυγατέρες τέσσαρες ἐγεγόνεισαν. ἦν δὲ τῶν μὲν ἀνδρῶν ὁ Ἰωάννης κατὰ γένεσιν πρεσβύτερος, πρωτογενὴς δ' ἁπάντων τῶν ἐξ ὀσφύος τῷ Ἀλεξίῳ ἡ θυγάτηρ Ἄννα καθεωρᾶτο, ἥτις εἰς λέχος τῷ Βρυεννίῳ Νικηφόρῳ συνέζευκτο, τιμηθεῖσα Καισάρισσα. ὁ βασιλεὺς τοίνυν καὶ τοκεὺς Ἀλέξιος, μάλιστα τῶν ἄλλων παίδων τῷ Ἰωάννῃ προσέκειτο. ἀμέλει τοι καὶ τοῦτον ἐπικείνας καταλείψειν τῆς βασιλείας διάδοχον, ἐρυθροῦ τέ οἱ πεδίλου μετεδεδώκει, καὶ βασιλέα ἐδεδώκει ἀναγορεύεσθαι. ἡ δὲ μήτηρ καὶ βασιλὶς Εἰρήνη, τῇ θυγατρὶ Ἄννῃ τὴν πᾶσαν ἐκ τοῦ ἐναντίου χαριζομένη ῥοπήν, οὐκ ἀνίει παρὰ τῷ συλλέκτρῳ Ἀλεξίῳ τὸν Ἰωάννην ἐνδιαβάλλουσα, προπετῆ τοῦτον ἀπο-

IOANNIS COMNENI Imperium.

Alexius Comnenus Imperator, filios tres, & quatuor filias habuit. Inter fratres natu maximus Ioãnes fuit: Anna verò primogenita, Nicephoro Bryennio, Cæſariſſa appellata, nupſit. Ioannem pater maximè dilexit: datiſque purpureis calceis, Imperio deſtinauit, & Imperatorem appellandum curauit. Irene verò mater & Imperatrix, contrà nihil non Annæ filiæ deferebat: neque Ioannem apud Alexium maritum, vt temera-

2 Ioannes Comnenus à patre imperio deſtinatus, aduerſante matre. Ex oppoſitis parentum affectibus, ingentes turbæ.

rium, & luxu perditum, & leuem ac planè væcordem calumniari non desistebat, neque quicquam habebat antiquius, quàm vt Imperatorem ad mutandam de Ioanne sententiam compelleret. Aliquando etiam Bryennium per occasionem summis laudibus celebrabat, vt & eloquentissimum, & rebus gerendis aptissimum, & liberalibus artibus, quæ animum ad virtutem informent, & ad imperium ritè gerendum & tuendum maximo adiumento sint, eruditum. Alexius verò quum hæc materni affectus haud ignarus audiret, aliàs se grauioribus negociis occupatum, verba illa prorsus non curare simulabat: aliàs tempus ad deliberandum sumpturum, neque petitionẽ eius neglecturum esse affirmabat. Semel verò temperare sibi non potuit, quin eam ita alloqueretur: *O mulier, & lecti & imperii mei particeps, non tandem ea suadere mihi desines, quæ filiæ tuæ grata sunt: & conari, vt ordo laudabiliter institutus turbetur? quòd si numinis alicuius ira percita es, ad sanam redito mentem: ac potius mecum considerato, an vllus vnquam ex superioribus Romanorũ Imperatoribus, quum filium imperio idoneum haberet, eo neglecto, generum prætulerit? Ac vt aliquando tale quippiam acciderit, quod rarò factum est, pro lege habendum non erit: à me præsertim, qui, quum regnum haud laudabiliter, sed cædibus cognatorum, & rationibus ab institutis Christianorum alienis occu-*

Quod vult bene vult mulier. Gener socrui charus.

Prudens maritus vxoris importunitati non cedit, sed satisfacere nititur.

ignarus, sæpe modicam co-
hortationẽ ad certamen pu-
gili multum profuisse, legio-
nes ad hũc modum alloqui-
tur: *Fortes viros vos prabete,
Quirites, neque fortuna & glo-
ria vestra quicquã indignũ ad-
mittite. Scitis enim etiã feras, si-
quis fortiter inuadat, terreri, ac
in fugam cõiici, timidos verò &
fugaces ab eis deuorari. Quare
cum immanibus istis barbaris
strenuè dimicãdum est, ne mor-
tis formidine, quæ non salutem,
sed exitium affert, iugum eorum
turpiter subeamus, & igna-
uia nostra graues pœnas demus.
Neque verò aut nos soli vul-
neribus & morti expositi sumus,
aut hostes arei sunt & vulnera-
biles: sed vt illi ferro muniti sũt,
& velocibus equis insident, ita
eadem res nobis quoque suppe-
tunt, neque fortitudine illis ce-
dimus. Omnibus eadem est in-
structio, eadem belli exercitatio,
eadem armorum ratio. Nam il-
lud omitto, nos, quantum elo-
quentia & doctrina barbaros
superamus, tantò etiam disci-
plina militari & solertia supe-*

Ater verò an albus sit dies parum curare: sed albũ & felicẽ reputare, in quo milites & tribuni parati sunt ad prælium.

Et nugis omissis decet summũ ducem suos ad fortiter faciendum animare,

Id autẽ præstat Andronicus: idque variis argumẽtis.

A Necessario. mors imminet quæ fugacibus viris non parcit.

A Cõmodo. arma vt Pãnoniis ita & Græcis sunt ad manus, & pugnãdi eadem peritia.

A decoro. sapientiores & fortiores decet etiam in doctioribus & imbecillioribus esse præstantiores.

riores esse. Sumus etiam antehac cum Pãnoniis congressi, eorúmque agros vastauimus. Aggrediamur eos nunc quoque victoriæ habitu confirmato, Agite viri, agite commilitones, ita liberos & cõiuges vestras videatis: Barbarorum pereũtium voces Istri gurgites hauriant, cruentúmque flumen Pannoniorum cladem & Romanorum victoriam, insolito spectaculo terris iis nunciet, quas perfluit. Præterea illud etiam est considerãdum, eum, à quo huc missi sumus, totum pendere à nobis: & bona spe ex nostris pollicitationibus concepta, iam ferè captiuos agitare animo, & victoriæ magnitudinem sibi imaginari. Ne igitur præsẽti periculo, quod nihil habet morte grauius, debilitati, vel illi pudori, vel nobis ipsis calamitati simus. Sũma enim mala tergiuersationẽ non patiuntur: in quibus vel exigua negligentia, summæ rerum est euersio.

Ab honesto.

Ab officij cõmissi & permissi impletione.

Ab indecoro, quo orationem elaudit.
Insigni gnoma addita.

3 Hæc locutus, suas copias in patẽtem campum educit. Idem cõtrà & Dionysius facit, hilari vultu, cum plausu & lætitia, quasi ad ludum iret. Vnde quid agendum esset in præsentia ignarus, suas copias neque in dextrũ sinistrũue cornu distribuit, neq; in distinctas turmas & phalanges descripsit: sed tantùm exercitum in vnã quasi turrim globatum ac densatum, atræ nubis instar adduxit, cũ summo & acerbissimo nostrorum contemptu. Vexillũ eius in crassa & alta trabe,

Verbis effecta subiungẽda sunt. Qui enim ferreã linguam, pectus verò laneum gerũt: sibi aliisque dedecus exitiumque cõciliant.

Contemptus hostium, res periculi plena.

μεθόδοις ὑπεφερόμην. ἤδη δὲ καὶ ἄλλοτέ ποτε συμβαλόντες διημιλλήθημεν Παίοσι, τὴν γῆν αὐτῶν ἐπιόντες καὶ κείροντες. οὕτω τοίνυν καὶ νῦν αὖθις συμπλεκοίμεθα, ὡς εἰς ἕξιν τοῦ νικᾶν προελθόντες. ναὶ ἄνδρες, ναὶ συστρατιῶται. οὕτω τέκνα καὶ συλλέκτρους ἴδητε. ἀράτω τὰς φωνὰς τῶν βαρβάρων ὁ βαθυδίνης οὑτοσὶ Ἴστρος ἐπιτριβομένων, καὶ ταῖς δίναις ἐναποψυχέντων, ἀλλὰ καὶ αἱματώδης προρρέων δι' ὧν χωρῶν ὁλκοῖς σύρεται διαφανείτω Παίονας ἡττημένους, καὶ Ῥωμαίους ἀνακηρυττέτω νικῶντας, δεξιῶν τοὺς θεωμένους τῷ ἀήθει τῆς προχοῆς. χρεὼν δὲ πρὸς τούτοις σκοπεῖν ὡς ὁ ἐκπέμψας ἡμᾶς ἐς τόνδε τὸν πόλεμον, ἅπας ἡμῶν ἐξήρτηται, καὶ χρησταῖς ἐλπίσιν ὑποθαλπόμενος, ἐφ' οἷς αὐτοὶ καὶ ὑπὲρ ἰσχὺν ἀνδρίσασθαι συνεθέμεθα, μικροῦ τοὺς ζωγρίας ἀναπολεῖ, καὶ τὸ τῆς νίκης φαντάζεται μέγεθος. μὴ τοίνυν κἀκεῖνον αἰσχύνωμεν, καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς κακῶς διαθώμεθα πρὸς τὸν ἐν ὄψει μαλακισθέντες κίνδυνον, οὐδὲν ὅτι μὴ θάνατον τὸ πέρας ἔχοντα. αἱ γὰρ ἀκμαὶ τῶν κακῶν οὐ φιλοῦσιν ἀνάδυσιν, καὶ τὸ βραχέως ἐν τούτοις καθυπενδοῦναι καταπροδοῦναι τὸ πᾶν ἐστι.

3 Τοιαῦτ' εἰπὼν ἐπὶ πεδίου ἀναπεπταμένου προῆγεν. ἀντεξάγει δὲ οἱ καὶ Διονύσιος τὰ οἰκεῖα στρατόπεδα, χαροπὸς τὸ πρόσωπον, κρότῳ ἅμα καὶ χαρᾷ ἐπὶ παιδιὰν δεξιῶν. ὁπόθεν καὶ τό, τί δεῖ ποιεῖν ἐπὶ καιροῦ μὴ εἰδώς, μήτε εἰς κέρας δεξιὸν καὶ εὐώνυμον τὴν ὑπ' αὐτὸν ἐμέρισε στρατιάν, οὔτε εἰς ἴλας ἀποδιεῖλε καὶ φάλαγγας, ἀλλ' ἐς ὁμαιχμίαν συνεσπειρακὼς μίαν τοσοῦτον στράτευμα, καὶ πυκνώσας εἶτ' αὐτὸ καὶ πυργώσας, κατὰ νέφος μέλαν ἐπῆγεν, οὐδὲν ἐκλείπων ὑπεροψίας ὠμῆς. ἦν δὲ καὶ ἡ σημαία ἐκείνου μετέωρος, ἐπί τινος ἠνεμωμένη

μεμηνυμένη παχέος καὶ ὑψιτενοῦς ἱστοῦ, τετρά-
σιν ὑπὸ ῥόχοις ἑλκομένους βοῶν ζεύγμα-
σιν. αὕτη δὲ ἡ ἀντίμαχος ὁμαιχμία φρικα-
λέον ὄντως καὶ δυσαντίβλεπτον ὅραμα ἦν·
πᾶσα οὖσα ἱππότις καὶ λογχηφόρος. οὐ μό-
νον δὲ οἱ ἄνδρες μετεῖχον τοῦ ἀκριβοῦς ὁ-
πλισμοῦ καὶ ποδηνεκοῦς, ἀλλ' ἦν ὁρᾶν καὶ
τῶν ἵππων αὐτῶν διαδήματα, μασχαλι-
στῆρας περιφαινόντων καὶ περικειμένων
προμετωπίδια καὶ προστερνίδια τῶν βλη-
μάτων ἐρύματα. ὁ δὲ τῶν ἵππων φρυαγ-
μὸς, ἥ τε πρὸς ἥλιον ἀνταυγάζουσα στιλβη-
δὼν τῶν ὅπλων, ὡς ἐγγὺς ἦν τὰ στρατεύ-
ματα, καινοτέραν ἐποίει τὴν θέαν, καὶ διὰ
φόβου καὶ θαύματος τοῖς ἐκ τῶν στρατοπέ-
δων ἀμφοῖν. ἐπεὶ δὲ προῆλθον ὡς εἰς με-
ταίχμιον, καὶ περὶ μεσημβρίαν ἦν ἡ ἡμέ-
ρα, καὶ καιρὸς ἐδόκει συρρήγνυσθαι· ὁ μὲν
Κοντοστέφανος τοῖς ἐκ δεξιοῦ τε καὶ λαιοῦ κέρως
ἄγχιστα παρακολουθοῦσι τὰ τελευταῖα τῶν
βαρβάρων κόπτειν ἐφῆκε, μάλιστα δὲ τοῖς
ἱπποτοξόταις θαμὰ βάλλειν παρεκε-
λεύετο. σκοπὸς δὲ ἦν ἐντεῦθεν τῷ στρατη-
γῷ κατασείσειν, εἴτε μὴν ἐκκρούσειν τῆς
συνεχείας τὰς Παιονικὰς φάλαγγας. κατὰ
γὰρ τὴν ὁμηρικὴν καὶ τότε παράταξιν,

> ἀσπὶς ἀσπίδ' ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέ-
> ρα δ' ἀνήρ.

καὶ ἴσας εἶχον οἱ ἵπποι τὰς κεφαλὰς, ἔφρι-
ξε δ' ἡ μάχη ἐγχείῃσι φθισίμβροτος, καὶ
κατὰ κινούμενον δράκοντα καὶ φρίσσοντα
τὰς φολίδας ἐκύμαινον οἱ στρατοί. ὁ δὲ
Διονύσιος ὡς τεῖχος ἀτίνακτον προὔ-
βαινεν ἐς αὐτόν τε τὸν Κοντοστέφανον, καὶ τὸ
ἀμφ' αὐτὸν τεταγμένον τιταίνων τὸ ἔγχος.
ὡς οὖν ἐδέξαντο τοῦτο Ῥωμαῖοι, διαδορα-
τισμοὶ παρ' ἀλλήλων ἦσαν καὶ ὠθισμοὶ
καὶ ἀντωθισμοὶ μέχρι τινός. ἐπεὶ δὲ τὰ
δόρατα κατεάγη, καὶ ἦν τὸ μεταίχμιον ὑποσχεδιασθὲν εἰς φραγμὸν τοῖς
τῶν κοντῶν στοιβασμοῖς, τὰς ἐπιμήκεις ἐς ἔπειτα μαχαίρας ἐσπάσαντο, καὶ

quam rotis impositam quatuor iuga boum trahebant, sublime à ventis agitabatur. Erat ea acies omnino horrenda visu, tota equestris & hastata. Nec viri tantùm armis egregiè ad pedes vsque muniti, sed & equorum pectora & frontes ferro cōtra ictus armabantur. Adhæc equorum hinnitus, armorūque fulgor Solis radiis euerberatus, vt propius ventum est, vtriq; exercitui maiorem admirationem & terrorem afferebat. Sub meridiem in medium processere: Contostephanus, vbi tempus visū est, dexteri & sinistri cornu milites proximos, extremū barbarorum agmē iussit cędere: sagittarios verò equites in primis crebras sagittas vt coniicerent, hortatus est, eo consilio, vt Pannoniorū continua phalanx dissolueretur. Nam vt poeta noster ait,

> *Arma armis, pede pes hæret,*
> *densusque viro vir.*

Iuncta equi capita habebāt, atrox pugna hastis horrebat, instar draconis squamas attollētis vndabant exercitus. Dionisius verò velut turris firmissima procedens, hastam in Contostephanum & eius exercitum vibrabat. Vbi ad manus ventum est, primò hastis rem gerūt, vrgent vrgentur aliquandiu. Hastis fractis, & tanquā sepes in medio exaggeratis, prælongos enses strinxerūt,

Verilli Pannonici erectio, quæ gētis audaciam testatur.

Aciei dispositio & terrificus appārat[9]. Pugnæ acertimæ descriptio.

Andronici prudentia.

Prudētiæ militaris scop[9].

Atrocis prælij hypotyposis.

Ducis Pānonij intrepidū robur.

Ab hastis ad enses. Eminus & cominus pugnatur.

Armorum v-ſus vtiliſſimus.

ac denuò congreſſi pugnauerunt. Quibus hebetatis (nã tota acies vtrinque ferrea erat, & ærea) Pannonij æſtuabant, quippe qui Romanos ſuum impetũ minimè toleraturos putarant. Romani ferreis clauis, quas in bellũ ferre ſolent, arreptis, Pannoniorũ capita & facies opportunè cædebant. Vnde multi oborta caligine equis deuoluebantur, multi ſanguinis profluuio examinabantur. Ita firmiſſima illa acie perrupta, Romanorum nemo erat, qui non Pannoniũ feriret ac deiiceret, proſtratúmque ſpoliaret, nec aliam panopliam indueret, equumque cõcenderet, cuius ſeſſorem occiderat. Veſperi receptui canebatur, ſublimi illo Dionyſij vexillo ſublato: & exercitus nauibus impoſiti, Iſtrum traiiciebãt. Fama enim per Romana caſtra vagata, Pannonios poſtridie auxilia firma expectare, ducẽ ſollicitũ reddebat. ob eam igitur famã, quæ non prorſus inanis eſſe putabatur, poſt felicem pugnæ euentum, inde diſceſſit Andronicus. Pãnoniis hoc modo ſuperatis, Imperator tãta victoria lætus & exultans, Deo gratiis actis, ſtatim rei bene geſtæ nuncios in vrbẽ mittit: ac poſt dies aliquot & ipſe Conſtãtinopolim in-

Clauarũ ferrearum itẽ, ſi cominus pugnandũ aduerſus capita nudata.

Firmiſſima acie perrupta, clades ſequitur, fuga, & victoria.

Spoliorũ lucrum, & vexilli hoſtilis ſublatio.

Fama, malũ maximum, victoriã remoratur.

Manuelis triumphus.

αὖθις συμπεσόντες ἐμάχοντο. ὡς δ' ἤδη καὶ αὐταὶ τὰ στόματα ἠμβλυώθησαν διὰ τὸ τῶν στρατευμάτων πάγχαλκον καὶ πανσίδηρον· οἱ μὲν Παίονες ἠμηχανοῦντο ἀπὸ τοῦδε, μηδαμῶς κατὰ νοῦν θέμενοι, ὡς ἐπιόντας αὐτοὺς Ῥωμαῖοι δέξονται. Ῥωμαῖοι δὲ μετὰ χεῖρας τὰς ἐκ σιδήρου κορύνας χειρισάμενοι (ἔθος δὲ αὐτοῖς καὶ τοιόνδε φέρειν ὁπλισμόν, ἡνίκα ἂν εἰς πόλεμον ἴοιεν) ἔπαιον τοὺς Παίονας δι' αὐτῶν· καὶ ἦν καίριον μάλα τὸ πλῆγμα, κατὰ κεφαλῆς καὶ προσώπων γινόμενον. πολλοὶ τοίνυν σκοτοδινιῶντες τῆς ἱππείας ἀνετρέποντο ἕδρας. εἰσὶ δ' οἳ καὶ ἐλειφαίμουν τοῖς τραύμασι· καὶ οὕτω τοῦ ἀρραγοῦς ἐκείνου διασπασθέντος συντάγματος, οὐκ ἦν ὃς οὐκ ἦν τῶν Ῥωμαίων μὴ βάλλων ἢ καταβάλλων Παίονα, ἢ μὴ σκυλεύων τὸν πεπτωκότα, ἢ μὴ πανοπλίαν ἑτέραν ἐπενδυόμενος, ἢ ἵππου μὴ ἐπιβαίνων, οὗ τὸν ἀναβάτην κατέκανεν. ἐπειδὴ δὲ περὶ ὀψίαν ἦν ἡ ἡμέρα, τὸ μὲν ἀνακλητικὸν διαθρόως ἡ σάλπιγξ συνεθεμάτιζε, καὶ τὸ διάερον ἐκεῖνο καθῃρεῖτο τὸ τοῦ Διονυσίου σημαίας δίαρμα. ὁ δ' Ἴστρος εἶχε τὰ πορθμεῖα καθειλκυσμένα, καὶ ὁ στρατὸς εἰς τὴν περαίαν ἀνήγετο. φήμη γὰρ ἀνὰ τὰ Ῥωμαϊκὰ στρατόπεδα ἐπεφοίτα, καὶ κατακρότους ἐτίθει τὰς τοῦ στρατηγοῦ μερίμνας, ὡς οἱ Παίονες οὐκ ἀγεννῆ ξενολογίαν κατὰ τὴν μετ' ἐκείνην εἰσὶν ἐκδεχόμενοι. διὰ ταύτην οὖν τὴν ἀκοήν, μὴ περιτυχεῖν αὐτίκα ἀπόλλυσθαι ἐπίπαν, μετὰ τέλος αἴσιον τοῦ πολέμου ἀπῆρεν ἐκεῖθεν Ἀνδρόνικος. ἀλλ' οὕτω μὲν κατεστρατήγηντο Παίονες· βασιλεὺς δὲ τὴν καλλίστην ταύτην νίκην ἐνωτισάμενος, θύει Θεῷ χαριστήρια, καὶ αὐτὸς ἦν ἐν κρότοις καὶ χαρμοναῖς. κοινούμενος δὲ τοῖς τῆς βασιλίδος οἰκήτορσι πόλεως ταῦτα δὴ εὐφρόσυνα κατορθώματα, γράμματα εὐθὺς εὐάγγελα στέλλει, τὴν τροπαιουχίαν περισαλπίζοντα. μεθ' ἡμέρας δέ τινας καὶ αὐτὸς τὴν Μεγαλόπολιν εἰσιών, κα-

τὸν γοῦν θρίαμβον ἀπὸ τῆς ἑῴας πύλης, ἥ τις ἀνέῳγε κατὰ τὴν ἀκρόπολιν· οἷα δ' ἐπὶ μεγίστῳ τροπαίῳ καὶ ἀκραιφνεῖ κατορθώματι θριαμβεύσειν μεγαλοπρεπῶς προθέμενος, καὶ τὰ τῆς πομπείας διασκευασθῆναι πρὸς τὸ ὑπέρογκον διατέταχεν. ἅπας οὖν περιπόρφυρος πέπλος καὶ χρυσίῳ κατάστικτος ἀπῃώρητο, καὶ οἱ ἀστυνόμοι ἄλλος ἄλλοθεν ἐπὶ τὴν πρόσοδον ἐκείνην μεταρρυέντες, ὡς ῥεῦμα κατὰ πρανοῦς ὀχετηγούμενον ἐξεκένωσαν ἀγορὰς, οἴκους, νεὼς, ἐργαστήρια, καὶ ἄλλο μέρος ἅπαν τῆς πολυχανδοῦς πόλεως· οὐδὲ τῆς τῶν αἰχμαλώτων συμμοιρίας ὁ θρίαμβος ἀπεστέρητο, ἀλλὰ καὶ τούτων πολλοὶ διῄεσαν τοὺς παρόντας, καὶ ἐσέμνυνον τὴν πομπὴν παριόντες. αὐτὰ μέντοι τὰ καθ' ἑκάτερα μέρη τῆς ἀγυιᾶς, καθ' ἣν ἔμελλε τελεῖσθαι ὁ θρίαμβος, παρυφιστάμενα δρύφακτα εἰς διώροφα καὶ τριώροφα παρυψούμενα πᾶσιν ἐνεποίουν θαυμασμὸν, καὶ τὰ τέγη δ' οὐχ ἥκιστα μάλιστα πολλοὺς τοὺς θεωμένους καὶ πάντας ἀνέχοντα ἐκκρεμεῖς. ἐπεὶ δὲ καὶ τοῦ τὸν αὐτοκράτορα παρελθεῖν ἐπῆγε καιρὸς, προηγεῖτο μὲν ἀργύρεον ἐπίχρυσον τέθριππον, ἵπποις λευκοῖς ὡς αἱ χιόνων ἀποσπάδες ἑλκόμενον. ἵδρυτο δ' ἐπ' αὐτοῦ ἡ εἰκὼν τῆς ἀπροσμάχου συμμάχου καὶ ἀκαταγωνίστου συστρατήγου τῷ βασιλεῖ θεομήτορος. οὐ μέγα δ' ἔβραχεν ἄξων, ὅτι μηδὲ θεὰν ἦγε δεινὴν τὴν ψευδοπάρθενον Ἀθηνᾶν, ἀλλὰ τὴν ὡς ἀληθῶς παρθένον, καὶ ὑπὲρ λόγον διὰ λόγου τὸν λόγον λοχεύσασαν. μετὰ δὲ τοῦτο οἱ καθ' αἷμα τῷ βασιλεῖ περιώνυμοι, καὶ ὅσοι γερουσιάζοντες τὰς πολιτικὰς διεῖπον ἀρχὰς, καὶ οἱ λαμπροὶ τοῖς ἀξιώμασι, καὶ τῇ τοῦ βασιλέως εὐνοίᾳ περίκλυτοι. ἔπειτα δ' ὁ κρατῶν προῄει αὐτὸς, ἵππῳ ὑψαύχενι ἐποχούμενος, κύδιστος, μέγιστος, καὶ κόσμοις τοῖς βασιλικοῖς περιφανῶς περικείμενος. παρείπετο δέ οἱ καὶ ὁ τοῦ θριάμβου αἴτιος Κοντοστέφανος, ὑμνούμενος τῆς

gressus, triumphum ducit ab Orientali porta quæ ad arcem patet, eúmque ob insignem & incruentam victoriam quam splendidissimè & magnificentissimè adornat. Expansæ sunt omnes purpureæ & auratæ vestes: & ciues alij aliunde ad pompam illã confluentes instar torrentis ex monte decurrentis, fora, ædes, templa, officinas, & loca omnia vrbis amplissimæ deseruerunt. Sunt & captiui in triumpho ducti. Platea illa vtrinque suggesta habuit ad binas & ternas contignationes educta, tecta quoque omnia spectatoribus referta fuerunt. Imperatorem quadrigæ argenteæ auratæ cum equis niue candidioribus præcedebant: quibus imposita erat imago inuictæ adiutricis & insuperabilis cõmilitonis matris Dei. Neque verò axis magnũm sonuit, quia non vehebat acrem deã Mineruam, quæ falsò virgo dicitur: sed veram virginẽ, quæ Verbũ inexplicabili ratione per verbum peperit. Eũ currum Imperatoris propinqui atque amici, Senatus, viri magistratibus & dignitatibus insignes, ponè sequebãtur. Deinde ipse Imperator prodiit, equo feroci insidẽs, vir inclytus & maximus, ornamẽtis illustribus insignis, comitante Contostephano triumphi autore, qui ob vi-

Modus triũphi.

Apparat⁹ magnificentissimus.

Testes.

Captiui in triũpho ducti.

Imperatoris quadrigæ.

Anteambulo Atfoli Deo, non imagini virginis, gloria tribuẽda fuit.

Alij anteambulones Manuelis.

Imperator prodit.

Andronicus eũ comitatur.

ctoriam & rem bene gestam celebrabatur. Magnum templum ingressus, Deóque coram omni populo laudato, in palatium pergit: laxatáq; nimia bellorum contentione, ludis equestribus recreatur.

Deus coram omnibus laudatur.

Instituuntur ludi.

4 Sequenti etiam vere in animi oblectationem insũpto, postquam Sol Cancrum & Leonẽ permearat, & æstus Caniculæ desęuierat, bruma iam instante, in Occidentem egreditur. Audierat enim Seruiorum principẽ, inquieto & insatiabili ingenio hominem Stephanũ Neemanẽ, iusto audaciorem factum, finitima quæque inuadere, ac populares suós grauiter premere ferro grassantem, sueque fortunæ oblitum, Crabatiam & Cattarorum dominatum sibi vindicare. Vt igitur Neemanis voluntatẽ exploraret, Theodorũ Padiatem cum copiis ablegat. Erat autem ea Neemanis ferocia, vt bello non indicto, statim Romanos inuaderet. Postquam autem ipse imperator eũ vlcisci statuit, bello celeriter relicto, in montes confugit, & speluncas ac petras subiit: & subinde imminuta nonnihil superbia, tandem supplex ad pedes illius procumbit. Angebatur enim animo, ne Seruiæ principatus alicui ex iis quos ipse euerterat, qui esset eo dignior, tribueretur. Eum igitur

Manuelis expeditio contra Seruios. Ita magnus seu insatiabilis animus se ipsum aliosque fatigare gaudet.

Bellum autẽ iustum est, si prorsus necessarium.

Celeriter verò perficiendum.

Feroces ante prælium, quum opus est animũ despondent.

Et turpi fuga sibi consulunt, ac tandẽ fracta superbia se hominum vilissimos confitentur.

νίκης, τοῦ δεξιοῦ μακαριζόμενος ἀγωνίσματος. εἰς δὲ τὸν μέγαν νεὼν εἰσιών, καὶ τοῦ παντὸς ἐνώπιον λεὼ τὴν τοῦ κυρίου λαλήσας αἴνεσιν, πρόεισιν ἐκεῖθεν εἰς τὰ βασίλεια. ὥσπερ δὲ τόξον ἀνιεὶς ἑαυτὸν τῆς ἄγαν τάσεως, διεχεῖτο ἵππων ἁμίλλαις.

4 Καὶ τὸ ἐπιὸν δὲ ἔαρ εἰς ἄνεσιν ταμιευσάμενος σώματος, ἐπειδὴ παρείππευσε Καρκῖνον καὶ παρῆλθε Λέοντα ἥλιος, ὅ τε σείριος ὑπέληγε τῆς φλογώσεως, αἱ δὲ χειμέριοι τροπαὶ ἤδη παρεσκυθρώπαζον, ἔξεισι πρὸς τὰ ἑσπέρια, καὶ κατὰ τὴν Φιλίππου ἐναυλίζεται. ἠκηκόει γάρ, ὡς ὁ τῶν Σέρβων σατράπης (ἦν δὲ τότε ὁ Νεεμὰν Στέφανος) ὑπὲρ ὃ δεῖ θρασύτερος γέγονε, καὶ κακόχολος ὤν τις, ἥγηται σοφὸν τὸ περίεργον, καὶ τὴν ἐπιθυμίαν τρέφων ἀκόρεστον, καὶ πρὸς τὰ ἐκεῖ πάντα διαπλωθῆναι φιλονεικῶν, τοῖς ἐκ τοῦ αὐτοῦ φύλου βαρὺς ἐμπίπτει, καὶ ξίφει τὸ ὁμόφυλον μέτεισι, μήτε μὴν τὰ οἰκεῖα εἰδὼς μέτρα Χορβατίαν ὑποποιεῖται, καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἐπισπᾶται τὴν Καττάρων κυριότητα. διὰ ταῦτα τοίνυν πεῖραν εἰληφέναι θέλων τοῦ ἐπὶ τούτοις τοῦ Νεεμὰν βουλήματος, στέλλει μετὰ δυνάμεως τὸν Παδιάτην Θεόδωρον. ὁ δὲ τοπάρχης Νεεμὰν οὕτως ἀναρσίου μετῆν φρονήματος, ὡς εὐθὺς ἐξενεγκεῖν ἀκήρυκτον πόλεμον καὶ Ῥωμαίοις ἐπιστρατεύσειν. βασιλέως δὲ αὐτὸν μετελθεῖν κρίναντος, ὀλίγον τῇ μάχῃ παραφανεὶς ἀπεκρύψατο, τὰς τῶν ὀρῶν καὶ πάλιν ὑποδὺς καταδύσεις, καὶ τὰς πέτρας θέμενος εἰς ἀποκρυφήν. ἀεὶ δέ τι περικόπτων τῆς περιλαβούσης ὀφρύος καὶ ὑφαιρῶν, τέλος τοῖς ἐκείνου ποσὶ τὴν οἰκείαν ὑποτέθεικε κεφαλήν, μέγας μεγαλοστὶ τεταμένος, καὶ περὶ τοῦ μὴ παθεῖν κακῶς δεόμενος. ἠγωνία γάρ, μή πως αὐτὸς μὲν τῆς Σέρβων παραλυθῇ δυναστείας, τὸ δὲ κράτος μετενεχθῇ πρὸς τοὺς ἐκείνου ἀρχὴν δικαιοτέρους, καὶ οὓς αὐτὸς καταστασιάσας εἶχε πρὸς τὴν

ἀρχὴν

ἀρχὴν ἀναχθείς. οὕτω δ' εὐμαρῶς μετῄει τοῦτον, καὶ πρὸς τὴν ἐκείνου πίστιν μετέστρεφεν, εἴποτε ἀποπλανώμενον ἑώρα τῆς εὐθέος, καὶ ἐλευθέρως βλέποντα, ἢ πρὸς τὴν Ἀλαμανῶν ῥηγὶ προστιθέμενον, ἢ τοῖς Οὔννοις προσνεύοντα, καὶ κοινὸν ἐκείνοις βαλλάντιον καὶ πήραν προσκτώμενον, ὡς οὐδὲ ποιμὴν ποίμνιον εὐπερίγραπτον. οὕτω δ' ἐδεδοίκει τοῦτον ὁ Νεεμὰν, ὡς οὐδὲ τὸν βασιλικώτατον θηρῶν τὰ κνώδαλα· ὅς γε καὶ τὰ ἱππάσιμα μόνα πολλάκις ἐπιφερόμενος, καὶ τοῖς δορυφοροῦσιν εἰπὼν, ἕπεσθε, τὰ Ῥωμαίων παρήλλαττεν ὅρια, καὶ κατ' αὐτοῦ ἐξορμῶν, πρὸς τὸ οἰκεῖον ἑτέρον τὰ ἐκεῖθεν μετήμειβε πράγματα. ἀλλὰ τίνα τὰ ἐπὶ τούτοις, ἐρᾷ καὶ στρατείας ὑπερορίου, καὶ τὸ τῆς Αἰγύπτου ἐνωτιζόμενος πάμφορον, καὶ ὅσα γεωργεῖ Νεῖλος ὁ καρποδότης, καὶ εὔσταχυς, τοῖς πήχεσι μετρῶν τὸ εὔδαιμον, ἔγνω ἐν θαλάσσῃ θέσθαι χεῖρα αὐτοῦ καὶ ἐν ποταμοῖς δεξιὰν αὐτοῦ, εἴ πως τὰ δι' ἀκοῆς ἐρώμενα Αἰγύπτια ἀγαθὰ, καὶ ὀφθαλμοῖς ἐντρανοῖς θεάσαιτο καὶ θείη λήπτὰ ταῖς χερσίν. ἐποίει δ' ἐκεῖνον ταῦτα φαντάζεσθαι, τὰ ἐν ποσὶν ὑπερβαλλόμενον, καὶ ταῦτα ἔτι ὠδίνοντα, καὶ τεμνόμενα μὲν καὶ κατακαιόμενα, οὐκ ἀφαντούμενα δὲ καὶ ἀμαυρούμενα, ἀλλὰ παλιμφυῆ κατὰ τὴν ὕδραν γινόμενα, φιλοδοξία τις ἄκαιρος καὶ τὸ πρὸς βασιλεῖς ἀνθαμιλλᾶσθαι. οἷς τὸ κλέος πολὺ, καὶ τὰ σχοινίσματα οὐκ ἀπὸ θαλάσσης μόνον ἕως θαλάσσης ὑφαπλούμενα πρὶν παρετέτατο, ἀλλ' ἐκ τῶν ἑῴων ὁρισμάτων μέχρι τῶν ἑσπερίων στηλῶν διικνεῖτο. οὐκοῦν καὶ τὸ σκέμμα τῷ τῶν Ἱεροσολύμων ῥηγὶ Ἀμερίγῳ κοινωσάμενος, κἀκεῖνον εὑρὼν οὐκ ἀποπεμπόμενον τὸ ἐννόημα, μᾶλλον μὲν οὖν καὶ συλλαβέσθαι οἱ τοῦ ἐγχειρήματος ὑπισχνούμενον, στόλον καταρτύει βαρὺν κατὰ

hominem Imperator tanta arte tractabat, & ad fidẽ sibi seruandam conuertebat, si quando à recta via aberrare, & libertatem spectare videbat, aut cum Alemannorum Rege se coniungere, aut ad Hunnos inclinare, & manubias communicare: quanta diligentia nec opilio exiguũ gregem custodire solet. Neeman verò illum non minus formidabat, quàm leonem cæteræ animantes. Nam cũ Imperator equitatu tantum educto, & satellitibus sequi iussis, Romanorum fines egressus, contra illum ferebatur: Seruiæ statum suo arbitratu extemplò immutabat. Post hæc Manuel, audita Ægypti fertilitate, & frugiferis Nili exundationibus: classe eam terram petere, & quæ auribus acceperat, oculis intueri & cõtrectare manibus instituit. Quamuis autẽ proxima quæque adhuc in motu essent, & licèt secarentur & vrerentur, non tamen tollerentur, sed instar rediuiuæ hydræ repullularent: tamen importuna ambitione impulsus, & veterum principũ æmulatione ac gloria adductus, qui non modò à mari ad mare, sed ab Oriente vsque ad Occidentem dominati fuerũt: rebus magis vrgentibus omissis, longinquã expeditionem suscepit. Cõsilioque suo cum Amerigo Hierosolymorum rege cõmunicato, qui se ei præstò futurum pollicebatur: classẽ amplius CC longarũ nauiũ

Manuel suo more, id est astutè agis, debellatum hostem clementer tractãs, vt alios facilius inuadere.

Neeman verò, principis animũ quidem non autẽ satis animi habentis gerit imaginem.

Manuelis Ægyptiaca expeditio, ex ambitione profecta, infelicem sortitur exitum. Vnus homũcioni, qui sarcophago contentus erit, non sufficit orbis.

Longinquæ expeditiões, sũptuosissimæ & periculosissimæ.

Præsertim si infidos socios princeps expeditionũ author nactus sit.

contra Tamiathum comparat, inter quas erant x Epidamniæ & ſex Euboicæ expeditæ naues. Nauarchũ deſignat Andronicum Contoſtephanum Magnum ducẽ: & Theodorum Maurozumem cum LX triremibus ad Regem præmittit, qui reliquam claſſem & Contoſtephanum iamiam adfore prænuntiaret: atque eum hortaretur, vt ipſe expeditionem maturaret: ſimul etiam Hieroſolimitanis equitibus qui Regem in Ægyptum ſecuturi eſſent, ſtipendia afferret. Non multo pòſt, VIII die mẽſis Iulij Contoſtephanus ad Melibotum appulit, vbi ab Imperatore, qui claſſis ſpectãdæ gratia aderat, quæ in rem fore viderẽtur, edoctus, biduò pòſt Cœla, quæ circa Seſtum & Abydũ ſunt, peruenit, & Romanas auxiliareſque copias ſibi aſſignatas triremib. imponit. Inde dum ſecundis ventis Cyprũ verſus nauigat, in ſex ſpeculatrices naues ab Ægypti Amera miſſas, incidit: quarum duabus captis, quatuor reliquę eminus accelerato curſu euaſerunt.

Nec ingens claſſis prodeſſe tũc poteſt: immò numerus nil aliud eſt quã numerus.

Alea periculoſiſſima, ſi ſocium non modò perfidum, ſed etiam ſomno lentũ excitare cogaris.

Claſſis Manuelis ad Ægyptium bellum nauigatio.

Velitatio quædam in Cyprio mari.

5 Ad Cyprum appulſus, Regi ſuum aduentum nunciat, illiúſque ſententiã exquirit, vtrum ipſe in Cyprũ venire, an ſe Hieroſolyma ire malit? At Rex Epimethei

Quoties fœderati in bello moras nectũt, aut exercitum & vaſa collige, aut cladẽ expecta.

τοῦ Ταμιάθου εἰς νῆας μακρὰς διακοσίας, καὶ ἔτι πρὸς ἀριθμούμενον, ἐν αἷς κατελέγοντο δέκα μὲν αἱ ἀπὸ τῆς Ἐπιδάμνου ἀναχθεῖσαι, ἓξ δὲ ταχυναυτοῦσαι ἅπασαι, ἃς ἐπλήρουν οἱ Εὐβοεῖς· ἀναδείκνυσι δὲ Ναύαρχον τὸν μέγαν Δοῦκαν τὸν Κοντοστέφανον Ἀνδρόνικον. ἀπὸ δὲ τουτωνὶ τῶν τριήρεων ἑξήκοντα τῷ Μαυροζούμῃ παραδοὺς Θεοδώρῳ πρὸς τὸν ῥῆγα ἐξέπεμψε, προκαταγγελοῦντα μὲν καὶ τὴν ὅσον οὐδέπω τοῦ λοιποῦ στόλου ἀναγωγὴν, καὶ τὴν ἐκεῖσε τοῦ Κοντοστεφάνου ἄφιξιν· διαναστήσοντα δὲ κἀκεῖνον ὡς εἴη ἑτοιμασάμενος τὰ πρὸς τὴν ἔξοδον, ἅμα δὲ ἀποκομίζοντα καὶ τὰ τῶν Ἱεροσολυμιτῶν ἱππέων ὀψώνια, ὅσοι συνεκστρατεύειν ἔμελλον τῷ ῥηγὶ συνεφαπτομένῳ τοῦ πολέμου, καὶ κατ᾽ Αἰγυπτίων τιθεμένῳ τὴν κίνησιν, καθ᾽ ὧν ὁ στόλος ὁ Ῥωμαϊκὸς συγκεκρότητο. μετ᾽ οὐ πολὺ δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Κοντοστέφανος ἔξεισιν (ἦγε δὲ τότε ὀγδόην μὴν ὁ Ἰούλιος) καὶ δὴ πρὸς τὸ Μελίβωτον καταχθεὶς, καὶ παρὰ τοῦ βασιλέως ἐκεῖσε ἀφιγμένου θεατοῦ τοῦ στόλου τὰ πρὸς τὸ ἔργον ὑφηγηθεὶς, μετὰ δύω ἡμέρας ἀνάγεται, καὶ κατάγεται εἰς τὰ Κοῖλα. ταῦτα δή τὰ περὶ Σηστόν τε καὶ Ἄβυδον. καὶ ἐντίθησι ταῖς τριήρεσι τὸ ἐκ Ῥωμαϊκῶν καὶ ἐθνικῶν ἰλῶν ἀποκριθὲν, καὶ παραδοθέν οἱ στράτευμα. τὸ δ᾽ ἐντεῦθεν, ὡς ἦν τὸ πνεῦμα φορὸν καὶ οὔριον, τὰ πρυμνήσια λύσας, καὶ τὰ ἱστία διαπετάσας, τὴν ἐς Κύπρον παρανελέγετο κέλευθον. κατὰ δὲ τὸν πλοῦν τοῦτον, ἓξ ἐγκύρσας ναυσὶν, ἃς ὁ τῆς Αἰγύπτου Ἀμηρᾶς ἐπεπόμφει πρὸς κατασκόπησιν, τὰς μὲν δύω συλλαβὼν εἶχεν· αἱ δ᾽ ἄλλαι, αἳ καὶ μὴ αἰχμάλωτα τὸν πλοῦν ἐπέθεντο, καταταχήσασαι διαδιδράσκουσι.

5 Προσοκείλας δὲ τῇ Κύπρῳ, τὴν ἄφιξιν αὐτοῦ παρίστησι τῷ ῥηγὶ καὶ πυνθάνεται πρὸς ὅτῳ ἔχει τὸν νοῦν ἐκεῖνος, καὶ εἰ προσμένει αὐτὸν εἰς Κύπρον, ἢ τὴν ἐπὶ Ἱεροσολύμων βαδιεῖται οὗτος; ὁ δὲ ῥὴξ κατὰ τὸν Ἐπιμηθέα,

ᾧ τὸ

ᾧ τὸ μὲν μέλειν οὐκ ἔστι φασί, τὸ δὲ μεταμέλειν, καὶ μάλα τὴν καρδίαν μεστὴν ἐπλήττετο, ὅτι συναρήξειν ὅλως βασιλεῖ κατένευσεν, ἢ γοῦν ἐπῄνεσε τὴν κατ' Αἰγυπτίων μελετωμένην κίνησιν. τῷ τοι καὶ ἀναβαλλομένῳ ἐῴκει καὶ σκεπτομένῳ πολλάκις τὸ ποιητέον. ὀψὲ δ' οὖν σημαίνει τῷ Ἀνδρονίκῳ τὴν ἐπὶ Ἱεροσολύμων ἵεσθαι· ὡς ἐκεῖσε συνελθόντες, συνδιασκέψωνται ἀμφότεροι, ὃ κοινῶς διαπράξονται. εἶχε τοίνυν ἡ μὲν παλαιστίνη τὸν Κοντοστέφανον· τὸν δ' Ἀμέριγον αὖθις ἡ μέλλησις, καὶ ὁ μετάμελος πολὺς ἐγκείμενος, ὑπέτυφε τὴν ψυχήν. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα, πάζοκλον πρόφασιν περιτεθεὶς, οὐδὲν ἧττον ἐπὶ πᾶσι καὶ τὴν τῶν οἰκείων στρατευμάτων περιεβάλλετο συλλογήν. Ἀνδρόνικος δὲ ἐπὶ τούτοις ἤχθετο μὲν, τοῦ καιροῦ τὴν ἄλλως ἐκμετρουμένου, ὅπερ οὐκ ἦν εἰς αὖθις ἐπιλαβέσθαι, ὡς μηδὲ κομῶντος ἐξόπισθεν. ὑπέθραττε δ' αὐτὸν πλειόνως ὁ τοῦ ναυτικοῦ πληρώματος ὀψωνιασμὸς διηνεκῶς ἀναλούμενος. ὁ γὰρ βασιλεὺς τριῶν μηνῶν τῷ στόλῳ σιτηρέσιον ἐπεμέτρησεν ἐκ τοῦ Αὐγούστου μηνὸς ἀρξάμενος. ἦν δὲ τότε λήγων ὁ Σεπτέμβριος. ἐπεὶ δ' ἐδόκει, τὴν διὰ ξηρᾶς ἀπαίρειν πορείαν ὁ ῥὴξ, τοῦ θαλαττίου προτίθησι πλοῦ, καὶ Ἀνδρονίκῳ οὑτωσὶ ποιεῖν ὑποτίθησι, φάσκων δὴ ῥᾳστέραν εἰδέναι ταύτην πολλῷ καὶ ἀπαθεστέραν τῷ ἑλομένῳ, καὶ ὡς ἔσεσθαι ἐξ ἐφόδου οὕτως αὐτοῖς ἅμα, καὶ πάρεργον ὁδοῦ παραστήσασθαι τὸ Τούνιόν τε καὶ τὸ Τενέβιον. τὰ δὲ ἐπὶ κωμύδρια τῷ τοῦ Αἰγύπτου Ἀμηρᾷ καθυπείκοντα, οὐ δυσπρόσοδα οὐδὲ δυσέμβολα, ἀλλ' ἐφ' ὑπτίου κείμενα πεδίου, καὶ τοὺς πλείστους τῶν κατοίκων ἔχοντα γνωριζομένους ἐξ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ. ὡς ἀγαθῇ γοῦν τῇ παραινέσει τοῦ ῥηγὸς πεισθεὶς Ἀνδρόνικος, ἣν ἥρειτο οὗτος ἐτράπετο. τὴν δ' ἐν τῷ μεταξὺ πορείαν ἀλύπως ἀνύσαντες, οἷς εἴπομεν φρουρίοις προσέβαλον, καὶ ὁμολόγως αὐτὰ χειρωσάμενοι, ὅτι

more, quem post factũ deliberare aiunt, cũ planè pœnituiſſet, quòd ſe Imperatori opem laturũ promiſiſſet, atque eius Ægiptiacam expeditionẽ approbaſſet, magnopere angebatur. Proinde rem procraſtinat, ac ſubinde quid agendum ſit, deliberat. Tandem Andronicũ Hieroſolima accerſit, vt ibi in commune cõſulant. Quò cum Andronicus veniſſet, Amerigus denuò cunctatur: & pœnitentia vehementer æſtuans, aliud atq; aliud excuſat, ſuarumque legionum conuocationẽ cauſatur. Andronicus eam moram tũ ob irrecuperabilis occaſionis neglectum, tum verò propter fruſtra inſumpta in claſſem ſtipendia ægrè ferebat, quæ Imperator ad tres mẽſes duntaxat numerarat, ab Auguſto auſpicatus, cũ September tũ exiret. Cùm autem Rex terreſtre iter tũ vt commodius & tutius nauigationi prætuliſſet, tũ quòd obiter Tunium & Tenebiũ pagos, aditu faciles & in planicie ſitos, quorum habitatores Chriſtiani plerique nominis, Aegypti Ameræ parerent, occupare liceret: Andronicus Regis conſiliũ ſequitur. Interiecto itinere citra moleſtiam confecto, & caſtellis quæ diximus, quòd

Tergiuerſantis principis effigies.

Eſt quædam cunctatio neceſſaria; hæc verò tum ipſi Amerigo probroſa, tũ Manueli exitioſa eſt.

Ex cunctatione intempeſtiua, ſummi ducis angores & exercit' clades propinquæ.

Conſilia languida parum efficiunt.

Leues expeditiones exercitũ ingentem debilitant.

iusto præsidio non munita erant, in deditionem acceptis pergunt: & cum classe, quæ iam ad Tamiathum appulerat, congressi, Sarracenos vrbe effusos, intrepida acie sic exceperunt, vt cum clamore & tumultu, vix aspectu Romanorum tolerato, intra portas refugerent. Id ea die factum, qua & triremes Nilum sunt ingressæ, & Rex pedes eôdem venit. Postridie Saraceni denuò conuenerunt, cum Romanis in campo sinuoso & leniter ad murũ inflexo dimicaturi. Sed ne tum quidem eis restiterunt. Nã ita pugnabant, vt paulum à portis progressi, nusquam à munitionibus discederent. Romanis autẽ irruentibus, salutẽ fuga quęrere contenti, in portas irruunt, suam phalangẽ hostibus opponere non ausi. Id per dies complures factum. quod eò pertinebat, vt res ostendit, vt Romani vana spe inflati, tempus tererent. Aliquanto pòst Andronicus muros ferire arietibus non sine labore & periculo cœpit. Nã barbari eos qui machinas admouebant, supernè iaciendo, & telis grandinis in modum ingerẽdis, ab opere depellebant, aliáque comminiscebantur ad mœnium defensionem. Nihilominus partem muri deiecit, in quo celebris ædes Dei genetricis extructa erat. Nã

Tamiathi obsidio, cuius initia obsidẽtibus læta, vt solet.

Ægyptiorum Tamiathi obsessorũ pugnãdi ratio. Qui impares sunt bello, si temeratio impetu ruũt in hostes, stultitiæ suæ luctuosa præmia reportabunt.

Prudẽtes autem obsessi velitatiõib' sæpissimè iteratis, exercitus obsidẽtis impetum retundunt.

Et facilè mœnia sua tuentur.

μὴ δ᾽ εἶχον ἔνδοθεν ἀξιόμαχον δύναμιν, καὶ χεῖρα ἱκανὴν εἰς ἀντίπαλον μοῖραν, χωρεῖν τοῦ πρόσω εἴχοντο, καὶ δὴ τῷ στόλῳ συμμίξαντες, ἤδη τὰς κώπας ἐπὶ τοῦ Ταμιάθου χάσαντι καὶ ἐφορμῶντι, τοῖς περὶ τῆς πόλεως εὐθὺς ἐκχυθεῖσι, καὶ μεθ᾽ ὅπλων ἐποφθεῖσι Σαρακηνοῖς συμμίγνυνται. οὕτω δ᾽ ἐξέπληξαν αὐτοὺς Ῥωμαῖοι καὶ διετάραξαν τῷ ἀπτοήτῳ τῆς ἀντιτάξεως, ὡς σὺν βοῇ τε καὶ ταράχῳ συνωθηθῆναι εἴσω πυλῶν, μηδὲ καθαρῶς ἀντιβλέψαι σφίσιν ὑπενεγκόντας. καὶ τοῦτο μὲν οὕτω τῆς ἡμέρας ἐκείνης πέπρακται, καθ᾽ ἣν αἱ μὲν τριήρεις τῷ Νείλῳ προσώκειλαν, ὁ δὲ ῥὴξ πεζῇ παρεγένετο. τῇ δ᾽ ὑστεραίᾳ πάλιν οἱ Σαρακηνοὶ συμπλακησόμενοι Ῥωμαίοις συνεληλύθεσαν κατὰ τὸ περὶ τῆς πόλεως κολπῶδες πεδίον, καὶ ἐπικαμπὲς ἠρέμα περὶ τὸ τεῖχος. πλὴν οὐδὲ τότε Ῥωμαίοις ὑπέστησαν. τῶν γὰρ πυλῶν ὅσον ἀποσχόντες βραχὺ, καὶ μηδαμοῦ τοῦ περιτειχίσματος ἀφιστάμενοι, οὕτω διετίθουν τὸν πόλεμον. ὡς δ᾽ ἐπ᾽ αὐτοὺς ὥρμηντο Ῥωμαῖοι, μόνον τὸ παθεῖν κακῶς φυλαττόμενοι, ἐνέκλιναν εἰς φυγὴν, καὶ διὰ τῶν πυλῶν εἰσεχέοντο, μὴ εὐθύωρον ἄγειν εἰς τοὺς πολεμίους τὴν ἑαυτῶν ἀποθαῤῥοῦντες φάλαγγα. καὶ τοῦτο ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ἐγίνετο. ἣν δ᾽ ἡ στρατηγία αὕτη μηδὲν ἄλλο δυναμένη ὡς δέδεικται, ἢ Ῥωμαίους κατασοφίζεσθαι, ὅπως εἰκῇ χρονοτριβῶσιν, ἐλπίσι μὴ περαινομέναις ὑποσυλώμενοι. ἀμέλει τὰς ἑλεπόλεις ἐς νέωτα προσαγαγὼν Ἀνδρόνικος, οὐκ ἀμογητὶ καὶ ἀκινδύνως τὸ τεῖχος ἔτυπτεν. οἱ γὰρ βάρβαροι τοὺς διαπτερομένους τῶν μηχανημάτων ἔβαλλον ὑψόθεν, καὶ τοῦ ἔργου ἀπεκώλυον, βέλη τε νιφάδων ἀφιέντες πυκνότερα, καὶ ἀντεπινοοῦντες τὰ τῷ τείχει σωτήρια. ἴσχυσε δὲ καὶ οὕτω κόρσην κατερεῖψαι τείχους, ἐφ᾽ οὗ κηῶδες ἵδρυτο τέμενος, τῇ θεομήτορι ἀνακείμενον.

ἤδετο

ἤδετο δὲ τοῖς ἀστοῖς ἐκεῖ που παύσασθαι τῆς πλάνης τὴν μητροπάρθενον σὺν ἅμα Ἰωσὴφ τῷ μνηστῆρι, ὁπότε εἰς Αἴγυπτον ὥρμηντο, τὸν παιδοφόνον Ἡρώδην ἐκκλίνοντες· οἱ τοίνυν Σαρακηνοὶ ἀπέσκωπτον ἐς Ῥωμαίους, καὶ ὕβρεσιν Ἀνδρόνικον ἔπλυνον, οἷα μὴ φεισάμενον νεὼ καθ' ὅνπερ ἐκκλησιάζοντες τὸ Χριστώνυμον, τὰ οἰκεῖα τελοῦνται μυστήρια, τῇ μὲν προσευκτήρια, τῇ δὲ καὶ χαριστήρια ᾄδοντες. ὡς δὲ οὐδ' ἔπω τὰ κατὰ νοῦν Ἀνδρόνικος ἐξεπέραινε, διὰ προσβολῆς ἰσχυροτέρας ἔγνω πειράσασθαι τῶν ἐντός· καὶ δὴ τῷ ῥηγὶ πρὸς λόγους ἐλθών, ἐνῆγε κἀκεῖνον, πολὺς ἐγκείμενος ἐξαγαγεῖν τὴν στρατιάν, καὶ τὸ τεῖχος ἅπαν διαλαβεῖν· κἂν εἰ προχωροίη τὰ τοῦ ἔργου, καὶ κλίμαξι χρήσασθαι, καὶ τοὺς ἀναρριχωμένους διατεῖναι. ὁ δὲ ἐπῄνει μὲν τὰ λεγόμενα, καὶ τῶν εὐμεθόδων βουλευμάτων ἀπεθείαζε τὸν Ἀνδρόνικον, οὐκ ἄλλως δὲ τῷ πράγματι ἐγχειρήσειν διεβεβαιοῦτο καὶ διετείνετο, τὸν τοῦ Χριστοῦ τάφον εἰς ὅρκον παραλαμβάνων, εἰ μὴ πρότερον πύργοι τεκτονηθήσονται ξύλινοι, καὶ τούτους ἐπιστήσει τοῖς τείχεσι. καὶ ταῦτα λέγων, ἐπέταττε τοὺς τῇ πόλει περιπεφυκότας φοίνικας καθαιρεῖν. καὶ εἰς πύργων ὑποξέειν ὑψώματα. οἱ μὲν οὖν εὐφυεῖς τε ἀκρόκομοι φοίνικες ἀπετέμνοντο, καὶ τὰ ἄλση τῶν δένδρων ἀπεκενοῦντο, καὶ ἐψιλοῦτο ἅπας παράδεισος. τὰ δὲ τῶν πύργων δοκανώματα, τε ἡ τούτων ἁρμογὴ καὶ ἀπάρτισις ἐξεπεραίνετο οὐδαμοῦ. ὁ γὰρ ῥὴξ ἐς ἡλίους μακροὺς ἀπετίθει, τὸ γενησόμενον ἐς αὔριον ἀεί πως ἀναβαλλόμενος, μηδὲ τὰ δεδογμένα πληρῶν. ταῦτα δὲ ὁρῶν Ἀνδρόνικος, ἤχθετο μέν, ὃ λειπόμενον ἦν, καὶ κατῴκτειρε τὴν στρατιάν, σιτίων ἤδη σπανίζουσαν, καὶ θανεῖν λιμῷ κινδυνεύουσαν, καὶ τοὺς μὲν μηδ' ὀβολοῦ εὐποροῦντας ὡς ἔχοιεν τὰ πρὸς τὸ ζῆν ἐξωνούμενοι, τοὺς δὲ δυσχεραίνοντας, ὡς οἰκείαν μὴ ἔχοντες ἀγοράν, πλεῖστα τοῖς ἐπὶ τῆς σιτηγίας κα-

ibi narrabant ciues, Virginē matrem cũ ſponſo Ioſepho fugam ſtitiſſe, cum ſãguinarij Herodis metu in Ægyptũ fugerent. Proinde Sarraceni Romanos irridebant, & Andronicũ inſectabantur, quòd ædi non peperciſſet, in qua Chriſtiani Deo preces offerrent, & vota exoluerent, & ſua myſteria peragerent. Sed cùm ne ſic quidē quicquam ex ſententia ſuccederet, maiore impetu hoſtes inuadendos ratus, Regem adiit, vehementer inſtans, vt & ipſi ſuis productis copiis, vrbem corona cingerent: & ſi res facultatē haberet, ſcalis admotis conſcenderent. Is verò etſi inſtitutum & prudentiam Andronici collaudabat, tamen ſalutare Chriſti ſepulchrum teſtatus, ſe eam rem prius aggreſſurum eſſe negauit, quàm ligneæ turres fabricarēntur, quas mœnibus admoueret. iuſſitque palmas ſuburbani agri in eum vſum ſuccidi. Quod cum factum eſſet, turres nihilo magis extruebantur ob Regis procraſtinationem & tergiuerſationē. Ea re triſtis Andronicus, exercitum miſerabatur, iam commeatu deſtitutum, & fame periclitãtem. Nam alii ne obolum quidem ad emenda cibaria habebant: alij indignabantur, quòd peculiare forum nō habentes, à frumētatori-

Oppugnãtes nihil curant aut quærũt, niſi victoriã.

Ideo, qui tē-pla colebant merito ridē-tur à Saracenis, quod loca tam religioſe culta deiicerent.

Andronicus lapidem vertat nō in hoſtes, ſed in ſe ipſum.

Amerig⁹ ſuo more cunctatur, vt commeat⁹ penuria debilitatum exercitum frangat.

Inde animorũ & opum relaxatio.

Et famis ingruentis incommoda.

Ita oppo rtunitate per inertem cunctationem amiſſa, obſidionis inutilis ac noxię piget.

bus Regiis magna pecunia parum impetrarent. & militiæ tempus iampridem elapſum, querelas & moleſtias militum augebat: in primis tamen inanis & irritæ obſidionis vltra dies L prorogatæ pigebat.

Andronicus Amerigi fraude, Tamiathi expugnatione fruſtratus in rerum viciſſitudinẽ inſurgit, quę tamen iſtam audaciã minimè iuuat. Nec etiã eſt aduerſus ſtimulos calcitrandum.

6 Cum autẽ nihil per Imperatoris literas agere liceret, niſi quod Regi placuiſſet: illius ſententiam expectauit. Sed cùm re ipſa comperiſſet, eum nihil æqui animo agitare, neque quicquam opis afferre, exercitum verò in multis ærũnis & periculis verſari videret, quippe fame vrgente, vt nõnulli cibis inuſitatis vterẽtur, omnes verò radicibus & palmarũ comis elixis veſcerentur: accedebat fama parum ſecunda, à Sultano Ægypti & orientalibus Arabibus iamiam auxilia ſubmiſſum iri, & magna pecunia cõductos equites Aſſyrios in propinquo eſſe: mortuo non in aurem inſuſurrandum ratus, cõtempto Latinorum faſtu, vel ſolus belli fortunam experiri decreuit. conuocatoque exercitu ad hunc modum diſſeruit: *Et hic diu commorari moleſtum eſt: & nulla clade iis illata, quos oppugnatum iuimus, ac vacuis reuerti manibus turpiſſimum. vtróque verò peius eſt, ſummaque dementia, parere viro à Romanorũ commodis prorſus abhorrenti: & nihilo melius erga nos affecto, quã ipſi hoſtes. Non videtis vt Rex vallũ longè à noſtro cõmunierit,*

Rectè quidẽ, ſed non ſatis validis copiis fultus, ſæpius id cogitur de ſuperbo & inerti ſocio alius dicere. Nec tecum nec ſine te.

Oratio Andronici ad milites Græcos, in qua Amerigi malam mentẽ detegit: dein eos ad aliquid ampli⁹ audẽdũ hortatur.

ταπιθέμενοι τοῦ ῥηγὸς, ὀλίγων ηὐπόρουν τῶν πρὸς ἑστίασιν. καὶ ὁ συντεθειμένος δὲ χρόνος τῇ στρατείᾳ πάλαι ἐκμετρηθεὶς, σχετλιάζειν ἐποίει καὶ δυσφορεῖν· πρὸ δὲ πάντων ἡ κενὴ καὶ ἀνόνητος προσεδρεία, ἡμέρας ὑπερβᾶσα πεντήκοντα, εἰς ἑτέραν δὲ μὴ ἔχων ἀπιδεῖν ἐργασίαν.

6 Ὅτι μηδὲ εἴων αὐτὸν τὰ τοῦ βασιλέως γράμματα ὅλως ἐγχειρεῖν, ἃ μὴ εἴη ἀσπάσια τῷ ῥηγὶ, καθῆστο καραδοκῶν τὸ ἀπὸ τοῦ ῥηγὸς ἐνδόσιμον. ἐπεὶ δ' οὐδέν τι χρηστὸν οὐδὲ μέτριον ἐκ τῶν πραττομένων κατελάμβανε τὸν ἄνδρα διανοούμενον, μήτε προσλαμβάνοντα καὶ συμμογοῦντα, καὶ εἰς δεινὰ δὲ καὶ ἀμήχανα πολλὰ ἐμπεπτωκέναι τὴν στρατιὰν ὁρῶν κινδυνεύουσαν, οἷα τοῦ λιμοῦ ἐπιβρίθοντος, καὶ δεινῶς ἐπιβοσκομένου, ὡς ἅπτεσθαι τῶν ἀπηγορευμένων σιτίων τινὰς, πάντας δ' ὅμως ῥιζοφαγεῖν, καὶ τὰς τῶν φοινίκων δρέπεσθαι κόμας, καὶ δεῖπνον ἕψοντας παρατίθεσθαι· οὐκ ἀγαθαὶ δὲ καὶ φῆμαι προσέβαλλον, ὅσον οὔπω ξενολογίαν τοῖς πολιορκουμένοις ἀφίξεσθαι ἔκ τε τοῦ Σουλτάνου τῆς Αἰγύπτου, καὶ τῶν πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον Ἀράβων, καὶ Ἀσσυρίαν δὲ ἵππον ἐωνημένην πολλὴν, ἄγχιστα εἶναι, ἀφεὶς πρὸς οὖς νεκρῷ διαλέγεσθαι, καὶ τὴν Λατινικὴν ἐξουδενώσας κόρυζαν, ἐπαποδύσασθαι, καὶ μόνος τὴν τοῦ πολέμου κέκρικεν ἅμιλλαν· ἐκκλησιάσας τοίνυν τὴν στρατιὰν, καὶ τὸ ἐνθάδε, φησὶν, ἐπὶ πολὺ μένειν ἀνιαρὸν, καὶ τὸ μηδέν τι δεδρακότας κακὸν, καθ' ὧν ἐπήλθομεν, χερσὶν ἐπανηκέναι κεναῖς, αἴσχιστον· χεῖρον δ' ἀμφοῖν τούτων καὶ μὴ νοῦ διοικουμένων ἄντικρυς ἔργον, τὸ πείθεσθαι ἀνδρὶ κατ' οὐδὲν ξυγκειμένῳ τὴν γνώμην Ῥωμαίοις ἀλλὰ καὶ τῶν ἐχθρῶν οὐ κοινῶς διακειμένῳ ἄμεινον· οὐ συνίετε ὅπως ὁ ῥὴξ τὸν οἰκεῖον χάρακα τοῦ ἡμετέρου βαλὼν ἄποθεν,

προέρεισιν; οὐδ' ὅλως ἐκεῖθεν ὁ συναγωνιστής, ὁ σύμμαχος, καθάπερ εἰς ἑόρτιον ἄνεσιν παρ' ἡμῶν καὶ θεατὴς προσληφθείς, οὐκ ἐργάτης ἄρεος ἔργων; οὐχ οὕτω καὶ οὗτοι δρῶσιν οἱ ἀντίπαλοι, ὅταν τὴν μάχην ὑπέρθωνται, οὐδὲ μαχούμενοι ἐξίασι τῶν πυλῶν; ὥστε τὸ ἀπὸ τοῦδε οὐ τοῦτό μοι ἔπεισι δεδιέναι, μὴ οὐδὲν χρηστὸν κατωρθωκότες ἀπίωμεν, ἀλλ' εἰ μή πως οὐχ ἱκανοὶ ἐσοίμεθα τὰς ἡμετέρας ἐκσῶσαι ψυχάς. ἀλλ' οὐδ' ἐκεῖνό μοι διὰ μελέτης καὶ σκέψεως, ὅπως σὺν ἡμῖν μαχεῖται ὁ ῥήξ, ἀλλ' εἴ πως τὰς αὐτοῦ δολοφροσύνας διαδράντες, οὐκ ἐγκρυφιάζοντος ἤδη, μήτε μὴν παραπετάσματι συσκιάζοντος τὰ ἐνδόμυχα, ἀπείρατοι κακῶν ἐνθένδεν ἀπαίροιμεν, τὸν ἐν ὀφθαλμοῖς διακρουσάμενοι κίνδυνον. τάχα καὶ νῦν Αἰγυπτίοις προσεξεύρηνται φάρμακα τῶν πάλαι παρ' αὐτοῖς ἰσχυρότερα, ἃ καὶ μὴ κοιμίζειν μόνον λύπας ἔχουσι, καὶ τὸ δεδηϊωμένον τῆς ψυχῆς ἀπροσδοκήτοις διαιτᾶν διαχύσεσιν, ὡς ἐκεῖνο πρώην τὸ φάρμακον ὃ δέδωκε τῇ Λακαίνῃ Θῶνος παρακοίτις νηπενθὲς κακῶν ἁπάντων ἐπίληθες, ἀλλὰ καὶ πολεμικοὺς ἄνδρας ἐκθηλύνειν. καὶ ποιεῖν ἀλκῆς ἐπιλήσμονας, καὶ τούτων οἶμαι τῶν φαρμάκων Ἀμερίγῳ προὔτειναι σκύφον Αἰγύπτιοι, καὶ γοητευθεὶς, ὡς ἔοικε, τῷ ποτῷ, καὶ μεταχὼν ἐς μέθην τῆς κύλικος, πρὸς κάρον ἀποδεδόχμωται χρόνιον. τῷ τοι παρὰ πάσσαλον μὲν αὐτῷ ἡ ἀσπὶς, τὸ δὲ ξίφος καθυπνώττει τῷ κουλεῷ, ἐπὶ δὲ σταυρωτῆρος τὸ δόρυ πέπηγεν. ἢ τοῦτο μὲν οὐδαμῶς, ἀργύρῳ δὲ φαρμαχθεὶς, τὰς φρένας ἠλλοίωται, καὶ χρυσίῳ τὰ ὦτα βέβυσται, καὶ τούτῳ κνώμενος πρὸς τὸ δυσήκοον μετεσκεύασται. καὶ νῦν φροῦδαι μὲν αἱ ξυνθῆκαι, ἃς ὑπὲρ τοῦ συμμαχήσειν Ῥωμαίοις βασιλεῖ δέδωκε, χείλεσι μόνοις ἐκεῖνον τιμῶν, τῇ δὲ καρδίᾳ πόρρω φερόμενος. ἡμεῖς δὲ τηλικούτοις δεινοῖς προσοιχιζόμεθα, ὁ πόλεμος εἴγε καὶ λιμὸς ὁμοῦ ἡμᾶς δαπανᾷ, καὶ τὰ Ῥωμαίων ἐφ' ὑμῖν αὐχήματα οἴχεται, τὰ δὲ λαμ-

neque inde prodeat, socius & confœderatus noster, non secus ac si ad festum & spectaculum inuitatus esset, non autem belli societatē nobiscum coiisset? Nōne idem & hostes nostri faciunt, cum dilata pugna intra mœnia se continent? Itaque vereri mihi subit, ne non modò rebus infectis discedamus, sed ne vitam quidem nostram tueri possimus. Neque mihi curæ est, an Rex opem nobis ferat: sed illud, quo pacto dolos eius effugiamus, qui suas insidias iam ne dissimulare quidē studet: ac imminente periculo euitato, incolumes hinc discedamus. Fortasse nunc Aegyptij noua medicamenta inuenerunt, veteribus illis efficaciora, quibus non modò animi tristitia pellatur, vt illo Helenæ à Thoni uxore dato, sed fortes etiā viri effœminentur. Huiusmodi poculo Amerigus ad ebrietatem hausto, in diuturnū veternum incidisse videtur, ignauoque ocio abiectis & neglectis armis torpescere. aut potius pecunia infectus mutasse animum, & auro obturatis auribus obsurduisse. Nunc inane fœdus est quod cum Imperatore icit: quē verbis duntaxat colit animo ab eo abhorrens. Nos verò tantis malis circumuenti, & fame & bello absumemur. Romani frustra virtute nostra gloriātur, res à nobis præclarè gestæ

Amerig⁹ ostrametauit longè à Græcis.

Non ad bellum sed ad spectaculum accessit.

Colludit cū hostibus obsessis.

Dolosè agit cū obsidentibus.

Ab Ægygtiis nouo quodā medicamento dementatus videtur.

Et effœminatus apparet.

Vel pecunia corruptus. Illud est autē potentissimū pharmacum quod fœderatos in perfidos, & hostes infensissimos transmutat.

Periculū amplificat Andronicus, & prudēter qui demitum vt ad Amerigi odiū tum vt ad aliquid audendum suos incitet.

interciderunt. Præstitisset nos nunquam per tanta maria portus hos intrasse, quàm infectis rebus discedere hinc. Nunc albis velis, qualia Byzantio tulimus, redire non licebit: sed fuscis naues operiemus, ob ignominiæ labem. Verùm nos commilitones, siue populares siue peregrini, seiuncti à Palæstinis equitibus, hominibus superbis, elatis & perfidis, Barbaros inuadamus, mœnia oppugnemus, certatim oppidū hoc capiamus: itaque cōtēdamus, quasi hostiū diuitiis iamiam potituri. Si mœnibus muniti sunt barbari, & ex superiore loco tela coniiciūt: sunt nobis ingentes clypei, quos instar turrium opponamus: non telis modò & gladiis imperuii, sed tormentorum etiam ictibus inuiolabiles. Quòd si officio fungi vultis, me sequimini, paratū vnà vobiscum perpeti, quicquid sors dederit. Neque enim committam, vt quisquā dicat, Andronicum solertem esse ad verba facienda, & acuendos militum animos: sed ducem ignauum, & ulcisc ēdi hostis rudem. Imò & in prima acie stabo, vt decebit: & extremū agmē claudam, vbi oportuerit. Deus consilia nostra fortunet, & calamitates in hostium capita vertat.

Et hortatur, vt secessione à perfidis facta, soli obsessos inuadant.

Argumento ducto, ab vti l.

A facili.

Ab honesto.

Ab officio fortissimi ducis: quod est validissimū & militare prorsus argumentum.

Cōclusio pia & necessaria.

περὶ τῶν κατορθωμάτων ἠφανίσθη). κρεῖσσον ἦν μὴ ὅρμοις τοῖς ἐνταῦθα προσσχεῖν, διαμεμετρηκότας πελάγη ἀχανῆ καὶ ἀόριστα, ἢ ἀπράκτοις ἀπιέναι κατάραντας. ὡς νῦν γε οὐχ' ἱστίοις λευκοῖς τὰς ναῦς πτερῶσαι ἡμῖν γενήσεται, ὁποίοις ἐκ Βυζαντίου ἀνήχθημεν, ἀλλὰ φαιοῖς ἀτεχνῶς διὰ τὸ τῆς αἰσχύνης μελάνωμα. ἀλλ' ἄνδρες ὁμοφυεῖς καὶ συστρατιῶται, καὶ ὅσον ἐνταυθοῖ ξενικόν, ἀποκλεισθέντες τῶν Παλαιστίνηθεν ἱπποτῶν τῶν γαύρων τούτων καὶ ὑψαυχένων, καὶ Ῥωμαίοις ὡς ἔδειξαν ἀπίστων, προσβάλλωμεν τοῖς βαρβάροις, τειχομαχίαν στησώμεθα, ἀγωνισώμεθα ὡς τὸ πόλισμα τοῦτο ληψόμεθα, καὶ ὡς ἤδη ἔχοντες ἐν χερσὶ τὸν ἔνδον πλοῦτον ἁμιλληθῶμεν. εἰ τεῖχος τοῖς βαρβάροις τὸ πρόβλημα, καὶ ἀφ' ὕψους τὴν ἀμυντηρίαν ἡ ἄφεσις, ἀλλ' εἰσὶ καὶ παρ' ἡμῖν ἀσπίδες, αἳ οὐκ ἀνδράσι ῥαδίως ἀνέχονται, ὑπὲρ γὰρ τὸ σάκος εἰσὶ τὸ αἰάντειον ἐκεῖνο τὸ ἑπταβόειον, ἀλλ' ὡς πύργοι ἀντιπροβέβληνται οὐ μόνον ἀτίνακτοι βέλεσι καὶ τοῖς ἀπὸ χειρῶν οὐτήμασιν ἀδιάρρηκτοι, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀπὸ μηχανῶν ἀφιεμένων πάντων δήπουθεν στεγανώτεραι, ταύτας ἀντιστήσαντες ὡς πυργοβαρεῖς, ὀλίγα τοῦ τείχους καὶ τῶν ἀπ' αὐτοῦ μαχομένων φροντίσωμεν. εἰ δὴ δίκαια ποιεῖν αἱρεῖσθε, ὥρα μοι πείθεσθαι, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ὅ, τι ἂν δέῃ σὺν ὑμῖν ἀσμένως πείσομαι· μηδὲ γὰρ εἴη τινὰ ἐρεῖν, ὡς Ἀνδρόνικος ὑπαγαγέσθαι μὲν λόγοις καὶ παραθῆξαι πρὸς ἄρεα ἱκανώτατος, ἀρχηγὸς δ' ἀχρεῖος, μὴδ' ἀποκρούσασθαι εἰδὼς τὸ πολέμιον. ἀλλὰ τὸ τῆς ἐμῆς κόρυθος μέτωπον ὄψονται πρὸ ὑμῶν οἱ ἀντίμαχοι· καὶ πρόμαχος ὤν, δέον οὕτω ποιεῖν, καὶ οὐραγὸς ἐσοίμην ὑμέτερος, εἰ καὶ τοῦτο δίδωσιν ὁ καιρός. Θεὸς δὲ περαίνοι τὰ βεβουλευμένα, καὶ τράποιτο πᾶν ἀπαίσιον κατὰ κεφαλῆς ὧν τὴν χώραν κείρομεν.

7 Ταῦτ' εἰπὼν, αὐτός τε ὡπλίσατο, καὶ οἱ λοιποὶ διαλυθέντες τοῦ συλλόγου, τὰς πανοπλίας ἐνεδύσαντο. ἐπεὶ δὲ τότε ἦμαρ ηὐξάνετο, ὡς ἐς τρίτην ὥραν προβεβηκέναι, καὶ τὰ τάγματα ἐξήεσαν, ἄρας ἐκεῖθεν, προῄει σὺν κόσμῳ, τοῦ παντὸς προεστὼς στρατεύματος. οἱ δὲ Σαρακηνοὶ τὰς πύλας διαλαβόντες κλεισὶ καὶ ὀχεῦσι, καί τινα προπετάσαντες μηχανήματα τούτων ἐρύματα, ἔμενον ἐπὶ τῶν τειχῶν, παντοίοις ὅπλοις τοὺς ἐπιόντας ἀποκρουόμενοι, καὶ τὸν βέλους ἐντὸς ἅπαντα χῶρον ἀδιόδευτον ποιοῦντες οἷς τε ἀπεσφενδόνουν ἐκ τῶν ἐπάλξεων, καὶ οἷς ἐκ τόξων ἠφίεσαν. ἀλλὰ καίπερ οὕτω τῶν ἔνδον ἀμυνομένων, αὐτός τε τὸν ἵππον ἐπελάσας, κατὰ τῆς πύλης Ἀνδρόνικος τὸ δόρυ ἴθυνε, καὶ οἱ τοξόται καὶ ἅπας ἕτερος ἐνεργεῖς ἐδείκνυντο, αἵ τε σάλπιγγες πυκνὰ ἐνεπνέοντο, τὸ παρακλητικὸν ἐς μάχην παρακελευόμεναι, καὶ ἐβαρυήχει τὰ κύμβαλα, ὡς τοὺς εἰς τὰ τείχη καὶ τὰς βάρεις ἐκπλαγῆναι τὴν τῶν Ῥωμαίων ἀθρόαν ἐμβολήν τε καὶ ἐπέλευσιν, καὶ τὰ ἐκ παντοίων ὀργάνων ἀφέματα. ἤδη δὲ τῶν κλιμάκων προσαγομένων, καὶ κατὰ πολλὰ μέρη τοῦ τείχους ἐρειδομένων, ἡ τῶν γινομένων ἀγγελία παίει τὸν ῥῆγα διαντιαίαν πληγήν. ὁ δὲ ὡς αὐτός τι μέγα κακὸν καὶ ἀπαράκλητον πεπονθὼς, ἢ τὸ λεγόμενον πρηστῆρι παρακοπεὶς, ἐνεὸς ἦν ἐφ' ἱκανόν. μόλις δ' ἀνενεγκὼν τοῦ ἰλίγγου; αἰτήσας ἵππον, καὶ ἀναπηδήσας, ἐφίσταται τῷ Ῥωμαϊκῷ στρατεύματι μετὰ τῶν ὑπ' αὐτὸν ἐπιλέκτων· καὶ τὰς ἁπάντων ἀνακόψας ὁρμὰς, ὑποτίθησι μὴ διαμάχεσθαι ἀνθρώποις πάλαι διαμεμηνυκόσιν αὐτῷ ὡς ἑαυτοὺς ἀναιμωτὶ καὶ τὴν πόλιν βασιλεῖ παραδώσουσι· καὶ ὁ μὲν λόγος οὗτος οἷά τις νάρκη τὰς τῶν Ῥωμαίων χεῖρας ἐπέδησε, καὶ ἐγγὺς ἤδη τοῦ πορθεῖν τὴν πόλιν γεγενημένους ἔπαυσεν. αὐτὸς δὲ ὁ ῥὴξ ἐς

7 Hæc locutus & ipſe & cæteri, dimiſſa concione, arma ceperunt. & ſub tertiam diei horam legiones inſtructas educit, primus ante omnem exercitum incedens. At Sarraceni portas ſerris & vectibus munierunt, & machinis quibuſdã ad eas muniendas ſuſpenſis, de mœnibus noſtros omni telorum genere petebãt, vt intra teli iactum nemini accedere liceret. Sed Andronicus nihilominus equo concitato haſtam in portam dirigit, ſagittariis & cæteris omnibus ſtrenuò ſequentibus, & claſſicis continenter canẽtibus, & tympanis reſonantibus, vt defenſores vrbis ſubito Romanorum impetu & tormẽtorum ictibus percellerentur. Sed cùm iam multis murorum partibus ſcalæ admouerẽtur: Rex eo nuncio perturbatus, quaſi ipſe magno malo affectus, aut fulmine ictus eſſet, diu tacitus ſtetit. ac vix tandem pulſa illa caligine conſcenſo equo, cum delectis cohortibus ad Romanum exercitum properat: monétque ne cũ iis pugnent, qui iam pridem ſibi nunciarint, ſe Romanorum Imperatori deditionem facturos. Ea oratio militũ manus torpedinis inſtar alligauit, & ab vrbe iamiam capiẽda reuocauit. Pactione verò à Rege facta, hoſtibus ma-

Sapiens dux maturè conſultat, intrepidè & feſtinanter quod decretũ eſt exequitur.

Mars autem dubius eſt.

Dux nihil remittit: ſed omnia molitur, vt quod cõſtituit perficiat.

Amerig' cum ſtationẽ in dolum conuertens, ex inſidiis oppugnantes inuadit, & ſecũ quieſcere cogit. vide quid fraus poſſit in bello.

Subdola oratio vim militarem contundit.

gis vtili quàm Romanis honesta, milites nulla ratione habita qualis ea pax esset, sed mentione eius duntaxat audita, reditus cupidi, nauticã petulantiam igni esse atrociorem re ipsa monstrauerunt, ac tumultu tota castra compleuerunt. Nam & arietes iniussu ducis incenderũt, & armis plerisque depositis, in remos incubuerunt, furore quodam in naues irruentes: nihil hyberno tempore territi, ad nauigationem minimè apto. Quartus enim Decembris dies tum agebatur. Tum videre licebat, ingentem illam classem ex vna statione in varias diffundi partes, aliis aliam viã sequẽtibus, dum suam quique patriam petunt: vt vix VI. naues superessent, quæ Andronicum domum reueherent. Is verò Hierosolyma cum Rege profectus, atque cum iusto comitatu Iconiũ præteruectus, Byzãtium rediit. Ex multis autẽ illis nauibus alias aduersi venti vnà cũ vectoribus demerserunt: aliæ fluctibus disiectæ, verno tempore demum in naualia vrbana sunt reductæ: neque paucæ vbi vectores ad terram peruexerant, fluctuum arbitrio sunt permissæ. Ita perexiguæ vel maris æstum, vel nautarum negligentiam euitarunt. Cæterùm Sarraceni Romanorũ impressiones metuentes,

Miles armis depositis & pacis nomine audito, vix ad Martis officinam reduci potest.

Et quietẽ in ipsis temporum & fluctuũ fluctibus reperire se posse putat.

Nescio qua etenim natale solũ dulcedine cunctos allicit: immemores nec facit esse sui.

Tandem verò cum vitæ iactura persentit miles quàm malè sibi consulat quicũque ducum suorum detrectat imperium.

Ægyptij, pacem quærentes, sapientia illa sua omnium illorum temeritatem damnant qui nec belli artes tractare, nec pacis cõmoda cõmodis rationibus quærere norunt.

συμβάσεις ζητούμενος, ἀσπασίοις μᾶλλον τοῖς ἐκ τῆς Ἄγαρ, ἢ Ῥωμαίοις κυδαινούσας τὰς ξυνθήκας εἰργάσατο. οἱ δ' οὖν στρατιῶται μηδ' ὅλως ὁποῖα τὰ τῆς εἰρήνης κατεξετάσαντες, ἀλλὰ καὶ πρὸς μόνην τὴν ταύτης ἀκοὴν νόστου μνησάμενοι, τὴν ναυτικὴν ἀπαιδευσίαν πράγμασιν αὐτοῖς καθυπέδειξαν δραστικωτέραν πυρὸς, καὶ ἀταξίας εὐθὺς ἐνέπλησαν τὰ στρατόπεδα. αἵ τε γὰρ ἑλεπόλεις ὑπ' αὐτῶν ἐπυρφορήθησαν, γνώμης ἄτερ τοῦ στρατηγοῦντος, καὶ τὰς πλείστας ἀποφορτισάμενοι τῶν ὁπλίσεων, πρὸς ταῖς κώπαις ἐγένοντο, καὶ ἐπὶ πόντον ἔβλεψαν τὸν ἀξύγετον, μανικώτερον εἰς τὰς ναῦς ἐφορμῶντες, μηδὲ τὸ τοῦ καιροῦ δυσχείμερον, καὶ τὸ τοῦ πλοὸς ἔξωρον ἐννοοῦντες. τετάρτην γὰρ ἦγεν ὁ Δεκέμβριος μήν. ἦν οὖν ἰδεῖν τὸν πολυνέων ἐκεῖνον στόλον, καὶ τὴν ἐπὶ λιμένων μίαν καταγωγὴν, καὶ τὴν ἐκ τούτων αὖθις ἀναγωγὴν εἰς μυρία σκεδασθεῖσαν τμήματα, ἄλλων ἀγαπησάντων ἑτέρων πλοῦν, καὶ πάντων πρὸς τὰς πατρίδας οἰακοστροφούντων τὰς ναῦς, ὡς μόλις ἓξ ἐπιναυλοχεῖσθαι τριήρεις, αἳ ἤμελλον ἀνακομίσειν Ἀνδρόνικον. ὁ δὲ τὴν ἐπὶ Ἱεροσολύμων ἅμα τῷ ῥηγὶ τραπόμενος, κἀκεῖθεν ἁρμοζόντως παραπεμφθεὶς, τὸ Ἰκόνιον παραλλάξας, ἐς Βυζάντιον παρεγένετο. τῶν δὲ πολλῶν ἐκείνων νηῶν αἱ μὲν ἀνέμων ἀντιπνοίαις περιπεσοῦσαι, κατέδυσαν αὔτανδροι. αἱ δὲ κλύδωνι θαλαττίῳ διασπαρεῖσαι, ὀψὲ καὶ ἔαρος ἐπιφαίνοντος τοῖς νεωσοίκοις τῆς πόλεως ἀπεδόθησαν, οὐκ ὀλίγαι δὲ καὶ τῶν ἐπιβατῶν κενωθεῖσαι καθάπαξ ἐπιλαβομένων τῆς γῆς, ὡς χερσόνεια πορθμεῖα τοῖς τῶν κυμάτων διαύλοις ἀφείθησαν φέρεσθαι, ὡς βραχείας περιλειφθῆναι, βρασμὸν θαλάσσης καὶ ναυτῶν διαδράσας ἀμέλειαν. οἱ δὲ Σαρακηνοὶ τὴν ἐς αὐτοὺς ὁδὸν τῶν Ῥωμαίων ὡς ἔδειξαν ὑποδειλιάσαντες

καὶ

καὶ τὸν ἐς ἔπειτα πλοῦν ἀποτρέποντες, πρέσβεις ἐς βασιλέα ἔστειλαν, καὶ δῶρα τὰ παρ' αὐτοῖς τιμώμενα ἔπεμψαν, καὶ τὴν εἰρήνην ἐκράτυναν.

8 Τῆς δὲ δεσποίνης πρὸς τὸ τεκεῖν ἐλθούσης, ᾠκονομήθη μὲν ἡ πορφύρα καὶ ηὐτρεπίσθη πρὸς τὴν ὑποδοχὴν τῆς γεννήσεως. ὡς δὲ κατέπειγον αἱ ὀδύναι, καὶ ἐντὸς τῆς πορφύρας ἡ δέσποινα ἦν, παρῆν καὶ ὁ βασιλεύς, βλέπων καὶ παρηγορῶν, καὶ τὰς ὠδῖνας κουφίζων αὐτῆς. τὸ δὲ πλέον τοῦ βλέμματος εἶχε πρὸς τοὺς ἀστέρας, καὶ τὸν καιρόν, καθ' ὃν ἔμελλε τὸ παιδίον τεχθήσεσθαι. ὡς δ' ἐγεννήθη τὸ παιδίον, καὶ ἦν ἄρσεν, καὶ ἡ τέχνη τῆς ἀστρονομίας ἐδίδασκε, πλούσιον εἶναι καὶ μονογενές, καὶ τῆς πατρικῆς βασιλείας διάδοχον, Θεῷ τε φωνὰς ἀπεδίδοντο χαριστηρίους, καὶ ἅπας τῆς βασιλείας ἄνθρωπος ἦν ἐν κρότοις καὶ χαρμοναῖς. ὑπερχαίρων δὲ τὴν γενέθλιον καὶ ὀνομαστήριον τοῦ παιδὸς ἡμέραν, ὡς εἴθισται παρὰ τοῖς βασιλεῦσι Ῥωμαίων, τοὺς ἐντιμοτέρους τῶν πολιτῶν μετὰ κλάδων, θαλίαν εἰς τροφὴν ἐκάλει, καὶ Ἀλέξιον τὸν παῖδα ὠνόμασεν, οὐχ ἁπλῶς τὴν κλῆσιν ἀπολεξάμενος, οὐδὲ τὸν παῖδα τιμῶν παρὰ τοῦ τεκόντος τὸν γεγεννηκότα ἐκείνου ὀνόματι· ἀλλὰ προσέχων τὸν νοῦν προρρήματι πρὸς τὴν ὑποβληθεῖσαν ἐρώτησιν ἐξενεχθέντι, ἢ τίς ἦν, ἐς ὅσον ἡ τοῦ βασιλέως Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ παραταθείη σειρά; τὸ δὲ προαγόρευμα, αἷμα, ὃ τῆς συλλαβῆς διιστάμενον καὶ κατὰ στοιχεῖον ἀναλεγόμενον, διὰ μὲν τοῦ ἄλφα σαφῶς ὑπέγραφε τὸν Ἀλέξιον, διὰ δὲ τοῦ ι τὸν Ἰωάννην, διὰ δὲ τῶν ἐφεξῆς δύο γραμμάτων τὸν Μανουήλ, καὶ τὸν ἐξ ἐκείνου πάλιν παραληψόμενον τὴν ἀρχήν. ὡς οὖν ὁ παῖς τὴν ἡλικίαν προέκοπτε, καὶ κατὰ εὐθαλὲς, καὶ ἤπιον νεόφυτον εἰς αὔξην ἀνέτρεχεν, ἕτερος

ſtatim è templo abripiendæ, & grauiſſimo ſupplicio affi-ciendæ. Tunc autem oppor-tunitatem explendi animi nactus, virum ſanctum ſacro palatio pulſum, in Pãtepopti monaſterium relegat: pluri-mis viis antè tentatis, & va-riis rationibus excogitatis, improbiſſimorum ſenatorũ & ſacerdotum conſiliis vſus, qui nec Deum nec homines metuebant, vt id facinus ho-neſta ſpecie fucaret. Non ta-men ſucceſſit negotium, tũ quòd nihil in eo comperie-batur, propter quod pellen-dus eſſet: tum quòd Domina & alij plurimi, atque adeò ferè omnes Imperatoris cõ-ſanguinei, virum illum ſum-mopere venerabantur. Inui-tus igitur obliquus iſte an-guis, voluminibus omiſſis, & veneno quod in virum ſan-ctum euomendum curarat, rurſus deuorato: ipſe quoq; aſſentitur, vt Patriarcha in priſtinam ſedem reponatur. Die reditus inſtante, omnes magiſtratus, omnes ſacerdo-tes honeſtatis amãtes, & tota vrbis multitudo, cõcurſu ad monaſteriũ facto, progreſ-ſionem ciues ſplendidiſſimã effecerunt: vici vnguẽtis de-libuti, ſuffitus ex lignis In-dicis & aromatibus facti, tã-ta multitudine comitante, vt veſperi demum in magnum Sophiæ templũ perueniret, cum primo diluculo mona-ſterium egreſſus eſſet. Sacer-dotes verò qui ei dignitatẽ abrogarant, ita facti puduit, vt non modò publicas vias declinarẽt, ob admiſſum fa-

Nihil iucundius piis & ętate grauib. viris quàm ſtrepitu malorũ vitato, duces ſacrarum muſarũ receſſ[us] colere.

Protoſebaſti audacia, im probiſſ. ſenatorum & ſacerdotũ con ſiliis firmata. Aulę ingenium,

At impiis pro voto nõ ſuccedũt negotia: ſed re periũtur qui eorum artes euertant.

Ideo venenũ quod euomere incęperant rurſũ deuorare coguntur viperæ.

Pietati honor habitus.

Splendidiſſima progreſſio.

Plebis in Patriarchã eximius affectus.

Mali ſacerdotes pudore ſuffuſi ſuę impudentiæ & malitiæ præmia tefe runt.

ξενος, εὐθὺς ἐκ τοῦ ναοῦ ἁρπαγησομένη καὶ πεισομένη τὰ χείριστα. τότε δὲ καιρὸν εὑρὼν τῷ θυμῷ χαρίσασθαι, τῶν ἱερῶν ἀρχείων ἀπελαύνει τὸν ὅσιον, καὶ τῇ τοῦ Παντεπόπτου περιορίζει μονῇ, πλείστας γε μὴν ὁδοὺς τεμὼν, καὶ πολλαῖς ἀντιπαλαίσας ἐννοίαις, καὶ τοῖς τότε πονηροτάτοις τῶν ἐκ τῆς συγκλήτου βουλῆς συγγινόμενος, καὶ ὁπόσοι τῶν ἐνζόφων τοῦ βήματος, μήτε Θεοῦ ὄπιν, μήτ᾽ ἀνθρώπων ὑφορῶντο νέμεσιν συμβούλοις χρησάμενος, ὅπως εὐσχημόνως ὁ ἱερὸς οὗτος καὶ εὐπροσώπως ἀποβληθείη ἀνήρ· οὐκ εἶχεν ἐπιτελῆ τὰ κατὰ σκοπὸν, καὶ διὰ τὸ καθαιρέσεως μὲν εὐλόγως οὐδ᾽ ὁτιοῦν ὑπάρχον ἐν αὐτῷ εὑρίσκεσθαι, ἀλλὰ δὴ καὶ τὸ τὴν δέσποιναν, καὶ τοὺς πλείους σχεδὸν, ἢ τοὺς ἅπαντας τῶν ἐκ τοῦ βασιλείου αἵματος ὑπερβαλλόντως τὸν ἄνδρα τιμᾶν. ἄκων οὖν ὁ σκολιὸς ὄφις τῶν ἑλίξεων ἀποστὰς, καὶ τὸν ἰὸν αὖθις κατεσπακὼς, ὃν ἐμημεκέναι κατὰ τοῦ ἁγίου αὖθις προητοιμάκει, ἐπευδοκεῖ καὶ αὐτὸς τῇ ἐς τὸν πρότερον θρόνον αὖθις τούτου ἐπανελεύσει. ἐπεὶ δὲ ἡ κυρία τῆς ἀνόδου ἐνειστήκει, ὁπόσοι τῶν ἐν τέλει, καὶ ὅσοι τοῦ βήματος, τὸν καλοῦ ἔστεργον ἔρωτα, καὶ ὁ τῆς πόλεως ἅπας δῆμος εἰς τὸ ἱερὸν φροντιστήριον συνδραμόντες, λαμπροτάτην ἐκείνῳ συντελοῦσι τὴν πρόοδον, μύροις τὰς ἀγυιὰς τέγγοντες, καὶ τοῖς ἰνδικοῖς ξύλοις καὶ καρυκευτοῖς ἀρώμασι τὸν ἀέρα εὐωδιάζοντες. οὕτω δὲ ἡ προπομπὴ μυριάνθρωπος ἦν, ὡς μόλις περὶ βαθεῖαν ἑσπέραν ἐπαναζεῦξαι τὸν προπεμπόμενον ἐς τὸν μέγαν τῆς Σοφίας Θεοῦ ναὸν, ὑποφαινομένης ἡμέρας ἐκ τῆς τοῦ Παντεπόπτου μονῆς ἀπάραντα. τοσαύτη δ᾽ αἰσχύνη τὰ τῶν θεμένων αὐτὸν ὑπόδικον ἀρχιερέων ἐκάλυψε πρόσωπα, ὡς μὴ μόνον τὰς δημοσίους παρόδους ἐκτρέπεσθαι διὰ τὸ ἐς τὸν ἀρχιθύτην ἀμπλάκημα, καὶ τὸ ἐκείνων ἐν-

τεῦθεν

τεῦθεν παγκαταγέλαστον. ἀλλὰ καὶ τὸ θανεῖν ὑποβλέπεσθαι. καὶ ταῦτα μὲν εἶχεν οὕτως.

9 Ὁ δ' Ἀνδρόνικος τῇ ἐφέσει τῆς ἀρχῆς κουφιζόμενος, καὶ τοῖς ἐπιστολίοις πτερούμενος, ἅπερ αὐτῷ συχνάκις ἐπεποτῶντο τηλεβολούμενα ἐξ οἴκων λαμπρῶν, ὡς ἤδη ἐρρέθη μοι, τέλος καὶ αὐτὴν τὴν θυγατέρα Μαρίαν δραπετίδα πρὸς αὐτὸν ἀφιγμένην, ἐπεὶ καὶ τοιούτου πατρὸς εὔχετο εἶναι, διδάσκαλον ἀπαράγραπτον τῶν κατὰ τὰ ἀρχεῖα τελουμένων, κατὰ τὸ θεῖον ηὐτύχησε, καὶ μυωπισθεὶς οἷς παρ' αὐτῆς ἠκηκόει θυμήρεσι ῥήμασιν, ὡς ἵππος σταδιεύτης, τὰ μὲν τῶν Παφλαγόνων μεθίησιν ὅρια· εἰς δὲ τὴν κατὰ Πόντον Ἡράκλειαν παραγίνεται, κἀκεῖθεν προσωτέρω μεταχωρεῖ, τῇ πολυτρόπῳ μεθοδείᾳ καὶ τῷ τοῦ ἤθους ὑποκαθημένῳ, καὶ τῷ σεσοφισμένῳ φρονήματι ἐξομιλῶν τοὺς ἐν ποσὶ πάντας καὶ οἰκειούμενος. ἐπεὶ καὶ τίς ἐκ πέτρας ἀγελάστου οὕτως ἦν προϊών, ἢ καρδίαν σιδηρέῳ χαλκευθεὶς ἄκμονι, ὡς ἄτεγκτος εἶναι τοῖς Ἀνδρονίκου δακρυρροήμασι, καὶ τῇ αἱμυλίᾳ τῶν ῥημάτων ὁπωσοῦν ἀγοήτευτος, ἅπερ κατὰ κρήνην μελάνυδρον ἔχεε, καὶ οἷς ἀπατηλῶς τε ἅμα καὶ ἐφολκῶς ἐσωμύλλετο, τὸν ὑπὲρ τοῦ καλοῦ ζῆλον προφέρων, καὶ τὴν τοῦ κρατοῦντος ἐλευθερίαν ὑποκρινόμενος; ἀλλ' οὐδ' ὁ Πρωτοσεβαστὸς ἐπὶ τούτοις ἠμέλει παντάπασιν, καίτοι γύνανδρος ὤν, καὶ μὴ μόνον τὴν ἕω εἰς τὸ νήγρετον ὑπνώττειν καταναλίσκων, ἀλλὰ καὶ πολὺ τῆς ἡμέρας πρὸς τοῦτο ἐκδαπανῶν, καὶ ἵνα μὴ τὸ ἀσπασιώτατον τοῖς ἄλλοις ἡλίου βλέφαρον τὰς ἐκείνου κόρας ὑπανοίγῃ διαφωτίζον, παραπετάσμασι στεγανωτέροις ἐκζοφῶν τὸ δωμάτιον ἐν ᾧ ἐκάθευδε. καὶ καθ' ἕτερόν τι σημαινόμενον ἀποκρυβὴν ἑαυτοῦ τὸ σκότος τιθέμενος. εἰ δὲ δεῖ ἀληθέστερον εἰπεῖν, τὰ μὲν

cinus, & derifum, fed mortẽ etiam optarent.

9 Interim Andronicus fpe principatus elatus,& crebris illuftrium virorũ literis confirmatus,quæ, vt dixi, ex lõginquo ad eum aduolabant: denique Maria quoque filia, quæ haud ab ipfo degenerabat, fuga ad eũ elapfa, & difertè omnẽ palatij ftatũ referente : fuauibus illius verbis, vt equus curfor flagellis concitatus, Paphlagonũ finibus relictis, Ponti Heracleam proficifcitur. atq; inde longius progreffus, multiplici calliditate, obfcuro ingenio, & fimulandi ac diffimulandi artificio obuios quofque præparauit & cõciliauit. Nã quis ex dura adeò rupe natus effet, & corde adeò ferreo præditus, vt Andronici lacrymis & verborũ præftigiis atque illecebris, quæ fontis inftar exuberabant, non moueretur? Iactabat enim honefti ftudium,& Imperatoris libertatem curę fibi effe profitebatur. Cæterum nec Protofebaftus ifta negligebat, quãnquam homo effœminatus, qui nõ auroram tãtum ftertendo cõfumebat, fed magnam diei quoque partem fomno tribuebat:& ne iubar Solis, aliis optatiffimum, radiis oculos ei aperiret, velis denfiorib. cubiculum obfcurabat: quæ res eò quoque pertinebat, vt in tenebris delitefceret. Quòd fi verius dicendũ

Inter iftas aulæ velitationes, machinas parat tyrannus, quib⁹ imperiũ, imperatorẽ, & potentiores quofque peffũdet. Dũ proceres alij in alios infurgunt, coniuratio crefcit qua omnes tandem opprimũtur. Cæfariffa autem fuæ ambitioni feruiens, paulò poft fed nimis ferò magnóque fuo malo ftultitiæ fuæ luit pœnas.

Simulatio principis expedita via ad miras turbas concitãdas.

Protofebaftus liberalitate fuos in officio retinet,& gratiã Imperatricis, licet homo voluptarius. Quid autem egregij ab ifto nebulone expectare debuit imperium?

eſt, opera nocturni luxus facibus accenſis peragebat, facticio lumine diſcuſſis tenebris. Sole verò in noſtrũ hemiſphærium aſcendẽte, more ferarum cubile petens, tapetibus & peplis lumen excludebat. Proinde cum putreſcentes dentes abſtergeret, & qui ob ætatẽ exciderant, picatiõe expleret, mollis homo & ignauus, plurimos viros nobiles noua ſibi ratione conciliauit, Imperatoris matre plerunque propugnatrice, aut potius conciliatrice inſuperabili vtendo: quæ ſplendore & elegãtia vultus, æquabilitate morum, animi candore, & ſuauitate verborum, veluti funiculo attrahebat omnes. Plerunque tamen pecunia placauit, & munificentia deliniuit eos, qui ſe poſteriores ferre iniquis animis patiebantur. Itaq; nullus, Andronico reſiſtere iuſſus, à Protoſebaſto ad eum defecit, iam haud obſcurè regnũ affectantem: neque perſona illa, qua ſe is velabat, vt hoſtẽ tyrannidis, eſt deceptus. Nicęa enim princeps ac maxima Bithyniæ vrbs, planè repudiauit Andronicũ: nec eius vrbis præfectus Ioãnes Ducas literis illius ſede gradu deiici paſſus eſt, licet acrius ferientibus quàm mœnia vlli arietes aliæue machinæ. Præterea Magnus Domeſticus Ioannes Comnenus, Thraciæ præfectus, nõ ſolum aures conrra Andronici carmina obturauit, verùm etiam vt tyrannum inſectatus eſt, perſpecto in eius literis multiformi

Ignaui & mollis aulici pictura.

Imprudentiſſimæ matris, nõ ad imperiũ filio conſeruandum, ſed ad voluptates natæ effigies: in qua externa apparent pulchra, interna verò fœtẽt.

Calida, non autem callida Protoſebaſti cõſilia.

Andronicũ Nicea repudiat à ſapiente præfecto gubernata. Minis aut promiſſis de gradu nõ deiici magni animi ſymbolum.

Magni Domeſtici fortitudo, tyrãnum deteſtans.

νυκτὸς ἔργα τρυφῶν φωτὶ ποιητῷ τὸ νύκτερον διέλυε ζόφωμα. ἡλίου δὲ τὴν ἑῶον ὁρίζοντα ἀναβαίνοντος, κατὰ τὰ θηρεῖα τὴν κοίτην μεταδιώκων, τάπησι καὶ πέπλοις τὸ φῶς ἀντέφραττε. τοίνυν καὶ σμήχων τοὺς σαπριῶντας τῶν ὀδόντων, καὶ καταπιττώμασι ἀναπληρῶν τοὺς ὑπὸ χρόνου ἐκκρουσθέντας, θηλυδρίας τε ὢν καὶ ὑπόνωθρος τοὺς πλείστους τῶν εὐγενῶν ἀνδρῶν ἑαυτοῦ καινοπρεπῶς ἐξηρτήσατο, χρώμενος μὲν καὶ προτειχίσματι ἢ ἀληθῶς εἰπεῖν μειλίγματι ἀμάχῳ τῇ τοῦ βασιλέως μητρί. αὕτη γὰρ τῷ τῆς θέας λαμπρῷ, καὶ τῷ τῆς ὄψεως μαργαρώδει, καὶ τῷ τοῦ ἤθους ὁμαλῷ, καὶ τῷ τοῦ φρονήματος ἀσυμπλόκῳ, καὶ τῷ ἐπαγωγῷ τοῦ φθέγματος ὡς ἀπὸ μηρίνθου πάντας ἐφείλκετο· τὰ δὲ πλεῖστα τοῖς χρήμασιν ὑπαγόμενος, καὶ τῇ φιλοδωρείᾳ κατακοιμίζων τοὺς ἐν δεινῷ τιθεμένους ἐκείνου φέρειν τὰ δεύτερα, ὅθεν οὐδεὶς τῶν ἐπιταχθέντων ἀντιτάξασθαι Ἀνδρονίκῳ, πρὸς Ἀνδρόνικον μετετάξατο τὸν ἤδη λαμπρῶς τῆς τυραννίδος ἁπτόμενον, ἀποπτύσας πρωτοσέβαστον, καὶ τῷ προσωπείῳ τοῦ μισοτυράννου Ἀνδρονίκου δελεασθείς. ἥτε οὖν προκαθημένη τῶν Βιθυνῶν μεγίστη πόλις ἡ Νίκαια, οὐδ' ὅλως Ἀνδρονίκῳ προσέθετο, καὶ ὁ τὴν ταύτης ἐμπιστευθεὶς φυλακὴν Ἰωάννης ὁ Δούκας, τοῖς Ἀνδρονίκου γράμμασι μεμένηκεν ἀστυφέλικτος, καίπερ τὰς γνώμας πλήττουσιν ἑλεπόλεων ἀκριβέστερον, καὶ τειχομαχείου ξύμπαντος ἰσχυρότερον. ἀλλὰ καὶ ὁ Μέγας Δομέστικος Ἰωάννης ὁ Κομνηνὸς τὴν ἐπαρχίαν διέπων τῶν Θρακησίων, οὐ μόνον ἔβυε τὰ ὦτα πρὸς τὰ τοῦ Ἀνδρονίκου ἐπάσματα, ἀλλὰ καὶ ὡς τύραννον διετώθαζεν, οἷα κατόπτρῳ τοῖς λεγομένοις προκύπτων λείῳ καὶ ἀποστίλβοντι, καὶ διαφαινόμενον

ἐν τούτοις ὁρῶν τὸ πολύμορφον πρότερα, καὶ τυραννικὸν τὸν τρόπον Ἀνδρόνικον. ἐπεὶ δὲ τῇ Ταρσίᾳ ὁ Ἀνδρόνικος ἤγγιζε, καὶ τὴν περὶ τὴν Νικομήδους πόλιν οἱ πλείονες αὐτῷ προσεχώρουν, στέλλεται κατ' αὐτοῦ μετὰ δυνάμεως ἱκανῆς Ἀνδρόνικος ὁ Ἄγγελος, οὗπερ οἱ υἱεῖς ἐς ὕστερον Ἰσαάκιός τε καὶ ὁ Ἀλέξιος μετ' Ἀνδρόνικον ἐπέβησαν τῆς ἀρχῆς. ὁ δὲ περὶ τὸν Χάρακα τὸ χωρίον πόλεμον συγκροτήσας, ἡττᾶται λαμπρῶς, καίπερ οὐκ ἰσοπαλεῖ συμπλακεὶς στρατιᾷ, ἢ τὸν ἀνταγωνιστὴν εὑρὼν ἀξιόμαχον, ἀλλ' ἐκτομίᾳ τινὶ συμμίξας, ἀχρείους στρατολογήσαντι γεωργοὺς, καὶ μοῖραν συνεπαγομένῳ Παφλαγόνων στρατιωτῶν. εἰς τὴν πόλιν δ' εἴσιεν μετὰ τὴν ἧτταν εὐθὺς εἰσιὼν, ἀπῃτεῖτο καταθέσθαι τὰ χρήματα, ὅσα οἱ πρὸς τὰς κατὰ πόλεμον δαπάνας βεβράβευνται. ὁ δὲ βασανιζομένην ὁρῶν τὴν αὐτοῦ κατάσχεσιν, ὅτι φίλια φρονῶν τῷ Ἀνδρονίκῳ, τὰ πράγματα χειρόνως διέθετο, ἅπερ εὐμαρείσθην ἀπέσταλτο· ἐναγόμενος παρὰ τῶν υἱέων ἓξ ὄντων, καὶ πάντων ὁπλοτέρων τὰς φρένας, καὶ κατὰ χεῖρα γεννάδων, ἐπεβάλετο μὲν τὸν οἰκεῖον οἶκον διακρατύνειν, καὶ κατασκευάζειν ἐπιτειχίσματα κατὰ τὸ ἔξω Κιόνιον διακείμενον, καὶ τῶν ἐκ τοῦ δήμου τινὰς ἐπεσπᾶτο πρὸς ἑαυτόν. ὁρῶν δὲ ὡς οὐκ ἀκμαῖος ἐστὶ πρὸς βασίλειον πλεονεκτοῦσαν αὐθόπλισιν, καὶ ὡς οὐκ ἂν χοίη περιγενέσθαι τὸ διάφορον, πρὸς φυγὴν καθαρμόζεται· καὶ τοὺς ἐξ υἱοὺς παραλαβὼν, τὴν δὲ ὁμόλεκτρον τοῦ δόμου ἀπαγαγὼν, νηὸς ἐπιβὰς, τὸ ἐς Ἀνδρόνικον ἄπεισι. ὁ δὲ ἰδὼν προσιόντα τὸν Ἄγγελον, λέγεται εἰπεῖν· ἰδοὺ ἀποστελῶ τὸν Ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου, ὃς κατασκευάζει τὴν ὁδόν σου ἔμπροσθέν σου. θάρσος οὖν ἐπὶ τῇ τοῦ ἐξαδέλφου παρουσίᾳ λαβὼν, καὶ τὰ κατ' ἔφεσιν ὁρῶν προβαίνοντα, τὸ ἐνο-

tiformi Proteo, tyrãnico Andronici ingenio, velut in claro ſpeculo relucente. Qui cũ Tarſiæ appropinquaret, & Nicomedenſium maximam partem ſibi adiunxiſſet: Andronicus, Angelus, cuius filij Iſaacius & Alexius pòſt ad Imperij faſtigium aſcenderunt, cum iuſtis copiis cõtra eum mittitur, & circa Characem caſtellum commiſſo prælio, ſuccũbit: quãquam neque cum pari exercitu, neque cum duce belliccoſo, ſed cum ſpadone quodam congreſſus, qui ruſticos inutiles, & cohortes aliquot militum Paphlagonum adduxerat. Poſt acceptã cladem, cum ſtatim in vrbem veniſſet, repetita eſt ab eo pecunia, quam ad bellũ adminiſtrandũ acceperat. Videns igitur caſum eũ ſic accipi, quaſi ex amicitia Andronici rem de induſtria peius geſſiſſet, à ſex filiis impulſus, qui omnes cordati & manu ſtrenui viri erant, domum ſuam in exteriore Cionio ſitam firmare præſidiis inſtituit, aliquot ex plebe adiutoribus aſcitis. Sed cũ res ſuas eò vergere cerneret, vt ab Imperatore oppugnaretur, & aduerſariis reſiſtere non poſſet: mutato conſilio, ſex filiis & vxore in nauim impoſitis, ad Andronicum abit. Qui eo viſo, dixiſſe fertur, Ecce mittam Angelum meum ante faciẽ tuam, qui viam tibi præparet. Reſumpta igitur ex præſentia conſobrini fiducia, & ſucceſſu conſilij ſui confir-

Numinis autẽ iuſta prouidentia fit, vt hominibus quantũuis reluctantibus Andronicus rẽ gerat feliciter.

Et cum exigua imbelliq; manu potentem exercitum debellet.

Andronicus Angelus victus ad Andronicũ deficit. Alia Dei in Alexiũ & aulicos vindicta. Hos enim fortium virorum auxilio cõſilio, & præſentia priuat.

Andronic⁹, iræ Dei in Manuelis familiã inſtrumentum, ſẽpe, ſui ſimilis ad tẽpus fit ſummi Iudicis carnifex & flagellum, vt tandem ad idẽ tremẽdi ſupplicij theatrũ ipſe pertrahatur.

matus, itineris ambagibus omiſſis, & vrbibus Nicæa & Nicomedia contemptis, rectà Conſtantinopolim pergit. & Peuciis diuerſatus (locus is eſt ſupra Chalcedonẽ) & multis pyris incenſis, non pro magnitudine exercitus, ſed vt maiores copias habere videretur: omnes Byzantinos ſuſpenſos reddidit, vt ſuis operibus omiſſis, littus oppoſitum intuerentur: & collibus ac tumulis conſcenſis, Andronicum adhuc procul ab vrbe remotum, nutibus veluti attraherent. Ita res recaluaſtri & cani Andronici procedebant.

Stratagema Andronici vt molles aulicos & ſtolidũ vulgus turbaret.

10 Alexius verò Protoſebaſtus cum ingruentem hoſtẽ pedeſtribus copiis propulſare nõ poſſet (iam enim alij animis clam ad Andronicum inclinabant, quibus ad eum tranſire pedibus tutò non licebat: alij ſe fidem ſuam Imperatori ſatis probaſſe putabant, ſi domi ſederent, neutri parti addicti. Sic enim animi calliditas, & cõſuetudo illa vt pleriq; cędib. & ſanguine imperio potiantur, vulgus & ſentire & loqui docuit) nauali pugna imminens, diſcrimen auertere conatur. Igitur triremibus occupata eſt Propontis, in quibus partim Romani remigabant, & ex tabulatis pugnabant: partim diuerſæ nationes Latini nominis, pars fortiſſima & pugnaciſſima copiarum, quibus, quia plus-

Fidei aulicæ luculentum exemplum. Dum fueris felix, multos numerabis amicos. Recedẽte proſpera illa fortunæ, adulatores auolant, ad orientem ſolem accedẽtes, vel de gradu gladiatorũ ludum ſpectantes.

Protoſebaſti claſſis cõtra Andronicũ.

δίων ἐκτροπῶν ἀφέμενος, καὶ χαίρειν ἐάσας τὰς πόλεις Νίκαιάν τε καὶ Νικομήδειαν, καὶ τὸ τῇδε ἢ ἐκεῖσε μεταστρέφεσθαι, πρὸς τὴν Κωνσταντίνου τὸν δρόμον ἀκλινεῖ συνέτεινε νεύματι, ὡς ὁδοῦ φιλιστεὶμ τῆς ἐς αὐτὴν φερούσης ἐχόμενος, καὶ δὴ κατὰ τὰ Πευκία ἐναυλισάμενος (τόπος δέ ἐστι ταῦτα ἐν τοῖς ἄνω Χαλκηδόνος διακείμενος μέρεσι, οὕτως ὀνομαζόμενος) πυρὰ πολλὰ καύσας κατὰ τὴν νύκτα ὅλην ἐκείνην, μὴ κατὰ λόγον τῆς συσκευούσης αὐτῷ στρατιᾶς, ἀλλ᾽ ἐς δόκησιν αὐτῷ στρατεύματος πλείονος, ἐκκρεμεῖς ἑαυτοῦ τοὺς Βυζαντίους ἔθετο, ὡς τὰ ἀνὰ χεῖρας προεμένους ἔργα. εἰς τὴν περαίαν τοίνυν τὸ ὄμμα, ἀκταῖς τε καὶ γηλόφοις προσιόντες τῆς πόλεως, καὶ πόῤῥωθεν ὄντα Ἀνδρόνικον ἐπισπᾶσθαι οἷον τοῖς νεύμασιν· ὧδε μὲν ἐχώρει τὰ κατὰ τὸν ἀναφαλαντίαν Ἀνδρόνικον καὶ πολιοκόρσην.

10 Ἀλέξιος δὲ ὁ Πρωτοσεβαστὸς, μὴ ἔχων διὰ πεζῆς φάλαγγος ἀποσοβῆσαι τὸν ἐπιόντα οἱ πολέμιον (ἤδη γὰρ οἱ μὲν μετέβαινον ταῖς γνώμαις κρυφιωδῶς πρὸς Ἀνδρόνικον, ὁπόσοις οὐκ ἦν ὅλως ἀκίνδυνος ἡ πρὸς ἐκεῖνον τοπικὴ μετάβασις, τοῖς δὲ ἀρκετὸν ἐς τὴν πρὸς τὸν κρατοῦντα πίστιν λελόγιστο, τὸ ἐπ᾽ οἴκου μόνου καθῆσθαι, καὶ μηδενὶ προστίθεσθαι τῶν μερῶν· οὕτω γὰρ φρονεῖν τε καὶ λέγειν τοὺς πολλοὺς ἐξεπαίδευσε τὸ τῆς γνώμης κερδαλεόφρον, καὶ τὸ διὰ φόνων ἀεὶ, καὶ προχύσεως αἱμάτων τοὺς πλείους τῶν βασιλέων τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐπιβαίνειν ἀρχῆς) διὰ ναυμαχίας ἐπειρᾶτο τὸν προσέρποντα κίνδυνον ἀποκρούσασθαι. τριήρεις τοίνυν τὴν Προποντίδα ἐκάλυπτον, αἱ μὲν Ῥωμαίοις ἔχουσαι τοὺς ἐρέσσοντας, καὶ τοὺς ἐκ τοῦ καταστρωμάτων διαμάχεσθαι μέλλοντας, αἱ δὲ τὸ κατὰ πόλιν διαφερομένων Λατίνων, ὅπερ κράτιστον μέρος καὶ μαχιμώτατον· οἷς καὶ τὰ χρήματα ποταμηδὸν

ἐπεχέοντο

ἐπεχέοντο. ἐπεὶ καὶ τούτοις ἐπεποίθει μᾶλλον ὁ χρώμενος Πρωτοσεβαστὸς, ἤπερ τοῖς Ῥωμαίοις αὐτοῖς ὡς ἀφήξουσιν. ὥρμησε μὲν οὖν τοὺς πιστοτάτους αὐτοῦ ἐπιστῆσαι τριηράρχας, καὶ παραδοῦναι τὸν στόλον τοῖς ἐκείνου κατὰ γένος ἐγγίζουσι. τοῦ δὲ μεγάλου Δουκὸς τοῦ Κοντοστεφάνου ἀντιπνεύσαντος, καὶ τὴν στολαρχίας παντὶ τρόπῳ ἐξεχομένου, ὡς αὐτῷ καὶ οὐχ ἑτέρῳ δή ποθεν προσηκούσης, ἀναγκαστῶς τὴν βούλησιν μετατίθησι. καὶ δὴ ὁ μὲν Κοντοστέφανος Ἀνδρόνικος κύριος καθειστήκει τοῦ στόλου παντὸς, καὶ κατάπλοις ἅπας τοῖς ἀπὸ τῆς ἕω περαιουμένοις ἀπετετείχιστο. συνῆν δὲ τῷ Κοντοστεφάνῳ καί τι τοῦ Πρωτοσεβαστοῦ συγγενικὸν καὶ οἰκίδιον. μετὰ βραχὺ δὲ καὶ πρέσβεις ἀπὸ τοῦ βασιλέως ἐς Ἀνδρόνικον στέλλεταί τις τῶν ἐν τρόφων τοῦ βήματος, ὁ Ξιφιλῖνος τὴν κλῆσιν οὗτος Γεώργιος, ὃς καὶ εἰς ὄψιν τῷ τυράννῳ ἐληλυθὼς, τά τε γράμματα ἐνεχείρισε, καὶ τὰ διαμεμηνυθέντα οἱ ἀπήγγελκεν. ἦν δὲ ταῦτα, δωρεῶν ἐπαγγελίαι μειζόνων, καὶ ἀξιωμάτων ἀναβαθμοὶ, καὶ χάρις ἀπὸ τοῦ πρυτανεύοντος εἰρήνην Θεοῦ, ἀποστάντι μὲν τοῦ προκειμένου σκέμματος, ἐξ οὗπερ ἐμφύλιοι συμβήσονται πόλεμοι, πρὸς δὲ ἤθη τὰ πρότερα ἐπανήκοντι. ὁ δὲ τοῦ πρεσβεύοντος, ὥς φασι, Ξιφιλίνου τὴν πρεσβείαν ὑπονοθεύσαντος, καὶ μὴ ἐνδοῦναι ὅλως, ἢ βραχύ τι γοῦν καθυφεῖναι παρακελευσαμένου τῷ Ἀνδρονίκῳ, τήν τε αἴτησιν ἀποπέμπεται, καὶ τὴν προσλαλιὰν ποιεῖται τοῖς διαπρεσβευσαμένοις ὑπέρογκον, φάσκων πρὸς ὀργὴν, ὡς εἰ τὸν Ἀνδρόνικον βούλοιντο παλίνορσον ἀναζεῦξαι, ὅθεν ἐλήλυθεν, ἀπεσκορακισθήτω μὲν ἐκ μέσου ὁ Πρωτοσεβαστὸς, καὶ δότω λόγους ὧν πεπαρῴνηκεν. ἡ δὲ τοῦ βασιλέως μήτηρ καθ' ἑαυτὴν βιοτευέτω, τὴν τρίχα κειραμένη καθάπαξ τὴν κοσμικήν. ὁ δὲ βασιλεὺς κατὰ

quam Romanis fretus erat, pecuniam ingentem numerabat. Cum autem sibi fidissimos trierarchas deligere, & cognatos suos classi præficere in animo haberet: Cõtostephano Magno Duce aduersante, & præfecturam classis sibi quouis modo vẽdicante, coactus consilium mutat, & Contostephanum vniuersæ classi præficit, adiunctis etiã cognatis & domesticis suis. Ita Oriẽtalibus nauib. aditu intercluso: paulo pòst quidam ex ordine sacerdotum Georgius Xiphilinus ab Imperatore ad Andronicum mittitur. qui cum in tyranni conspectum venisset, literas reddidit: & quę in mandatis acceperat, exposuit. Ea erant, promissio magnorũ munerum, & amplioris dignitatis, & gratiæ Dei pacem procurantis, si à proposito desisteret, vnde bella ciuilia oritura essent, & ad pristinum vitæ genus reuerteretur. Andronicus verò, quum legatus Xiphilinus, vt aiunt, mala fide munus suum obiisset, eumque monuisset, ne vel minimum cederet: postulationem illã reiicit. & legatos superbè dimissos, vicissim nunciare Imperatori iussit: *Si Andronicum eò reuerti velint, vnde discesserit, Protosebastũ in primis pellendum esse, & ad reddendas facinorum suorum rationes adigendum. Imperatoris matrem in ordinem cogendam, & tonso capillo in monasterium abdẽdam. Imperatori ex testa-*

In periculis imminentibus etiã ambitio tumultuatur. & se priuatim respicit.

Xiphilini legati perfidia.

Alexij imperatoris, vel Protosebasti, mandata ad Andronicum.

Andronici superbũ responsum. In tota illa tragœdiæ Andronicæ protasi proditiones, superbiam, defectiones, impias voces audis. Quanta fuerunt ergo Græcorũ vulnera quæ istiusmodi cauteriis opus habuerunt?

mēto paterno capeſſendum Imperium: neque committēdum, vt aliorum potentia tanquam ſpica lolio ſuffocetur. Verùm paucis diebus pòſt Magnus Dux Andronicus cum omnibus longis nauibus, quas Romanorū catalogus continebat, ad ad Andronicum defecit. Quæ res ſeditioſum Andronicum ſuper omnia extulit: & Protoſebaſtum adeò depreſſit, vt rebus deſperatis omnem animi alacritatē amitteret. Neque enim amplius diſſimulanter concurſabant Andronici ſtudioſi: ſed Protoſebaſtum impudenter irridentes, qui nouis rebus gaudebant, Chalcedonē traiiciebant: & turmatim Andronicum adeūtes, ſtaturam eius & formā pulcherrimam & venerabilem ſenectutem mirabātur. & ſuauitate orationis eius magnifica pollicentis capti, alacres & læti domum redeunt, non ſecus ac ſi in fortunatis inſulis omni deliciarū genere expleti fuiſſent. Fuerunt etiam, qui ſub pelle ouina deliteſcētem lupum ex primò congreſſu perſpexerunt, & ſerpentem ſtatim à refocillatione graſſaturū in eos, quorum ſinu foueretur.

Cōſtephani ad Andronicum defectio. Græcorum deplorāda leuitas: & mira rerū humanarum conuerſio. Heu, homo quam mutabile & variū animal! quā impium & efferum! In ſeipſum, in patriam coniurat, vt tyrannus recal uaſter & fili cernium pro moueatur. Heus tu, lector vide ſeculi & imperij noſtri faciem.

Alacritas & lætitia Pyrau ſtarum ad tyrannidis flāmas circumvolitātium.

II Poſt hæc duo Andronici filij, Ioannes & Manuel, cæteríque quos Protoſebaſtus in vincula coniecerat, carcere emittuntur: & alij eò coniiciuntur, quibus idē fauebat: atque adeò omnis eius factio atque cognatio, & ipſe Protoſebaſtus in palatio comprehenſus, à cu-

Protoſebaſtus, qui primus muneris publici ſibi cōmiſſi partes neglexerat vt ſuæ libidini & molliciei ſine pudore & metu inſeruiret, primus dat pœnas.

τὴν πατρῴαν διαθήκην ἀρχέτω, μὴ ὡς στάχυς αἴραις τοῖς παραδυναστεύουσι συμπνιγόμενος. ἀλλ' οὔπω ἡμέραι συχναὶ παρήλθοσαν, καὶ μεταχωρεῖ ἐς Ἀνδρόνικον καὶ ὁ μέγας Δοὺξ Ἀνδρόνικος, τὰς μακρὰς νῆας παρειληφὼς, ὁπόσας ὁ Ῥωμαίων ἐπλήρου κατάλογος, καὶ τοῦτο τὸ ἔργον ἐπῆρε μὲν ὑπὲρ ἅπαν ἄλλο τὸν ἀποστάτην· τὸν δὲ Πρωτοσεβαστὸν ἠφάνισε τέλεον, πάσας τὰς ἐλπίδας ἀπεγνωκότα, καὶ καταπλαγέντα τὸ πρόθυμον. οὐκέτι γὰρ λαθείᾳ συνῳδοὶ τῷ Ἀνδρονίκῳ προσκειμένων ἐγίνοντο, ἀλλ' ἀνέδην τὸν Πρωτοσεβαστὸν ἐρεσχελοῦντες, οἱ ταῖς τῶν πραγμάτων μεταβολαῖς χαίροντες, ἐς Χαλκηδόνα διεπλωΐζοντο· καὶ τῷ Ἀνδρονίκῳ κατὰ φρατρίας συγγινόμενοι, φυὴν ἐκείνου καὶ γῆρας σεμνὸν, καὶ εἶδος ἀγητὸν ἀπεθαύμαζον· καὶ τὸ τῆς ἐκείνου γλώττης ζυγῶντες μελίκηρον, καὶ ὡς ἄγρωστις ὄμβρον ἢ δρόσον ἑρμωνῖτιν τὰ ὄρη σιὼν, ἃ τὴν ὑψηγορῶν προσιέμενοι, μετὰ πλείστης ἐπανέστρεφον χαρμονῆς, ὡς εἴπερ τὰς ᾀδομένας χρυσᾶς ἔννας, καὶ τὴν ἀλληλεσμένην τοῦ *μήλου δίαιταν, ἢ τὴν ἡλίου λεγομένην τράπεζαν παρακειμένην εὕραντο, καὶ κατακορεῖς αὐτῆς ἐγεγόνεισαν. ἦσαν δ' οἳ καὶ πρὸ τῆς ὄψεως εὐθὺς τὸν ἐν δέρματι προβάτου κεκρυμμένον λύκον ἐγνώρισαν, καὶ τὸν ὅσον οὔπω μετὰ θάλψιν ἐπιθησόμενον ὄφιν, καὶ κακῶς τοὺς ὑπόκολπον φέροντας δράσοντα.

II Ἐπὶ τούτοις ἀνίενται μὲν τῆς εἱρκτῆς αὐτοῦ τε τοῦ Ἀνδρονίκου οἱ παῖδες ὁ Ἰωάννης καὶ ὁ Μανουὴλ, καὶ οἱ λοιποὶ οὓς καθεῖρξεν ὁ Πρωτοσεβαστὸς. ἐγκλείονται δ' ἕτεροι, οἷς οὗτος προσέβλεπεν ἥμερον, καὶ ὅσον τῆς αὐτοῦ μερίδος καὶ συγγενείας. καὶ αὐτὸς δὲ κατὰ τὰ ἀνάκτορα συλληφθεὶς, καὶ

φρουρᾷ

φρουρᾷ διαληφθεὶς Γερμανῶν, οἳ κατωμαδὸν τοὺς ἑτεροστόμους πελέκεις ἀνέχουσιν, ἀπρόϊτος ἔμενεν. αὖθις δὲ τῶν μὲν βασιλείων λαθραίως, καὶ περὶ μέσας νύκτας ἐξάγεται, τοῖς δὲ κατὰ τὸ ἱερὸν ἀνάκτορον οἰκήμασι δίδοται, ὧν δομήτωρ ὁ πατριάρχης γέγονε Μιχαήλ, μετὰ τῆς αὐτῆς καὶ πάλιν καὶ πλείονας ἀσφαλεστέρας φρουρᾶς. ὢ πραγμάτων παλινστρόφου μεταφορᾶς, καὶ θᾶττον ἢ λόγος μεταβαλλομένων ἐνίοτε. ὁ κατὰ τῆς ἐκκλησίας χθὲς εἰσενεγκὼν ἀκήρυκτον πόλεμον, ὡς πολὺς τὸ γένος, καὶ τὴν τύχην ὑπέραυχος, καὶ τοὺς φυγάδας ἐκεῖθεν ἀποσπῶν ὡς οὐκ ἔδει, καὶ μυριάσιν ὄχλων περιβομβούμενος, σήμερον δέσμιος καὶ ἀνέστιος, μηδένα ἔχων ὀπαδὸν καὶ συλλήπτορα, ἢ τὸν σώζοντα καὶ λυτρούμενον· ὁ δὲ ἐδυσχέραινε μὲν κἀπὶ τούτοις, ἐπαθαίνετο δὲ πλέον, ὅτι μὴ ἐφῖτο ὑπνώττειν ὑπὸ τῶν φυλάκων, ἀεὶ ἐπιπιπτόντων αὐτῷ πρὸς ὕπνον τρεπομένῳ, καὶ βιαζόντων ἱστᾶν τοὺς ὀφθαλμοὺς ὥσπερ κέρας ἢ σίδηρον. ὁ δὲ πατριάρχης μὴ μνησικακῶν, ἀλλ' οἰκτείρων τῆς μεταβολῆς τὸν ἄνθρωπον, θεραπείας τε ἱκανῆς μετεδίδου· καὶ συγγινόμενος, τὸ ἄχθος ἐκούφιζε, καὶ μετρίως ἐκείνῳ προσφέρεσθαι παρῄνει τοῖς φύλαξι, μηδὲ γίνεσθαι βαρύτερος τύχης τῆς ἐνεστώσης. οὐ μὴν ἀλλ' ἡμερῶν τινῶν διαλειπουσῶν, ἕωθεν ἀπάγεται τοῦ νεώ, ἵππῳ βραχυτάτῳ ἐπικαθήμενος, καὶ προσοδεύουσαν ἔχων σημαίαν ἐπὶ καλάμῳ αἰωρουμένην, καὶ παροινούμενος οὕτω, κατῄει πρὸς θάλασσαν· κἀκεῖθεν παραρριφεὶς ἁλιάδι, ἐς τὸ πέραν ἀνάγεται πρὸς Ἀνδρόνικον. ἔπειτα καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξορύττεται, κοινῶς ἁπάντων τῶν ἐν ὑπεροχῇ συνελθόντων, καὶ μετ' Ἀνδρονίκου τὴν τοιαύτην πρᾶξιν κυρωσαμένων. καὶ τοιοῦτο μὲν τὰ τῆς Πρωτο-

ſtodia Germanorum * ancipites ſecures in humeris geſtantium, exitu prohibetur. Sed ſub mediam noctem clam palatio eductus, in ædes ſacræ curiæ, quas Patriarcha Michael ſtruxit, perducitur,' cum eadem & maiore ac firmiore cuſtodia. *O viciſſitudinem rerum, aliquãdo dicto citius ingruentem.* Is qui pridie bellum atrociſſimum Eccleſiæ intulerat, ampliſſima familia ortus, in ſummo faſtigio collocatus, qui contra officium ſupplices inde abſtrahere ſtuduerat, quem multa millia circũſonabant: is perẽdie vinctus, extorris, nullum pediſſequum, nullũ adiutorem, nullum vindicẽ habuit. Quæ cùm ægrè ferret, illud magis querebatur, quòd à cuſtodibus dormire prohiberetur, ſubinde irruẽtibus, & immotis oculis aſtare cogentibus. At Patriarcha oblitus iniuriarum, & mutatæ fortunæ miſertus, nõ paruam eius curam geſſit: & onus illud ſuo colloquio leuauit, hortans, vt moderatè cum cuſtodibus ageret, neque arrogantiùs quàm pro fortuna loqueretur. Aliquot diebus elapſis, matutino tẽpore ex templo abducitur: & minutiſſimo equulo impoſitus, vexillo, quod in calamo ventilabatur, præeunte, per ludibriũ ad mare deductus, & in lintrem coniectus, ad Andronicum defertur. Pòſt etiam de ſententia omniũ procerum, iuſſu Andronici excæcatur. Hic exitus fuit potentiæ, ac potiùs

Exitu prohibetur.

In vincula cõiicitur.

Audacæ ſuę & crudelis affectus, in cõciues ſuos præmia debita refert.

Ab omnibus deſeritur.

Et à ſe ipſo, vt qui mollitiem deponere, melioreq; mentem induere non nouerit.

Quã pius Patriarcha ſuppeditare, ſed ſerò, nititur.

Ludibrio habetur, & cõuenienti põpa ad inimicũ ducitur.

Tandem, qui mentis luce caruerat, etiã corporeis oculis priuatur.

nondum firmatæ tyrannidis, & adminiſtrationis Protoſebaſti: qui ſi (vt erat homo rei bellicæ peritus, & non ignauus) ita maiores copias cõparaſſet, & maiore vigilantia rem geſſiſſet: tã Andronicum vrbis ingreſſu prohibere, quàm ipſe illa mala euitare potuiſſet. Nã de Imperatoriis theſauris ſumere licuiſſet, quantum libuiſſet: & triremibus ad debellandũ aduerſarium vti potuiſſet, in quibus Latini milites erant, tota Romana claſſe potiores, toti ferrei & cruenti. Enimverò eum, fato aduerſante, ſegniorem, Andronicus factus alacrior, euertit, illuſtri victoria potitus: qui dũ vltra fretum adhuc verſaretur, miſſis triremibus, quæ Magnum Ducem ſequebantur, & delectis ex ſuo exercitu cohortibus, bellum Latinis in vrbe verſantibus infert. Quum autem vrbana quoque multitudo animos contra eos ſumpſiſſet, & inuicem ad ſtrenuè pugnandũ cohortati eſſent, terra marique ſimul pugnatum eſt: & Latini à duobus exercitibus circumuenti, quia ſe defendere non poterant, vt quiſque potuit, ſalutem quæſiuerunt, apertis ad diripiendum ædibus, quæ plenæ diuitiarum omnis generis, eorumque bonorum fuerunt, quæ mortales expetere ſolent. Neque enim cõſiſtere, neque Romanos inuadere, neque eorum impetum ſuſtinere audebant. Itaque alij,

De Protoſebaſti inſania Nicetæ iudicium. Nihil recti volunt vel poſſũt molles aulici.

Latini, ſeu Franci, vrbe pelluntur.

Andronicus cõtra aduerſarios ſuos vrget, & in celeritate victoria conſiſtere nouit.

Pugna terribilis, Latinis parum ignominioſa, quũ ne Hercules contra duos, maximè ſi proditio & tanta rerum mutatio accedat.

σεβαστοῦ περιδυναστείας, ἢ μᾶλλον οὔπω παγείσης ἀκριβῶς τυραννίδος, καὶ τοῖς τῶν κοινῶν πραγμάτων διοικήσεως πέρας εἰληφέσαν. εἶχε μὲν οὖν τὰς χεῖρας εἰς παράταξιν ἱκανάς, καὶ τοὺς δακτύλους πρὸς πόλεμον ἐδεδίδακτο. ἴσως δ' ἂν καὶ πλείονι πολέμου παρασκευῇ καὶ ὁρμῇ ὀξυτέρᾳ χρησάμενος, τῷ τε Ἀνδρονίκῳ τὴν εἰς τὴν πόλιν πάροδον ἀπετείχισε, καὶ ἑαυτὴν ἀπείρατον διεφύλαξε τοῦ ἐφεστῶτος κακοῦ. ποιεῖν γὰρ ἐπὶ τοῖς βασιλείοις ἠδύνατο θησαυροῖς, ὁπόσα ἠβούλετο, καὶ ταῖς τριήρεσιν ἐνῆν χρήσασθαι πρὸς τὴν τοῦ ἀνθισταμένου καταπολέμησιν, αἳ τὸ ἐκ Λατίνων εἶχον ὁπλιτικόν, οὕτω μὲν ἐπικρατέστερον ὂν τοῦ Ῥωμαϊκοῦ ναυτικοῦ, οὕτω δὲ πάγχαλκον καὶ ὅλον αἱμοχαρές. ἀλλὰ τοῦ μορσίμου, ὡς ἔοικεν, ἀντικρούσαντος, ὁ μὲν τὸ πρόθυμον ὑπεχάλασεν, Ἀνδρόνικος δ' ἐπιτείνας ὑπεσκέλιζε τουτονὶ ἀντιτρέχοντα, καὶ τὴν νίκην λαμπρὰν ἀπηνέγκατο. ὃς καὶ κατὰ τὴν περαίαν ἔτι διατρίβων, στείλας τριήρεις ὅσαι ὀπίσω τοῦ μεγάλου δουκὸς ἠκολουθησάντων αὐτῷ κατὰ πάροδον, στρατιωτικῶν καταλόγων ἅπαν ἐπίλεκτον, πόλεμον συγκροτεῖ κατὰ τῶν ἐν τῇ πόλει Λατίνων. καὶ δὴ καὶ τοῦ δήμου ἀναθαρρήσαντος κατ' αὐτῶν, καὶ ἀλλήλοις ἐς συνασπισμὸν παραθήξαντος· ἐπιθαλάττιος ὁμοῦ καὶ ἐπίγειος ἔρις φύεται, καὶ πρὸς ἄμφω τὰ πλήθη κυκλωσάμενά τε καὶ περιζώσαντα μὴ ἀντιπαλαίειν σθένοντες οἱ Λατῖνοι, ὡς εἶχον ἕκαστος σώζειν ἑαυτοὺς ἐπεβάλλοντο, τὰς οἰκίας ἀνέντες πλήρεις πλούτου παντός, καὶ πολυειδῶν ἀγαθῶν, ὁπόσα μεταδιώκουσιν ἄνθρωποι, τοῖς βουλομένοις προνόμευμα. οὐδὲ γὰρ μένειν κατὰ χώραν ἐτόλμησαν, ἢ κατὰ Ῥωμαίων ἐπήλθοσαν αὐτοί, ἢ ὅλως ἐπιόντας ὑπέστησαν.

σαν. ἐντεῦθεν οἱ μὲν κατὰ πόλιν διασπαρέντες ὡς ἔτυχεν, ἄλλοις προσρυέντες οἴκοις ὑποφητευομένοις· οἱ δὲ καὶ τῶν μακρῶν ἐπιβάντες νηῶν, ἃς ἐπλήρουν οἱ ὁμόφυλοι σφίσιν, ἐξέφυγον οὕτω τὸ μαχαίρᾳ πεσεῖν. ὅσοι δὲ συνειλήφθησαν, θανάτῳ ὑπεδικάσθησαν, πάντες μέντοι τὰς οὐσίας ἀπεβάλλοντο· αἱ δὲ πλήρεις τῶν δραπετευσάντων τριήρεις τὸν τῆς πόλεως ἀναχθεῖσαι λιμένα, καὶ βλέψασαι πρὸς Ἑλλήσποντον τὸ μὲν λεῖπον τῆς ἡμέρας ἐκείνης προσορμηκυῖαι ταῖς νήσοις ἐξεπέρασαν, ὁπόσαι μικρὸν ἄποθεν τῆς βασιλίδος ἀμφιρρέονται πόλεως, μὴ πάνυ πελάγιαι, φημὶ τὴν Πρίγκιππον καὶ τὴν Πρώτην, καὶ ὅσαι περὶ αὐτὰς ἀνίσχουσι τοῦ βυθοῦ. τὴν δ' ἐπιοῦσαν τινὰ τῶν ἐν αὐταῖς ἱερῶν φροντιστηρίων πυρπολήσασαι, ἐξῆραν ἐκεῖθεν κώπαις ἁπάσαις, καὶ διαπετασθεῖσι λαίφεσι. μηδενὸς δ' ἐπιδιώκοντος, ἔνθα τὴν πρὸς βουλῆς καταίρουσαι, ἔδρων ὅτι καὶ εἶχον κακὸν τοὺς ἐκεῖσε Ῥωμαίους.

quo ſors tulit, in vrbe ſunt diſperſi: alij in magnatum ædes euaſerunt: alij longis nauibus ſuorum popularium conſcenſis, ferrum vix euaſerunt. Qui cōprehenſi fuere, capitis ſunt damnati, omnes rei familiaris iacturam fecerunt. Triremes verò fugitiuis plenæ, ex portubus vrbis in Helleſpontum prouectæ, eo die ad inſulas Principis & Protam, cæteraſque vrbi vicinas, non in alto ſitas, appulerunt. Poſtridie, nōnullis earum monaſteriis incenſis, velis remiſque diſceſſerunt. Nemine autē perſequēte, vbi placuit deſcenſu facto, Romanis quicquid potuere nocuerunt.

Latinorum diſperſio, fuga, clades: vt fit in huiuſmodi prælijs.

Comprehenſorū ſupplicium.

Fugientium melior conditio.

Vindictæ effecta.

12 Κατ' ἐκείνας δὲ τὰς ἡμέρας καὶ κομήτης ἐφάνη κατ' οὐρανὸν, ὑποσημαίνων τὰ ἐσόμενα χείριστα, καὶ αὐτὸν ἀτεχνῶς διαχαράττων Ἀνδρόνικον. ὄφεως γὰρ σχῆμα καὶ ἕλιγμα ἡ τοῦ φανέντος ἀνάμματος ὄψις διατυποῦσα, νῦν μὲν διετάττετο, μετὰ βραχὺ δ' ἀμφιπεριειλίσσετο εἰς ὁλκοὺς, ἄλλοτε εἰς χάσμα ἀνοιγομένη στόματος φόβον ἐνεποίει τοῖς θεωμένοις, οἱονεὶ καταχάσκουσα ἐξ ὕψους τῶν κάτωθεν, καὶ ἀνδρομέου γλιχομένη αἵματος. ἡμέρας οὖν ἐκείνης τὸ μήπω ἐκμετρηθὲν, καὶ τὴν ἐπιοῦσαν νύκτα διαρκέσας, ἠφάνισται. ἀλλὰ καὶ ἱέραξ τοῦ θηρεύειν ἐθὰς, λευκὸς τὴν πτίλωσιν, τοὺς πόδας λωροπεδούμενος, κἀπὶ καλιᾶς πτερορρυήσας πολλάκις, καὶ αὖ πάλιν ἀνηβηκὼς, ὥρμησεν ἐκ τῆς ἕω πρὸς τὸ τοῦ Λόγου μέ-

12 Diebus illis Cometa in cœlo cōſpectus eſt, qui grauiſſimas clades, quæ conſequutæ ſunt, portendit, atque ipſum adeò Andronicum expreſſit. Nam ſerpentem ſinuoſum repræſentans, nunc porrigebatur, nunc in ſpiras ſe colligebat: nunc cū horrore intuentiū, quaſi inferiores ex alto deuoraturus eſſet, humani ſanguinis auidus, vaſtum rictum aperiebat. Sed quum non ultra diei illius reliquum & ſequutam noctē duraſſet, euanuit. Accipiter quoque aucupio exercitatus, albus, vincula pedibus geſtans, qui plumis in nido ſæpe amiſſis repubuerat, ab Oriēte in VERBI ma-

Exigua illa in cœlo fuere præſagia. Maxima circa vrbem ipſam apparebant, nempe Andronici crudelis animus, effera con filia, peſſimi conſiliarij.

Accipitris auſpiciū, accipitrem Andronicū repræſētās, qui pullo Alexio laniato, in altum auiā græcarū carnes vngues & roſtrum cruentauit.

ximum templum tetendit: ac Thomaiticam ædem ingressus, multos ad sui spectaculũ attraxit. Erant etiam qui eũ comprehendere studerent: verùm ipse inde in magnum palatium peruolauit, & super eo conclaui consedit, in quo recẽs Imperio potitos, diademate redimitos, ab omni populo celebrari moris est. Paulo pòst ad templum reuertitur: & hoc circuitu ter peracto, tandem à quodam captus, ad Imperatorẽ affertur. Id auspicium quidã planè ad Andronicum referentes, qui & sæpissimè in carcerem coniectus, & canus esset: eum statim pœnas grauissimas daturum interpretabantur. sed prudentiores, & sublimioribus præditi ingeniis, volatum illum ter repetitum, triennium significare asserebant, quo in Imperio exacto, Andronicus rursus in custodia & compedibus futurus esset. Omnib. autem ad Andronicum nauigantibus, postremus omnium etiã patriarcha Theodosius cum primariis sacerdotibus traiicit. Qui cũ pontificem ad suum tentorium accedere audiuisset, statim ei obuiam procedit, veste indutus fissa, violacei coloris, telæ Ibericæ, vsque ad genua & cubitos pertinente. Pileum in capite gerens, in acutum, pyramidis instar, desinentem, pulli coloris, & quantus erat, se ad equi vngulas prosternit.

Auspicij à priuatis quibusdam facta interpretatio.

Item à prudentioribus, quam euentus & rerum exitus comprobauit.

Theodosij Patriarchæ cauta prudẽtia.

Andronici calliditas & hypocrisis.

Habitus, homini conueniens.

γιστον τέμενος, καὶ τὸν Θωμαΐτην εἰσιὼν δόμον, πολλοὺς κατὰ φήμην θεατὰς ἐφειλκύσατο. ἦσαν δ᾽ οἳ καὶ διετεχνῶντο αὐτὸν συλλαβεῖν. ὁ δ᾽ ἐκεῖθεν ἀρθεὶς, κατέπτη πρὸς τὸ μέγα βασίλειον· καὶ ἄνω τοῦ οἰκήματος καταπαύσας, ἐν ᾧ τοὺς ὑπογύως τοῦ ἄρχειν ἐπειλημμένους εἴθισται πρὸς τοῦ δήμου παντὸς ἀνευφημεῖσθαι στεφανηφόρους, μετ᾽ οὐ πολὺ πάλιν ἐπάνεισι πρὸς τὸν νεὼν, καὶ τὴν τοιαύτην περιοδίαν τρισσῶς σταδιεύσας, ὕστερον παρά του θηρεύεται, καὶ εἰσάγεται βασιλεῖ. τοῖς μὲν οὖν πλείστοις μέλλειν αὐτίκα Ἀνδρόνικον συλληφθῆναι οἰωνίζετο ἐνθένδε, καὶ δίκας δικαίας ὑφέξειν, ἐπεὶ καὶ ἐς αὐτὸν ἔφασκον ἀτεχνῶς τὸ οἰώνισμα ἀφορᾶν, πλειστάκις ἐνειρχθέντα δεσμωτηρίῳ, καὶ τὸ τῆς κεφαλῆς τρίχωμα χιονούμενον. οἱ δέ γε σοφώτερόν τι προβλέποντες, καὶ τὸ φρονεῖν ὑψιβάμονες, τριετὲς ἕλιγμα χρονικὸν, τὴν τριττὴν εἰς τὸ αὐτὸ κατάντημα πτῆσιν ἰσχυρίζοντο προσημαίνειν, καὶ τελευταῖον αὖθις Ἀνδρόνικον φρουρὰν, καὶ ποδοκάκας καθυποδέχεσθαι Ῥωμαίων κατάρξαντα. πάντων δ᾽ ἐς Ἀνδρόνικον διαπορθμευομένων, λοίσθιος ἐς αὐτὸν περαιοῦται ὁ πατριάρχης Θεοδόσιος, μετὰ τῶν λογίμων τοῦ βήματος. ὁ μὲν οὖν εἰς τὴν ἑαυτοῦ ἐγγίζειν σκηνὴν τὸν μέγαν ἀρχιερέα ἐνωτισάμενος, ἔξεισιν εὐθὺς πρὸς ὑπάντησιν, στολὴν ἠμφιεσμένος χιστὴν ἰοβάφινον, ὑφῆς τῆς Ἰβηρικῆς εἰς γόνατα καὶ γλουτοὺς καταβαίνουσαν, καὶ πυκάζουσαν τὰ ἕως βραχίονος, καὶ πυραμιδουμένην καλύπτραν τῇ κεφαλῇ περικείμενος, καπνηρὰν τὴν χροιάν· καὶ πρὸς τῶν ἱππείων χηλῶν βαλὼν ἑαυτὸν,

ἔκειτο

ἔκειτο πεπτανυσμένος μέγας μεγαλωστί. μετὰ μικρὸν δὲ ἀνίσταται, καὶ τὰ ἐκείνου ποδῶν περιλιχμᾶται τὰ πέλματα, σωτῆρα τοῦ βασιλέως ἀποκαλῶν, ζηλωτὴν τοῦ καλοῦ, καὶ τῆς ἀληθείας ὑπέρμαχον, τῷ χρυσῷ τὴν γλῶτταν Ἰωάννῃ ἀνθάμιλλον καὶ πᾶσαν αὐτῷ προσηγορίαν περιτιθεὶς ἀγαθήν. ὁ δὲ τότε πρώτως Ἀνδρόνικον θεασάμενος, ἐπεὶ κατηθρήκει περιεργότερον βλέμμα γοργὸν, ὑποκαθήμενον φρόνημα, σοφιστικὸν καὶ περίεργον ἦθος, ἡλικίας ἀναδρομὴν ἐς πόδα δέκατον μικρὸν ἀνατείνουσαν, ἀγέρωχον βάδισμα, ὀφρὺν ἐπιλάπτουσαν ὑπεροψίαν, φροντιστικόν τε καὶ ἐπὶ συννοίας ἀεὶ ἄνθρωπον, ταλανίσας τοὺς ἀφρόνως ἄνδρα τοιοῦτον εἰσοικισαμένους ἐπ' ἀνηκέστοις ἑαυτῶν συμφοραῖς, ἀκοῇ μὲν φησὶν ἤκουόν σου τὸ πρότερον. νῦν δὲ καὶ ἑωράκειν, καὶ ἐγνώκειν σαφῶς. καὶ αὖ πάλιν τὸ τοῦ Δαβὶδ ἀποκναίσας, εἶπε· καθάπερ ἠκούσαμεν, οὕτως εἴδομεν, αἱμύλας καθαπτόμενος Ἀνδρονίκου, οἷς τὰ τῆς ὑπαντήσεως τῆς σκηνικῆς, ὑπεξῆρε τῆς γνώμης, ἑαυτὸν ἐδαφίζων, καὶ κυνηδὸν προσκυνιζόμενος, ἀναφέρων ἅμα τὰ ὀφθέντα, πρὸς ἅπερ αὐτῷ ἀπήγγειλεν ὁ βασιλεὺς Μανουὴλ, διαζωγραφῶν τῷ λόγῳ Ἀνδρόνικον, καὶ οἷον ἀγνοοῦντι τιθεὶς ὑπόψιον. ἀλλ' οὐκ ἔλαθε τὸ τῶν ῥημάτων, ἀμφοτερίζον τὸν πολύμητιν Ἀνδρόνικον. ὅθεν καὶ τῇ τῶν λεχθέντων διπλόῃ, ὡς οἷα διπάλτῳ ξίφει τρωθεὶς τὴν ψυχὴν καὶ τὴν σκυζομένην οἷον καὶ συνηρεφῆ τῶν ὀφρύων τοῦ πατριάρχου γραμμὴν, τῶν ἔνδον καὶ περὶ ψυχὴν κινημάτων εὑρὼν προμηνυτείαν· ἴδε, φησὶ, βαθὺς Ἀρμένιος, ἐπεὶ καὶ τὸ πατρῷον γένος ἐξ Ἀρμενίων ἕλκειν ἐλέγετο. τοῦτο δὲ καὶ ἄλλοτέ ποτε ἐπέσκωψεν ἐς αὐτὸν

Paulo pòst aſſurgit, & Patriarchæ plantas deoſculans, eũ Imperatoris ſeruatorẽ, honeſtatis amatorem, veritatis propugnatorẽ vocat, & Ioanni Chryſoſtomo comparandum, nullo honorifico titulo prætermiſſo. Patriarcha verò qui tum primum Andronicum videbat, accuratiùs eo perluſtrato, animaduerſóque viſu truci, occulto ingenio callidis & affectatis moribus, ſtatura ad decem ferè pedes aſſurgente, ſuperbo inceſſu, arrectis ſuperciliis, ſeueritate & triſtitia perpetua, miſeratus eos qui talem virum in perniciem ſuam accerſiuiſſent: *Hactenus*, inquit, *audiui, nũc etiam vidi, & palàm cognoui.* ac Dauidicum illud non ſine dolore adiicit: *Vt audiuimus, ita quoque vidimus.* quibus verbis ſalſè perſtringebat ſimulatum Andronici occurſum, & ſubmiſſionem. ſimul etiam memoria repetebat verba Manuelis Imperatoris, qui Andronicum oratione depinxerat, & ignorantis Patriarchæ veluti oculis ſubiecerat. Sed illæ verborum ambages Andronici ſagacitatem nõ latuerunt, qui ambiguis illis verbis tanquam ancipiti gladio vulneratus, viſa ſuperciliorum Patriarchæ ſubtriſti, & denſa ſerie ad oculos vergente, quæ affectionũ animi index eſſet: *Ecce*, inquit, *occultum Armenium.* Nam patre Armenio natus eſſe ferebatur. Eodem dicterio eum aliàs quo-

Simulatio hominis aulicarum artium magiſtri.

Patriarchæ cum Andronico cõgreſſus & dicteria.

Ambiguè dicta, quæ cor Andronici fortius feriunt.

Manuel pingit Andronicum, quem extinguere debuit.

Mala & ægra mens veritatis ictus præſẽtit, nec ferre poteſt.

Ideo ſeipſam vtcunque aperit.

que perſtrinxit, cum in colloquio dolenti ſimilis diceret, ſe vnum Imperatoris Alexij curatorẽ ſupereſſe, ſine vllo moleſtiarum & laborũ ſocio, ne ſanctitate quidem eius adiuuante: quanquam ei Manuel Alexij filij curam mandaſſet, & imperij adminiſtrationem etiam præ cognatis ſuis commiſiſſet. Cui Patriarcha reſpondit, *ſe iam olim ſollicitudinem de Imperatore depoſuiſſe: hoc eſt, inter mortuos eum numerare, poſteaquam Andronicus vrbem ingreſſus, rerum adminiſtrationẽ ſuſceperit,* Quo reſponſo cõfuſus Andronicus, & ſe intellexiſſe diſſimulans, rogauit, quid ſibi vellet ea oratio? quamuis ſatis ſciret, diuinum virum pueri Imperatoris mortem deſignaſſe. At ille, ne feram alioqui contra ſe rugientẽ magis irritaret, aut camelum ad ſolitum vomitum prouocaret: dictum illud aliò detorſit, ac ſe iam olim & canonibus & ſenio, rerum adminiſtratiõe interdicentibus, Imperatorẽ curare deſiiſſe, neque licere ſibi mundanis rebus implicari. Præterea ipſum Andronicum vel ſolum parem eſſe Imperatori educando.

Alia Andronici horrẽda ſimulatio, dũ mortem Alexio procurat.

Theodoſij prudẽs & acutum reſpõſum.

Verba ſapiẽtũ in animis impiorũ ſũt claui tenaciter adhærẽtes.

Prudẽtis eſt tyrannorum rabiem ſalua pietate & ſãcta libertate declinare.

13 Cæterùm Palatij rebus ex Andronici ſententia per filios & amicos eius quàm rectiſſimè conſtitutis, & Imperatoris etiam amicis, eius accedendi, & eius voluntati ſe accommodandi, poteſtate data: tandem ipſe quoque Andronicus Damali diſce-

Ad tempus, tyrãnidis affectatores rẽ publicam cõſtituere vidẽtur. Sed aliud in pectore geſtant.

Ἀνδρόνικος, ὅτε ὁ μὲν πρὸς τὸν πατριάρχην τὸν λόγον ποιούμενος ἀχθομένῳ ἐῴκει, καὶ μόνος ὑπολελεῖφθαι τοῦ βασιλέως Ἀλεξίου κηδεμὼν ἔλεγε, μηδένα ἔχων τὸν συμπονοῦντά τε καὶ συγκάμνοντα, μηδ᾽ αὐτὴν τὴν ἐκείνου ἁγιότητα, καίπερ τοῦ βασιλέως καὶ παῖδος τῷ βασιλεῖ Ἀλεξίῳ ἐς αὐτὸν ἀναθεμένου τὴν τοῦ υἱοῦ τημελούχησιν, καὶ τὴν τοῦ κράτους αὐτοῦ κυβέρνησιν, ὑπὲρ τοὺς τούτῳ κατὰ γένος προσήκοντας. ὁ δ᾽ ἔφησεν ἀποφροντίσαι πάλαι τὸν βασιλέα, εἴτ᾽ οὖν τοῖς τεθνεῶσιν ἔχειν ἐνάριθμον, ἐξότου περ αὐτὸς Ἀνδρόνικος τὴν βασιλίδα πόλιν εἰσεληλύθει, καὶ τὰ κοινὰ διαχειρίζει πράγματα. πρὸς τὴν ἀπόκρισιν τοῦ πατριάρχου ἐρυθριάσας Ἀνδρόνικος, ἤρετο, τί ἐστι τὸ ἀποφροντίσαι, καὶ πρὸς ὃ σημαινόμενον ἐκτετόξευται, τὸ μὴ συνιέντα πλαττόμενος καίτοι ἐγνωκὼς ἀληθῶς, ὡς τὸν τοῦ παιδὸς καὶ βασιλέως θάνατον ἠνίξατο, δι᾽ ὧν ὁ θεῖος οὗτος ἀνὴρ ἐφθέγξατο. ὁ δὲ τὸν θῆρα μὴ ἐκμαίνειν ἐθέλων, καὶ ἄλλως κατ᾽ αὐτοῦ ὠρυόμενον, ἢ τὴν κάμηλον ἀναστομοῦν εἰς ἐξέραμα, πρὸς ὅπερ εἴθιστο, οὐ κατὰ τὴν ἀληθῆ καὶ πρὸς ἣν ἐρρέθη προβάλλων ἐξήγησιν, ἑτεροίως τὸν τοῦ ῥήματος νοῦν ἡρμήνευσε, μηκέτι φάσκων φροντίζειν τοῦ βασιλέως, ἀλλὰ τὸ τούτου παιδεύειν τημελές, καὶ διὰ τοὺς κανόνας μὲν καὶ τὸ γῆρας μὴ ἐγχωρεῖν αὐτῷ τοῖς κατὰ κόσμον συμπλέκεσθαι πράγμασι· τὸ δὲ πλέον, αὐτὸν τὸν Ἀνδρόνικον αὐτάρκη, καὶ μονώτατον εἶναι τὸν βασιλέα παιδοκομεῖν.

13 Τῶν δὲ κατὰ τὰ ἀρχεῖα πραγμάτων, ὡς Ἀνδρονίκῳ ἐδόκει καὶ ἀρίστως εἶχε, διῳκημένων παρά τε τῶν υἱέων ἐκείνου, καὶ ὅσοι περ αὐτῷ προσέθεντο, ὀψὲ καὶ οὗτος μεταχωρεῖ τῆς Δαμάλεως, ὑποψήλας

τὸ τοῦ Δαβὶδ ἐν τῷ τὸν πορθμὸν διαβαίνειν, καὶ φθεγξάμενος μετὰ διαχύσεως· ἐπίστρεψον ψυχή μου εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου, ὅτι κύριος εὐηργέτησέ σε, ὅτι ἐξείλετο τὴν ψυχήν μου ἐκ θανάτου, τοὺς ὀφθαλμούς μου ἀπὸ δακρύων, καὶ τοὺς πόδας μου ἀπὸ ὀλισθήματος. τοῦ δὲ βασιλέως Ἀλεξίου καὶ τῆς ἐκείνου μητρὸς Ξένης ἐξιόντων μὲν τῶν βασιλείων, κατὰ τὴν Ἀνδρονίκου βούλησιν, εἰς δὲ τὰς ἐν τῷ Φιλοπατίῳ βασιλικὰς μετασκηνωσαμένων οἰκοδομὰς, αἱ τῶν Μαγγάνων ἐλέγοντο, πρόσεισιν ἐκεῖσε Ἀνδρόνικος, καὶ τῷ μὲν βασιλεῖ βαθεῖαν ἀπονέμει προσκύνησιν, ἐπὶ γόνυ πεσὼν, καὶ τοὺς ἐκείνου πόδας περιπτύσσεται, ὡς εἰώθει κοψάμενος, καὶ δάκρυα χεάμενος, τῇ δὲ τούτου μητρὶ Ξένῃ ὅσα καὶ ἀπούσῃ τὴν τιμὴν ἀφοσιωσάμενος, καὶ τῆς ἐκεῖσε παρουσίας πάρεργον ἀπονείμας τὴν προσαγόρευσιν, καὶ ταύτην ὑποψίας μεστὴν, καὶ τοῦ μίσους ἐνδεικτικὴν, ὅπερ κατ' αὐτῆς ἐκ μακροῦ τῇ ψυχῇ ἐναπέθετο· βραχύ τι προσδιατρίψας μεταχωρεῖ, καὶ κατὰ τὴν προσηυτρεπισμένην αὐτῷ ἐκεῖ που σκηνὴν ἀφικόμενος, εἶχε περὶ αὐτὸν τὰς αὐλαίας πηξαμένους, ὃν τρόπον αἱ ὄρνεις ὑπὸ τὰς ἑαυτῶν ἐπισυνάγουσι πτέρυγας τὰ νεόττια, πάντα ἄνδρα εὐγενῆ καὶ περίδοξον. ὅτε καί τις ἀνὴρ Ἶρος ἄλλος Ὁμηρικὸς, μολοβρὸς καὶ ἀνέστιος, τὰς τῶν πλουσίων θύρας ἐκτρίβων, καὶ θεραπεύων τὴν γαστέρα τοῖς τῶν ἄρτων τεμάχεσιν, ἑάλω τὰ βιώσιμα αἰτῶν ἀωρὶ τῶν νυκτῶν περὶ τὴν Ἀνδρονίκου σκηνὴν εἰλούμενος, ἐξωμίας καὶ παραβλὼψ, τὰ μὲν πρῶτα ὑπὸ τῆς θεραπείας Ἀνδρονίκου, ὡς γοητείαις εὐθυνέται χρώμενος, ἔπειτα καὶ τῷ δήμῳ τῆς πόλεως ἐκδίδοται παραλόγως. οἱ δὲ ὅσα καὶ θείας ὄψεως τῆς Ἀνδρονίκου θέας ἐχόμενοι, ἀνεξελέγκτως αὐτὸν εἰς τὸ θέα-

dit. ac triremi conſcenſa, dū per fretū in vrbem traiicit, Dauidicū illud hilariter ſuccinuit: Reuertere anima mea in requiem tuam, quoniam Dominus tibi benefecit, erepta vita mea ex morte, oculis meis à lachrymis, pedibus meis à lapſu vindicatis. Imperatore Alexio & matre eius Xene è palatio, vt voluerat Andronicus, in Manganicas regales ædes ad Philopatium digreſſis, eò ſe confert: ac Imperatore ſubmiſſè adorato, pedes eius amplectitur, cum ſolito plā-ctu & fletu. Matre verò eius obiter & contemptim ſalutata, ſine diſſimulatione veteris in eam odij, citra morā longiorem in tentorium nō procul inde paratum diſcedit, vbi omnes viri nobiles & honorati ſua quoque tabernacula erexerunt, quemadmodum pulli ſub gallinæ alas confugiunt. Tum homo quidam, alter Irus Homericus, teter, ſine domo, diuitum limina terens, vt fruſtis panis famem ſedaret, captus eſt, cum intempeſta nocte iuxta Andronici tabernaculum victum mendicaret, vir procerus, & ſtrabus. ac primū ab Andronici miniſtris pro mago inſimulatur, deinde vrbanæ plebi præter opinionem deditur. Ea verò ſpectando Andronico, vt diuino vultui intenta, cum indicta cauſa, congeſtis in

Andronici cum Imperatore congreſſus.

Rectè quidē Andronicus, ſi ad Deum ſincero cordis affectu os conuertiſſet: quum verò furore percitus in Manuelis familiam ferretur, hæc verba fuerūt totidem in Deum blaſphemiæ.

Non diſſimulat in Xenen vetus odium Andronicus.

Non ſub gallinæ, ſed ſub accipitris alas cōfugiūt Græci.

Teſte miſero illo mendico, qui primus ſæuos accipitris vngues perſenſit.

theatro lignis aridis & sarmentis, in Andronici gratiā exurit. Qui dies complures cum Imp. in Philopatio cōmoratus, magnam vrbem intrare desiderauit, & Manuelis patruelis sepulchrum spectare. Cū in Pātocratoris monasterium venisset, quæsiuit, vbi situs esset Imperator: eiusque sepulchro astans acerbè fleuit, miserabiliter eiulans, vt quidam ex astantibus artium Andronici ignari, præ admiratione dicerent: *O rem miram, vt Imperatorem cognatum, quamuis acrem & inhumanum persecutorem, dilexit!* Cùm autē quidam ex cognatis eum à tumulo auellerent, & luctui satis esse datum dicerent, monitis eorum nequaquam acquieuit: sed petiit, vt se paulisper adhuc sepulchro inhærere paterentur. habere enim, quod cum defuncto seorsim colloquatur. Itaque manibus & palmis supplicis in modum compositis, & oculis in sepulchri saxū intētis, labia mouit, editáq; voce, quæ à nemine exaudiretur, occultū colloquium habuit. At pleriq; murmur illud incantationem barbaricam esse, facetiores autem Andronicum Manueli insultare, & manes eius exagitare dicebant, his verbis: Habeo te, persecutor, à quo multis actus sum erroribus, & totius penè mundi factus fabula, vniuerso orbe pererrato. ac te quidem sepulchrum istud in septem vertices assurgens,

Andronicus Manuelis sepulchrū spectat.

Crocodili lacrymæ.

Sibi primùm deinde aliis imponit hypocrita: at nemo, se iudice, nocēs absoluitur.

Vindictæ cupiditas etiā mortuis insultat.

Interpretatio epicedij, per Nicetam ex rerum ante & post Manuelis excessum ab Andronico gestarum histo rica narratione, collecta.

ζον ἀπαγαγόντες, καὶ κραῦρα ξύλα καὶ φακιόλοις φορυτῶν ξυναγείραντες, κατακαίουσιν Ἀνδρονίκῳ χαριζόμενοι. συχνὰς δ᾽ ἐκμετρήσας ἡμέρας Ἀνδρόνικος σὺν τῷ βασιλεῖ κατὰ τὸ Φιλοπάτιον, ἔσχεν ἔργον εἰς τὴν μεγαλόπολιν εἰσιέναι, καὶ τὸν τοῦ βασιλέως ἐξαδέλφου Μανουὴλ τάφον ἰδεῖν. ὅθεν κατὰ τὴν τοῦ Παντοκράτορος μονὴν γεγονὼς, καὶ ποῦ τέθαπται ὁ νεκρὸς ἐρωτήσας, καὶ ἐπιστὰς τῷ σωματοφυλακοῦντι μνήματι, πικρῶς ἐπεδάκρυσε, καὶ περιπαθῶς ὠλοφύρετο, ὡς καὶ πολλοὺς τῶν παρεστώτων μὴ τὸν κρυψίνουν ὅλως διορᾶν Ἀνδρόνικον ἔχοντας, θαυμάσαι λίαν, καὶ εἰπεῖν· ὢ τοῦ θαύματος, πῶς ἐφίλει τὸν προσγενῆ ἄνακτα, καίπερ διώκτην ὄντα θερμὸν, καὶ φιλανθρώπως αὐτῷ μὴ χρησάμενον. τινῶν δὲ τῶν ἐκ τοῦ γένους ἀποσπώντων αὐτὸν τῆς σοροῦ, καὶ ἀρκούντως ὑποφωνούντων τεθρηνηκέναι, οὐδ᾽ ὅλως καθυπεῖξε ταῖς παραιφάσεσιν, ἀλλ᾽ αἰτήσας καὶ ἔτι μικρὸν ἐνδοθῆναί οἱ προσκαρτερῆσαι τῷ τάφῳ, ἔχειν γάρ τι τῷ κειμένῳ κατὰ μόνας διαλεχθῆναι, τὰς χεῖρας ὡς πρὸς ἱκεσίαν διασκευάσας, καὶ διαπετάσας τὰς παλάμας, καὶ διάρας τοὺς ὀφθαλμοὺς πρὸς λίθον τὸν νεκροδέγμονα, τὰ χείλη μὲν κινῶν, φωνὴν δ᾽ οὐδαμῶς ἐξικνουμένην εἰς ὦτα τῶν παρεστώτων οὐ μὲν οὖν ἀφιεὶς, διάλεξίν τινα λαθραίαν ἐπεποίητο. τοῖς μὲν οὖν πλείστοις ἐπῳδή τις βαρβαρικὴ λελόγιστο τὰ ὑποψαλλόμενα· ἦσαν δ᾽ οἳ, καὶ τούτων μάλιστα οἱ τὴν εὐτραπελίαν μεταδιώκοντες, ἐπικερτομεῖν Ἀνδρόνικον ἔφασκον τῷ βασιλεῖ Μανουὴλ, καὶ ἀτεχνῶς κειμένῳ ἐπεμβαίνοντα λέγειν· ἔχω σε τὸν διώκτην, καὶ πολλὰς ἐμοὶ πλάνας προξενηκότα, καὶ ὑφ᾽ οὗ παγκόσμιον μικροῦ γεγένημαι περιλάλημα, πᾶσαν δυστυχῶς ἐπιὼν ὁπόσην ἥλιος ἔπεισιν ἅρματι. καὶ σὲ μὲν ὁ ἑπτακόρυμβος οὑτοσὶ συνέξει λίθος,

λίθος, ὅσα τὸ ἄφικτον δεσμωτήριον νήγρετον καθεύδοντα ὕπνον, καὶ τῆς τελευταίας σάλπιγγος ἐπιδεᾶ, ἐγὼ δὲ τὸ σὸν μετελεύσομαι γένος, οἷα καὶ λέων μεγάλῳ ἐπεγκύρσας θηράματι, καὶ δίκας ὧν ὑπὸ σοῦ κακῶς ἐπεπόνθειν γενναίας εἰσπράξομαι,

Τὴν ἑπτάλοφον καὶ λαμπρὰν εἰσιὼν
ταυτηνὶ μεγαλόπολιν.

14 Ἐκ δὲ τούτου πάντα οἶκον ἐπιὼν περιφανῆ καὶ λαμπρὸν, καὶ σταθμοὺς ἐν αὐτοῖς τιθέμενος, ὥσπερ οἱ παροδεύοντες, ἐχρῆτο τοῖς κοινοῖς ὡς ᾑρεῖτο πράγμασι, τῷ μὲν βασιλεῖ Ἀλεξίῳ κυνηγεσίοις ἐφιεὶς προσανέχειν, καὶ κούφοις τῷ τέως τρέφεσθαι πνεύμασι μετὰ τῶν φυλάκων οὓς αὐτῷ ἐπέστησεν, οὐ μόνον τὴν εἴσοδον αὐτοῦ, καὶ τὴν ἔξοδον ἐφορῶντας τοῦ μυθικοῦ πολυομμάτου Ἄργου περιεργότερον, ἀλλὰ καὶ μηδένα τῶν ἁπάντων παρεῶντας μόνῳ ἐντυγχάνειν αὐτῷ, ὑπέρ τε οὐ πνοσσοιῦ διομιλεῖσθαι πράγματος· ἑαυτὸν δὲ ὅλον ἐπιδοὺς ταῖς μερίμναις, οὐχ ὅπως εὖ πράττοιεν τὰ Ῥωμαίων, ἀλλ' ὅπως ἀφελεῖ ἐκ τῶν βασιλείων καὶ σύμβουλον ἀγαθὸν, καὶ κατὰ χεῖρα γενναῖον ἄνδρα καὶ ἀρειμάνιον, καὶ ὕποπτον ἐκείνῳ, καὶ πρὸς ἀρχὴν ἐπιτήδειον· ἀμειβόμενος δὲ τῆς πρὸς αὐτὸν εὐνοίας τοὺς Παφλαγόνας, καὶ πάντα ἄλλον συνεφαψάμενον αὐτῷ τῆς ἀποστασίας, ἀξιώμασι τούτοις ἐτίμησε, καὶ δωρεαῖς φιλοτίμοις ἐδεξιώσατο, καὶ τὰ λαμπρὰ δὲ τῶν ἀξιωμάτων, καὶ τὰ τῶν ὀφφικίων μεγαλοπρεπῆ, ὡς ἐκείνῳ ἐδόκει μεταπιθεὶς, ἐπὶ τινὰν μὲν τοὺς ἑαυτοῦ παῖδας προυβάλετο· ἄλλοις δ' ὑπεξῆρεν ἑτέρους, ἐκείνους δηπουθεν, οἳ ὀπίσω αὐτοῦ ἐπορεύθησαν, ὡς τοῦ Βάαλ πρότερον οἱ ἀποστάντες ζῶντος Θεοῦ, καὶ οἱ τὴν παρ' ἐκείνῳ δόξαν προέθεντο τῆς ἐπαινετῆς καὶ προτέρας

& ineuitabilis carcer profundo somno oppressum tenet, ex quo non nisi vltimæ tubæ clangore excitaberis: ego verò tuum genus vlciscar, vt leo prædam opimam nactus, & pœnas iniuriarum tuarum graues exigam, postquam hanc splendidam vrbem sum ingressus,

Quæ septem vna sibi muro
circundedit arces.

Andronicus, vt famelicus leo, Manuelis sobolem discerpit.

14 Deinceps omnes domos illustres & splendidas peruagando, & viatorum instar in eis diuersando, Rempublicam suo arbitratu administrabat. Imperatori Alexio venationes & alia ludicra indulsit, custodibus adhibitis, qui non modò ingressum & egressũ eius diligẽtissimè obseruarẽt, sed etiã neminem omnino vlla de re cum eo colloqui paterentur: sibi curam rerum vendicauit, non in id intentus, vt Romana res floreret, sed vt omnes tam consilio quàm manu pollentes, & imperio idonei, diuersę factionis, palatio exigerentur. Paphlagones cæterósque omnes quorum opera & studiis regnum occuparat, & honoribus & largitionibus est remuneratus. Dignitates & officia magnifica pro libito partim in filios suos, partim in alios transtulit: eos vtique qui ipsum secuti erant, vt olim ij qui à Deo viuente ad Baalem defecerunt, quique ipsius gloriam priori lauda-

Eiusdem tyrannicæ artes. Illustriũ domos scrutatur.

Rempub. suo arbitratu administrat.

Iuueni Imperatori ludicra indulget, & adhibet custodias, fidósq. admonitores ab eo procul amouet.

Prudentes & fortes viros palatio exigit.

Tyrannidis fautores promouet & locupletat.

Munera publica in homines sibi acceptos transfert.

bili dignitati cum iuſtitia coniunctæ prætulerũt. Proinde clari viri partim domo & patria pellebantur, à chariſſimis ſuis auulſi: partim oculis priuabantur: partim in carcerem & ferreas manicas coniiciebantur, nullius ſibi ſceleris conſcij: ſed illius criminis tacitè condemnati, quòd ex nobilitate eſſent, & in bello ſæpe fortiter ſe geſſiſſent, aut proceritate corporis & elegantia formæ, aut alia quapiam re quæ morderet Andronicum & ſpe haud bona aleret, antecellerent: aut ob reſiduas veterum offenſarum ſcintillas, quæ hactenus velut ignis ſub cinere latuerant, reſuſcitatas, mulctabantur. Itaque peracerba fuit illorum temporum cõditio, & coniunctiſſimorum inter ſeſe perfidia, malũ ĩtolerabile. Nec enim frater dũtaxat fratrem, pater filiũ negligebat, ſi Andronico ita viſum eſſet: ſed proditores eorum infeſtiſſimos ad internecionem familiæ adiutabãt. Erant etiam qui ipſi ſuos deferrent, vt aut Andronici acta irridentes, aut ſpreto Andronico, paternum imperiũ gerẽti Alexio addictos. Multi quoque inter accuſandum ſunt accuſati: & dum alios arguunt, vt Andronici inſidiatores, ab ipſis reis aut circunſtantibus ſunt delati, & in eãdem cuſtodiã vtrique abducti. Orationẽ meam confirmat Ioannes Cantacuzenus, qui pugnis in ſpadonẽ Zitam ita ſæuit, vt dentes ei excuteret, & labia diſcinderet; quod

In illuſtres viros vario ſuppliciorũ genere affectos graſſatur.

Æmulos quoſcunque euertit.

Veteres aduerſarios opprimit, vindictæ cupidiſſimus.

Sub tyrannide acerba tẽporum conditio. Qui enim homines antea erant coniunctiſſimi, tunc naturæ ruptis vinculis, alij in alios perfidè inſurgunt.

Sycophantarum aulicorum merces.

Ioannis Cantacuzeni Andronicũ in tyrãnide ſua cõfirmãtis (peculiari [illegible] vindicta) [illegible]

τιμῆς, καὶ τοῦ δικαίου μερίδα παρεχομένης. οἱ μὲν τοίνυν τῶν ἐπισήμων ἀνθρώπων ἀπηλαύνοντο οἴκου καὶ πατρίδος, καὶ τῶν φιλτάτων ἀποδιΐσαντο. οἱ δὲ εἱρκταῖς καὶ χειροπέδαις σιδηραῖς παρεδίδοντο, ἄλλοι τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξεκόπτοντο, αἰτίαν οὐδεμίαν πρόδηλον ἐπαγομένην ἑαυτοῖς συνειδότες· τὸ δ' εἶναι τῶν εὐπατριδῶν σιωπηλῶς ἐγκαλούμενοι, καὶ κατὰ πόλεμον πολλάκις εὐδοκιμῆσαι, ἢ φυῆς σώματος γενναιοτάτης, ἢ ὥρας ἱκανωτάτης μεταλαχεῖν, ἢ τι ἕτερον φέρειν ἐπαινετὸν, ὑποκνίζον Ἀνδρόνικον, οὐδ' ἀγαθὰς ἐκείνῳ τὰς ἐλπίδας ὑποβάλλον, εἴτε μὴν παλαιᾶς μικρολυπίας ὑποτύφον ἐμπύρευμα, καὶ φρυκτεῦον κατὰ βραχὺ τὸ πρὶν λεληθὸς καὶ ἀποδιούμενον τοῦ θυμοῦ. ἦν τοίνυν ἀνύποιστος ἡ τοῦ τότε καιροῦ φορὰ, καὶ ἡ πρὸς ἀλλήλους, καὶ τῶν πάνυ γνησιωτάτων οὐκ εὐπιστία, κακὸν ἀφόρητον ἦν. οὐ γὰρ μόνον ἀδελφὸς παρεώρα κασίγνητον, καὶ πατὴρ υἱέα παρέτρεχεν, ἂν οὕτως ἤρεσκεν Ἀνδρονίκῳ· ἀλλὰ καὶ τοῖς καταπροδιδοῦσι τούτους συνεπράττον τὰ ἀνήκεστα, καὶ τὴν τοῦ γένους συνδιετίθουν ἀπώλειαν. εἰσὶ δ' οἳ καὶ κατεμήνυον αὐτότατοι τοὺς οἰκείους, ὡς ἢ τὰ παρ' Ἀνδρονίκου χλευάζοντας δρώμενα, ἢ γοῦν τῷ τὴν πατρῴαν ἄρχοντι ἀρχὴν Ἀλεξίῳ προσκειμένους, Ἀνδρονίκου δὲ ἀπαυχενίζοντας ἑαυτούς. πολλοὶ δὲ κἂν τῷ ἄρτι κατηγορεῖν κατηγόρηντο, καὶ διελέγχοντες ἑτέρους ἐπ' Ἀνδρονίκῳ τέκτονας κακῶν, ὑπ' αὐτῶν τῶν κατηγορουμένων, ἢ καὶ ἄλλων παρεστώτων προσηγγέλλοντο, καὶ εἶχε τούτους κἀκείνους συναπαγομένους μία φρουρά. καὶ πιστοῦταί μοι τὸν λόγον ὁ Κανστακουζηνὸς Ἰωάννης, παλαμναιοτάταις πυγμαῖς παίων ἐκτομίαν τινὰ Τζίταν καλούμενον, καὶ τοὺς ὀδόντας ἐκρίζων, καὶ τὰ χείλη

ἀφαιμα-

ἀφαιματῶν, ὅτι πεφώραται ὅλως Ἀλεξίῳ τῷ βασιλεῖ περὶ τὴν κοινὴν διαλεχθεὶς συμφοράν· παραχρῆμα δὲ συλλαμβανόμενος καὶ αὐτὸς, ἐξομματούμενός τε, καὶ εἱρκτῇ ζοφώδει παραρριπτούμενος, οἷς προσηγορίαν διὰ τοῦ δεσμοφύλακος πέπομφεν ἑνὶ τῶν γυναικομαίμων Ἀγγέλῳ δεσμώτῃ ὄντι τῷ Κωνσταντίνῳ. οὐκοῦν διὰ ταῦτα ἦν εἰς πόνον ἅπασα κεφαλὴ, καὶ παρρησίαν ἦγον, ὡς οὔποτε τοῖς ἔργοις αὐτοῖς ἀπιστούμενα, ὅσα τὸ Ἐμπεδόκλειον νεῖκος τερθρεύεται τέρατα. οὐ γὰρ ἐκλεκτὸς μόνον ἅπας ὑψηλὸς, καὶ τῆς ἐναντίας Ἀνδρονίκῳ μοίρας, ἔπασχε τὰ οἰκτρότατα, ἀλλὰ καὶ περὶ τοὺς οἰκείους θεραπευτῆρας ἀπιστότατος ὢν, οὓς χθὲς ἐψώμιζε στέαρ πυροῦ, καὶ οἷς τὸν μόσχον παρετίθει τὸν σιτευτὸν, καὶ τὴν ἀνθοσμίαν ἐκίρνα ζωρότερον, ἢ τῷ κύκλῳ τῷ περὶ ἐκεῖνον ἐνέγραφε, τούτοις διετίθει χειρίστως σήμερον. ἦν δὲ καὶ τὸν αὐτὸν ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἡμέρας πολλάκις ὁρᾶν στεφανούμενόν τε ἅμα κατὰ τὸν τοῦ Χέρξου ναύαρχον, καὶ δειροτομούμενον, ὑμνούμενόν τε καὶ βλασφημούμενον. ὥστε καὶ πολλοὶ τῶν τῆς ἐκείνου μερίδος, οἱ ὅλως ἐς νοῦν βάλλοντες, τὸν ἐξ Ἀνδρονίκου ἔπαινον καταβολὴν ἐνόμιζον ὕβρεως, καὶ τὴν ἀγαθοῦ τινὸς ἀνθρωπικοῦ παροχὴν, ἔμεσιν τῶν προσόντων ᾤοντο εἶναι, καὶ καταστροφὴν τὴν ἐπιστροφήν. ὁ δ᾽ αὐτὸς φαρμακοὺς ὢν ὀλεθριώτατος ἐλελήθει πρότερον, ἡνίκα τυραννεῖν ἐπεβάλλετο. ἡμερῶν δέ τινων διαλειπουσῶν, ἤδετο παρὰ πᾶσιν, εἴτε καὶ ἀληθῶς, οὐκ ἔχω λέγειν, καὶ θανασίμοις κεραννύειν ἐπίστασθαι κύλικας. καὶ τῆς ὀλεθρείας ταύτης ἐς ἅδου καταγωγῆς πρώτην ἄλλων πειραθῆναι τὴν Καισάρισσαν Μαρίαν, τὴν θυγατέρα τοῦ βασιλέως Μανουὴλ, τὴν καὶ πρώτως καὶ παρὰ πάντας μάλιστα τὴν τοῦ Ἀνδρονίκου κάθοδον ἐς τὴν

cum Imperatore Alexio de communibus miseriis esset collocutus: idemque mox cõprehensus, & oculis erutis in obscurum carcerem est con iectus, quòd per quendã carceris custodem fratri vxoris suæ Angelo Constantino salutem dixerat. Nemo igitur ærumnarum erat expers: & si nunquam aliàs, tum certè re ipsa monstra illa apparebãt, quæ Empedocles de Contẽtione fabulatur. Neq; enim proceres duntaxat Andronici aduersarij, sed eius etiam cultores, crudelissimè tracta bantur. Nam quos heri humanissimè exceperat, & inter intimos habuerat, in eos hodie atrociter sęuiebat. Ita videre erat eundem eodẽ die, vt de Nauarcho Xerxis est memoriæ proditum, & coronari & securi percuti, laudari & conuiciis proscindi. Itaq; prudentiores, Andronici laudationem iniuriæ principiũ, & beneficentiam eius facultatum rapinam, benignitatẽ eius interitum iudicabant. Neque verò constabat, cùm regnum affectaret, eũ veneficum esse atrocissimum, & lethalia pocula miscendi peritũ: sed aliquot diebus pòst, id omnibus in ore erat, verè nec ne, haud scio: ac eius nefariæ artis prima fecisse periculum Maria Cæsarissa, Manuelis Imperatoris filia, ferebatur, quæ & princeps, & præ cęteris omnibus Andro-

Nemo sub tyrannide ærũnarũ expers est.

Periculum imminet iis qui circa leonis antrũ morãtur, aut iubas eius vel molliter tractant.

Tyrãni laudatio iniurię principiũ, benignitas interitus.

Veneficium, tyrannis ars vsitatissima, præcipuè verò recentioribus Andronicis.

Cæsarissa, quæ Andronico mensã erexerat, tyranni poculum prior exhausit.

nici reditum expetiuerat. Nã pollicitationibus ab eo corruptum paternum eius spadonem cognomento Pterygionitem, lentum illi venenum miscuisse. Nec multò post, Cæsar vxoris obitum est consecutus, qui nec ipse naturali morte decessisse, sed vnus calix duos præstantes homines, Andronici insidiis, confecisse putabatur.

Hanc sequitur maritus.

15 Cùm autem filiam Irenen, ex consobrina Theodora Comnena contra leges susceptam Alexio, Manuelis ex incesto concubitu Theodoræ filio, despondere vellet: breue scriptum ad sanctum Concilium componit, idque suo nomine atramento subscriptum, publicè recitandum & deliberandum proponit. Cuius hęc erat sententia: Vtrum ferendum esset matrimonium, quod cum parum aut nihil potius incommodi prę se ferat: tamen ad Orientis & Occidentis coniunctionem & captiuorum redemptionem pertineret, ac plura alia commoda Reipublicæ allaturum esset. Id breue scriptum veluti ahenum ebulliens, aut Neptunius tridens, aut ingeniosè confictum illud Contentionis pomum, Concilium permiscuit: & inter senatorios iudices omnes dissidium effecit, aut, vt verius dicam, alios in alios armauit, & in contrarias velut acies distraxit. Nam eorum maxima pars corrupta largitionibus, & amplificandæ dignitatis promissionibus: id coniu-

Qui iura humana & diuina tyrannus peruertit, nihil mirum si naturam ipsam incestat.

Impiorum cõscientia, in Deum & naturam insurgens, suo ipsius iudicio damnata, latebram quærit, vt male agendo reip. commoda quærere videatur.

Edictum impium, contentionis pomum.

Consiliariorum sub tyrannide discordia.

Maxima pars auaritiæ & ambitionis morbo lethali laborat.

πατρίδα γλιχομένην ἰδεῖν. ὑποφθαρεῖσαι γὰρ χρησταῖς ὑποσχέσεσιν ἐκτομίαν τινὰ πατρῷον ὑπηρέτην τῇ γυναικὶ, τὸν ἐπίκλην Πτερυγιονίτην, καὶ λυγρὸν ἐγχεθῆναι τῇ ἀνθρώπῳ διὰ τούτου φάρμακον. εἶναι δὲ τὸ δηλητήριον οὐ τῶν αὐτίκα θανατούντων, ἀλλὰ τῶν κατὰ βραχὺ παραπιθεμένων θανάτῳ, καὶ ὑπεξαγόντων τοῦ ζῆν χολαίτερον. οὐ πολὺς ὁ ἐν μέσῳ καιρὸς, καὶ τῷ τῆς γυναικὸς μόρῳ καὶ ὁ ταύτῃ συζυγεὶς Καῖσαρ ἐπηκολούθησε. πλὴν οὐδ᾽ οὗτος φυσικῶς ἐλέγετο τελευτᾶν, ἀλλὰ κύλιξ ἐτεκμαίρετο μία ζωῆς καταδυνάστρια δύο ἀμαυρῶσαι τέκνα πότητος.

15 Βουληθεὶς δὲ τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα Εἰρήνην εἰς γάμον ἁρμόσαι τῷ Ἀλεξίῳ, ἣν ἡ Κομνηνὴ Θεοδώρα ἐγείνατο, βιβλίον λακωνίζον ξυντίθησι πρὸς τὴν ἱερὰν σύνοδον, καὶ τοῦτο ὑποσημηνάμενος κάτωθεν διὰ μέλανος τῷ οἰκείῳ ὀνόματι, ἐπὶ κοινῆς ἀκροάσεώς τε καὶ σκέψεως ἀναδίδωσιν. ἦν δὲ τῶν γραφομένων ὁ νοῦς, εἰ συγχωρηθήσεται περαιωθῆναι συνάλλαγμα γαμικὸν, βραχὺ μὲν ἢ οὐδὲν παρυπεμφαῖνον τὸ ἄσεμνον, ξυνοισόμενον δ᾽ ὅμως εἰς ἁρμογὴν τῆς ἑῴας καὶ ἑσπερείου λήξεως, καὶ ἀνάρρυσιν αἰχμαλώτων, καὶ χορηγὸν πλείστων ὅσων ἑτέρων συνοισόντων κοινῇ. καὶ τὸ βραχυσύλλαβον τοῦτο γραμμάτιον, καθά τις εὐρυχανδὴς ζωμήρρυσις ἢ Ποσειδώνιος τρίαινα, ἢ τὸ εὐφυὲς τῆς ἔριδος μῆλον, τήν τε σύνοδον διεκύκησε, καὶ τῆς συγκλήτου μέρος ὁπόσον περὶ τὸ κρίνειν, διέστησεν· ἢ ἀληθέστερον εἰπεῖν, κατ᾽ ἀλλήλων ἐφώπλισε, καὶ εἰς μοίρας ἐναντίας ἀπέκρινε. χρήμασι γὰρ οἱ πλεῖστοι τούτων καθυπαχθέντες, καὶ τιμῶν ἀναβάσεσι μαλαχθέντες, ἐπεδεδόκουν, ὡς οὐκ ὄφελον, οἷα μὴ κεκωλυμένῳ

τῷ

τῶν γάμων. οἱ δὲ θρασύτεροι τῶν δικαστῶν καὶ ψηφοφαγεῖν εἰωθότες, καὶ κατὰ τοὺς περιφανεῖς ἀγυρτεύοντες οἴκους, καὶ οἱ φιλόχρυσοι τῶν ἐκ τῆς συνόδου, καὶ θεοκάπηλοι, μηδὲ συγγένειαν ἐπισυρέσθαι διετείνοντο τὰ συναφθησόμενα πρόσωπα, διὰ τὸ ἐξ ἀθεμίτων ἑνώσεων ἀμφότερα γεγενῆσθαι, καὶ τοῖς νόμοις τὰ τοιάδε κυήματα ἀνεπικοινώνητα συγγενείας, καὶ ἐκ διαμέτρου ἀφεστῶτα λογίζεσθαι. καὶ ἀμαθὲς δὲ ἔλεγον εἶναι καὶ τὸ οἴεσθαι ὅλως δεῖν ὑπ' ἐξέτασιν πίπτειν ἐκδηλοτέραν ἡλίου ὑπόθεσιν. οἱ δ' οὐδ' ἄκροις ὠσὶ παραδεχόμενοι τὰ φθεγγόμενα, καὶ ὡς ἀγχωμάλοις ὅπλοις τοῖς νόμοις τὰς προσβολὰς αὐτῶν ἀπρακτοῦντες, μηδὲ συγχωροῦντες τῇ πράξει, ὡς ἀθεμιτογαμίας μεστῇ· ἀντέπιπτον γενναιότερον. ἦσαν δὲ οἱ τῆς καλλίστης ταύτης εἰσηγούμενοι γνώμης, καὶ τῆς πάλης τῆς κρείττονος, βραχεῖς ἐκ τῶν ἀρχιερέων, καὶ τῶν ἐντρόφων τοῦ βήματος, καί τινες δυσώπητοι τῶν τῆς συγκλήτου βουλῆς. καὶ αὐτοὺς δὲ ὁ τοῦ πατριάρχου ζῆλος ἐπισυνίστη τε καὶ ὑπήλειφεν, οὐκ ἐῶν ἑτεροζυγεῖν, καὶ οἴκοθεν ἄλλως ἀποδύοντας. ὅτε γὰρ ἡ Ἀνδρονίκου τοῦτον ἐξέλυσε μεγαλειότης στομφασμὸς, οὔθ' ἡ τῶν αὐτοῦ λόγων ἐσυφέλιξε δύναμις, οὔθ' αἱ ἀπειλαὶ διετάραξαν. ἀλλ' ἦν ἀτίνακτος ὡς ἐκεῖνος ὁ πρόβολος, περὶ ὃν ἀεὶ κῦμα ὀρθὸν ἵσταται, καὶ ἅλμη περιμορμύρουσα. ὁ δὲ εἰς ἀφρὸν διαλύων, καὶ μακρὰ κλάειν ἐᾶν τὴν ἠχήεσσαν θάλασσαν, ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἐστήρικται βάσεως. ἀμέλει τοι καὶ ἰδὼν ὡς οὐδὲν ὠφελεῖ, ἀλλ' ἀνακαλύπτως ἔπεισι τὰ δεινὰ, καὶ νικᾷ τὰ χείρονα τῶν ἱερῶν ἀπανίσταται ἀρχείων, καὶ πρὸς τὴν νῆσον ἀφικνεῖται Τερέβινθον, καθ' ἣν αὐτῷ τὴν καταγωγὴν, καὶ τὴν τοῦ σκήνους ηὐτρεπίκει κατάθεσιν. ὁ δ' Ἀνδρόνικος τὴν

gium, vt licitum (quod vtinam factum non esset) approbauit. Iudices verò audaciores, qui procerum ædes frequentare, ac suffragia conuiuiis eorum condonare solent: & homines auari, & res diuinas cauponari soliti, eas personas inter se cognatas esse negabant: propterea quòd ex illicitis nuptiis procreatæ, nihil cum iure cognationis cõmune haberẽt, ac alienissimæ putarentur. Esse autem inscitiæ, causam sole illustriorem in quæstionem vocari. Alij verò argumentis istis planè repudiatis, fortiter aduersabantur: & nuptias istas, quæ incestæ essent, procedere nequaquam patiebantur. Eius pulcherrimæ sententiæ autores erant pauci ex ordine Pontificum & sacerdotum, & ex Patribus cõscriptis aliquot, qui & ipsi Patriarchæ studio incitati, & autoritate confirmati, in recta sententia, quamuis eam domo non attulissent, permanebant. Hunc enim neque Andronici maiestas debilitauit, neque vis eloquentiæ euertit, neque minæ perturbarunt, quo minus instar marinæ petræ inconcussus maneret. Qui cum se nihil proficere, & mala manifestè ingruere, & partem meliorem à maiore vinci cerneret: è sacro palatio in insulam Terebinthum, vbi sibi diuersorium & sepulchrum struxerat, discedit. Andronicus verò, vt deside-

Iudicum impiorum characteres.

Incestæ nuptiæ ab impuris ingeniis facilè probantur.

Summa impiorum impudentia.

Sapientes naturæ legem tuẽtur.

Paucus autẽ illorum est numerus.

Vir bonus & magni nominis multos in officio retinet.

Theodosius virtutis veræ custos rigidusque satelles malo seculo, in tyrãnidis iudicium, natus: viri laudatissimi effigies. Tempestatĩ quam pacare non poterat prudẽter cedit.

ratum, ita inopinatum eius discessum, instituto suo commodissimum ratus, nuptias perficit: Bulgarorum episcopo, qui tum fortè in vrbe erat, cerimonias matrimonij peragente. Quum de successore suę factionis patriarchæ dando deliberaret, Camatero Basilio Oecumenicum pontificatum defert: aut potius illius syngrapha impulsus vendit, qua is promiserat, se quicquid cordi esset Andronico, quantumuis illicitum, facturum, & ea declinaturum quæ illi displicerent.

Tyrannis bonorum vmbra exosa.

Basilius Camaterus patriarchatum emit, factus tyranni mācipium. Vide seculi nostri tabellam.

16 Hoc tam afflicto ciuitatis statu, prouinciæ peius etiam habebant, nescio quo fato Romanum imperium labefactāte. Nam Iconij Sultanus audito Manuelis Imperatoris obitu, quem, vt Tantalus, saxum iamiam capiti imminens formidarat: Sozopolim belli iure capit, oppida circumiacentia direpta suæ ditionis facit, & splendidissimam Attali vrbem longa obsidione affligit: Cotyalium vastat, & alias complures prouincias in deditionem accipit. Adhæc, Magnus Domesticus Ioannes Comnenus, cognomento Batazes, vir rei bellicæ non ignarus, multis victoriis contra Persas insignis, tum Philadelphiæ degens, acriter Andronico aduersatur, eius edicta negligit, minas eius grauioribus

Græciæ imperiū ad ruinā inclinans, paulatim cōrruitur.

Sultani Iconiensis belli&c prosperitates.

Andronicus, qui in Rempub. coniurauerat, alios in suam tyrānidem videt insurgentes.

ὑποχώρησιν Θεοδοσίου κάλλιστον δεξίωμα τύχης ἡγησάμενος, ὡς παρὰ δόξαν ἅμα καὶ κατὰ γνώμην ἐκείνῳ γεγενημένην, τότε συνάλλαγμα ἐξεπέρανε τῶν γάμων, εὐλογητὴν ἀναδείξας τὸν ἀρχιποίμενα τῶν Βουλγάρων, παρόντα τηνικαῦτα τῇ πόλει, καὶ περὶ τοῦ τὸν Πατριαρχικὸν θρόνον διαδεξομένου, καὶ αὐτῷ πληροφοροῦντος τὰ κατ' ἔφεσιν διασκέπτεται, καὶ ἐπικρίνεται Ἀνδρονίκῳ εἰς τὴν οἰκουμενικὴν προεδρίαν ὁ Καματηρὸς Βασίλειος, ἢ τὸ ἔμπαλιν, ὡς ἐλέγετο, αὐτὸς Ἀνδρόνικον ἐφειλκύσατο πρὸς τὴν τοιαύτην ἐπιλογήν, οἷς μονώτατος ἐξ ἁπάντων Ἀνδρονίκῳ ἐγγράφως συνέθετο, ἐκεῖνα ἐν τῷ ἀρχιερατεύειν διαπράττεσθαι, ὅσα φιλητὰ Ἀνδρονίκῳ, κἂν εἴησαν παναθέμιτα, κἀκεῖνα πάλιν ἀποστυγεῖν ὁπόσα οὐχ ἥδυνει Ἀνδρόνικον.

16 Οὐ μόνον δὲ τὰ κατὰ τὴν πόλιν οὕτως ἐνόσουν, ἀλλὰ καὶ τὰ ἔξω χειρόνως ἔπασχον, ἀντιπαράγοντος οἶμαι τοῦ δαιμονίου τὴν ὑπὸ Ῥωμαίοις εἰς πᾶν ἀξύμφορον· ὁ γὰρ τοῦ Ἰκονίου Σουλτάνος, ὃν ἐδείμαινε πέτρον ἀεὶ κατὰ Τάνταλον, ὑπὲρ κεφαλῆς ἀνατέλλοντα, φημὶ δὴ τὸν ἄνακτα Μανουήλ, εἰς ᾅδου μετακεχωρηκέναι μαθὼν, τήν τε Σωζόπολιν πολέμου νόμῳ κατέσχε, καὶ τὰς πέριξ κωμοπόλεις λῃϊσάμενος, ὑφ' ἑαυτὸν ἐποιήσατο. καὶ τὴν Ἀττάλου δὲ λαμπροτάτην πόλιν πολιορκίᾳ ἐκάκωσε, καὶ τὸ Κοτυάλειον ἐξεπόρθησε, καὶ ἑτέρας συχνὰς χώρας παρεστήσατο. καὶ ὁ Μέγας δὲ Δομέστικος Ἰωάννης ὁ ἐκ Κομνηνῶν, ᾧ τὸ ἐπώνυμον Βατάτζης, ἀνὴρ οὐ φαῦλος τὰ τακτικὰ, πολλὰς δὲ νίκας πολλάκις ἐπανῃρημένος κατὰ Περσῶν, τῇ Φιλαδελφείᾳ ἐνδιατρίβων, ἀντεκάθητο γενναίως τῷ Ἀνδρονίκῳ, καὶ ὀλιγώρως τῶν τούτου εἶχεν ἐπιταγῶν, καὶ ἀπειλοῦντι δεινὰ ἀντενεβριμᾶτο δεινό-

δεινότερα, καὶ κακῶς ἀκούων ὡς τυραννίδι ἐπιχειρῶν, τῷ ἤδη τετυραννηκότι λαμπρῶς ἐπετίμα τε καὶ ἐπέπληττεν ὡς ἐνστάτῃ δαίμονι, τὸ βασίλειον γένος ἐκτρίβοντι. ὅθεν ἐμφυλίων στάσεων καὶ πολέμων αἱ Ἀσιάτιδες ἔγεμον πόλεις, καὶ ἦν τὰ ἐντεῦθεν δρώμενα δυσαχθέστερα τῶν ἐξ ὁμόρων συμβαινόντων ἐθνῶν, ἢ καὶ οὕτως εἰπεῖν, ὃν χεὶρ οὐκ ἐπεξῆλθεν ἀλλόγλωττος, τοῦτον ἡ ἐγχώριος ἐθέριζε δεξιά, καὶ κατ' ἀλλήλων ἐκπεπολέμωτο τὸ ὁμόφυλον βαρβαρωθὲν, καὶ τοὺς τῆς συγγενείας νόμους ἠγνοηκός. καὶ Ἀνδρόνικος μὲν ὁπλίζειν ἔγνω κατὰ τοῦ Βατάτζη τὸν Λαπαρδᾶν Ἀνδρόνικον, ἄνδρα βραχὺν μὲν τὸ δέμας, δραστήριον δὲ τὰ πολέμια, οὐκ ὀλίγον αὐτῷ στρατολογήσας ὁπλιτικόν. ὁ δὲ Κομνηνὸς Ἰωάννης νόσῳ τότε συνεχόμενος, καὶ περί που τὴν Φιλαδελφέων πόλιν ἐσκηνημένος, ἀντεξάγει τῷ Λαπαρδᾷ τοὺς υἱεῖς, τόν, τε Μανουὴλ καὶ τὸν Ἀλέξιον. τοῦ δὲ πολέμου συχνὰς μεταλαβόντος τροπὰς ὁποίας αὐτὸς ἵστησι, καὶ πολλῶν ἐξ ἑκατέρωθεν ἀναιρουμένων ταῖς ἐμφυλίοις συμπλοκαῖς· βαρυπενθὴς ἦν ὁ Βατάτζης τῇ ἐνσκηψάσῃ καχεξίᾳ ἐπιστυγνάζων, ὡς ἀμφοτέραις αὐτὸν συγχούσῃ, καὶ καταβαλούσῃ δυστυχῶς ἐπὶ κλίνης, ὅτε δημοσιεύειν ἔδει καὶ παριστᾶν ὃ τρέφει περὶ τὰ πολεμικὰ γενναῖον, καὶ τὰς ἐπὶ νίκῃ νενομισμένας φωνὰς πρὸς τῶν ἑῴων πόλεων δέξασθαι, ἔτι δὲ πιστοῦσθαι τοῖς ἔργοις πρὸς οἷον ἀντιφέρεται ἀρχηγὸν ὁ βαθυγέρων Ἀνδρόνικος. πράγμασι δὲ καθυποδεικνὺς, ὡς προθυμία καὶ νεκροὺς ἀνίστησι, καὶ ὡς οὐδὲν καρδίας αὐθεντικῆς ἰσχυρότερον, αἴρειν αὐτὸν ἐπὶ κλινιδίου αὐτοσκεδίου προστρέπεται, καὶ στῆσαι φέροντας ἐν γηλόφῳ, ὅθεν ὁρατά οἱ τὰ κατὰ πόλεμον ἔσοιτο. οὗ δὴ γεγονότος, καὶ τοὺς υἱεῖς αὐτοῦ τὴν στρατιὰν κατὰ τὸν δοκοῦντα

minis eludit. & cùm ob affectati regni crimen malè audiret, eum qui id iam inuaserat: obiurgat: & vt malum genium, genus Imperatorium extirpantem, execratur. Vnde Asianæ vrbes seditionibus & intestinis bellis grauius, quàm à finitimis hostibus affligebãtur. Imò, quem barbari non violarant, eum ciues trucidabant: & concitati contra sese populares, oblitis necessitudinis, barbari có more alij in alios grassabantur. Ac Andronicus in animo habuit, Andronicum Lapardam iustis copiis datis cum Bataze committere, virum paruum illum quidem, sed bellicosum. At Ioannes Comnenus oppressus morbo, circa Philadelphiam castrametatus, filios Manuelem & Alexium contra Lapardam mittit. Cùm autem vario euentu pugnaretur, & multi vtrinque ciuilibus armis caderent: in magno luctu erat Batazes, ac fortunas suas miserabatur, quòd tum infeliciter in lecto decumberet, cum in publico & in acie versandum, & bellica virtus declaranda, ac Orientalium vrbium voces ob victoriam audiendæ essent: vt re ipsa intelligeret senex Andronicus, cum quali sibi aduersario res esset. *Sed quid non facit alacritas, & animus in re mala bonus?* Iubet se in tumulum, vnde pugna conspici posset, in lectulo deferri: & filiis vt instruenda sit

Domi nullã, foris multã eamque altius personantem veritatẽ audit.

Seditiões & intestina bella sub tyrannide.

Andronicus modis omnibus suam tyrannidẽ firmare studet, ciuiũque sanguine ædificij pessimi parietes extruit.

Ciuilium armorum sors.

Batazes, proceris bellico si & tyrannidis aduersarij effigies.

Nihil nõ potest alacer & in re mala bonus animus.

acies, præcipit. Sic victoria illustri potitur eius exercitus, & Lapardanos longè persequitur ac cædit. Paucis diebus pòst, Batazis interitus magnum Philadelphiensibus luctum attulit, & animos eorum omnium ita immutauit, vt cũ Andronico se coniungere statuerent: & missis Constantinopolim legatis, ad captandam Andronici beneuolentiam, Batazẽ & filios eius summa animi leuitate criminarentur, Proinde Magni Domestici filij, metuentes, ne comprehensi Andronico proderentur, ad Iconiensem Sultanum confugiunt: *quorũ calamitate declaratum est, laqueos & retia diuinæ prouidentiæ neminẽ posse euadere.* Nam cum Sultani cessationem in ferendis cõtra hostem auxiliis molestè ferrẽt, abire in Siciliam decreuerunt: & naui conscensa, principiò prospero flatu Cretici pelagi oram legunt. Ibi verò aduerso vento coorto, ad Cretam appellere coacti, & à quodam præsidiario Gallo, ex eorum ordine qui secures gestant, cogniti, comprehenduntur, & apud Cretæ quæstorem deferuntur. Qui cum eos incolumes & commeatu instructos, ex insula dimittere in animo haberet, nec tamen suum exequi consilium, illis iam agnitis, posset: rem

At occultum iustũque numinis in Græcos iudiciũ columnã istam nempe Batazen, tollit, vt publicum ædificium citius rueret. Philadelphienses vulgi ingenium leue produnt

Batazis filij in diuinæ prouidentiæ retia incidũt.

Abeunt in Siciliam, oriẽte relicto.

Vento aduerso in Cretam pellũtur. Trahit nolentes fatum.

Quæstor eos seruare cupit, nec audet. Misera mancipiorũ tyrãnidis cõditio.

οἱ τρόπον ἐκτάξαι κελεύσαντος, ἡ νίκη περιφανῶς πρὸς τὸ ἐκείνου μετέβη στράτευμα· τὸ δὲ τοῦ Λαπαρδᾶ τὰ νῶτα μεταβαλὼν, ἐπὶ πλεῖστον ἦν χρόνον διωκόμενον καὶ κτεινόμενον. μετὰ βραχείας δ' ἡμέρας τὸν βίον καταστρέψαντος τοῦ Βατάτζη, οἱ Φιλαδελφεῖς πικρῶς ἐπ' αὐτῷ καὶ βύθιον ὀλολύξαντες, προσχωρεῖν ἐγνώκεισαν Ἀνδρονίκῳ, ὡς μὴ εἶναι ὅστις οὐ τῶν ἁπάντων. οἱ δὲ καὶ ἐς αὐτὴν τὴν βασιλεύουσαν πόλιν τὸ τῆς προθυμίας πτερὸν ἔλυον, καὶ Ἀνδρόνικον θεραπεύοντες κατὰ τοῦ ἀετιδέως ὄρνιθος τοῦ Βατάτζη, καὶ τῶν ἐκείνου νεοττῶν ἔκρωζον ὡς κορῶναι λακέρυζαι. ἢ γοῦν ὡς κηφῆνες περιεβόμβουν ἀγυιὰς καὶ ἀνάκτορα, ὁποῖον δὴ τὸ τῶν κακοχόλων ἐπιτήδευμα, καὶ τῶν δικέραν τρεφόντων γλῶτταν ἐπὶ τοῦ στόματος. οἱ δὲ τοῦ μεγάλου Δομεστίκου υἱοὶ δείσαντες, μὴ συλληφθεῖεν, καὶ κατὰ προδοθεῖεν Ἀνδρονίκῳ, μεθίστανται ἐκεῖθεν, καὶ τῷ Ἰκονιεῖ Σουλτάνῳ προσρύονται· οἱ καὶ ὕστερον, ἐξ ὧν ἔπαθον προδήλως ὑπέδειξαν, μὴ ἐξεῖναι τὰς πάγας ὑπεξάλλεσθαί τινα, ἢ τὸ ἀμφίβληστρον διεκδῦναι, ὃ ἡ ἄνωθεν ἐξέτεινε πρόνοια. δυσχεράναντες γὰρ ἐπὶ τῇ μετὰ τοῦ Σουλτάνου χρονίᾳ διατριβῇ, ὡς οὐκ ἀμύνειν τοῖς ἐχθροῖς ἐκείνοις ἐθέλοντος, εἰς Σικελίαν ἀπαίρειν κεκρίκασι. καὶ δὴ νηὸς ἐπιβάντες, ἐξ οὐρίου τὰ πρῶτα πνεύματι χρώμενοι, τὸ Κρητικὸν διαπλωΐζονται πέλαγος. κατὰ δὲ τοῦτο τοῦ πνεύματος ἀντιστάντος, ἀναγκαστῶς τῇ Κρήτῃ προσίσχουσι· καὶ γνωσθέντες παρά τινος ἐκεῖσε φυλάσσοντος (γένους οὗτος τοῦ πελεκυφόρου καὶ Κελτικοῦ) συλλαμβάνονται, καὶ τὸ τῆς Κρήτης δασμολόγῳ καταμηνύονται. ὁ δὲ ᾑρεῖτο μὲν τοὺς ἄνδρας ἐκσῶσαι, καὶ τῆς νήσου ἀρτεμέας ἐκπέμψαι, ἄλφιτα αὐτοῖς ἐπισιτισάμενος, καὶ οἶνον ὑδρευσάμενος, καὶ τἆλλα τὰ πρὸς τὸν πλοῦν ἐπιτήδεια χορηγήσας, οὐκ ἔχων δ' ὅπως περανεῖ τὸν κατὰ σκοπὸν (καταφανεῖς γὰρ ἤδη τοῖς ἅπασιν

ἅπασιν ἐγεγόνεισαν) δηλαπίθησιν Ἀνδρονίκῳ τὰ κατὰ τοὺς ταλαίνας Κομνηνούς. καὶ οὗτος μισοφαὴς ὤν, καὶ ταῖς τῶν ἀνδρῶν κόραις ἀκορέστως ἀντικαθήμενος, τοῦ φωτὸς τούτοις ἀποστερεῖ. τότε δ' οὖν Ἀνδρόνικος θείαν ἐπισκοπὴν τὸν τοῦ Βατάτζη θάνατον ἡγησάμενος, καὶ προσθεὶς ταῖς λοιπαῖς ἑαυτοῦ δολοφροσύναις, καὶ ἕτερον τοῦ τρόπου προκάλυμμα, στεφθῆναι αὐτοκράτορα εἰσηγεῖται τὸν βασιλέα Ἀλέξιον· καὶ δὴ ἐπὶ τῶν ὤμων ἄρας αὐτόν, καὶ μετὰ δακρύων θερμῶν εἰς τὸν τῆς μεγάλης ἐκκλησίας ἀνακομίσας ἀνάβαθμον, ἐπὶ μάρτυσι μυριάσι πολλαῖς πλήθους ἀστικοῦ, καὶ ἀλλοίου, καὶ πάλιν ὁμοίως ἐκεῖθεν κατενεγκών, ἔδοξε φιλοστοργότερος εἶναι πατρός, καὶ χεὶρ δεξιὰ ἐπιστῆναι τῷ νεαρῷ τῆς βασιλείας ὄρπηκι. ὁ δὲ τὸ τοῦ Δαβὶδ ἀντικρὺς διδοὺς πέρατι, ὅ φησιν, ἐπάρας κατέρραξέ με, διενοεῖτο ταῦτα, καὶ ἐπετέλει.

17 Τῷ τοι καὶ πάντας ἐκποδὼν θέσθαι προθυμηθείς, διεξῆγεν ὡς ᾑρεῖτο τὰ κατὰ τὴν βασιλείαν πράγματα, τῶν ὅλων κύριος καθεστώς. καὶ πρῶτα μὲν τὴν τοῦ βασιλέως μητέρα, τοῦ παιδὸς καὶ βασιλέως ἀποστῆσαι βουλόμενος, οὐκ ἔληγεν αὐτῆς καταβοώμενος, καὶ τὸν ἀπονοστοῦντα πλαττόμενος, φάσκων ἀντικαθίστασθαί οἱ ταύτην προδηλότατα, καὶ πρὸς πᾶσαν πρᾶξιν καὶ μηχανὴν τῷ κοινῷ τῆς πολιτείας, καὶ τῷ βασιλεῖ συνοίσουσαν, ἀντιπολιτεύεσθαι, καὶ τὸν δῆμον εἰς τὰς κατ' αὐτῆς ἐξεκύμαινεν ὕβρεις, ὡς πολλάκις εἰς τὸ ἱερὸν ἀρχεῖον ἐκδημαγωγηθέντα συναθροισθῆναι, καὶ πρὸς τὴν κατὰ τῆς δεσποίνης σκέψιν τε καὶ προβούλευσιν ἐξαρπάσαι, καὶ μὴ ἑκόντα τὸν πατριάρχην τὸν πάνυ τὸν Θεοδόσιον, καὶ παραβιάσασθαι τοῦτον εὐδοκῆσαι δι' ὑπομνήματος, τὴν ἐκ μέσου ταύτης μετάστασιν, καὶ τὴν ἐκ τῶν βασιλείων ἄπαρσιν. τάχα δ' ἂν καὶ τῶν χρειῶν αὐτοῦ ἐπελάβοντο τῶν ἀγοραίων οἱ κυνογνώμονες, παρ' οὐδὲν τὴν ἐμπρέπουσαν ἐκείνῳ θέμενοι ὁσιότητα, εἰ μὴ κατένευσε

dronico indicat. qui vt lucis inimicus, & oculis infestissimus, miseros illos Comnenos excæcat. ac Batazis obitum diuinum beneficium interpretatus, cæteris dolis etiam hunc adiecit, ingenij sui dissimulandi causa. Autor est coronandi Alexij, cumque in humeros elatum lachrymans in magnæ Ecclesiæ ambonem pertulit: atque inde retulit, vt patrem pietate superare videretur, & adolescẽtis Imperatoris præsidium haberetur: cum ipse aliud in animo haberet, ac Dauidicum illud agitaret, Elatum me allisit.

A lucis inimico luce priuatur.

Nouus Andronici dolus.

Alexij coronatio.

Perpetua tyrannidis comes, hypocrisis.

17 Quare omnib. aulę proceribus amotis, summáque rerum in se translata, imperium suo arbitratu gerebat: ac principiò matrem Imperatoris, vt apertè sibi, & Imperatoris ac reipub. cõmodis aduersantem, criminari non destitit, séque discessurum iterum simulauit: & populo ad eam conuiciis lacerandam concitato, suis artibus effecit, ut in sacro palatio conueniret, & patriarcham Theodosium importunis flagitationibus & crebris conuiciis perpelleret, vt in Imperatricis eiectionẽ è palatio consentiret. Tanta enim circumforaneæ turbæ væcordia erat, vt timẽdum

Andronici cõiuratio in Alexiũ, quẽ per matris latus transfodit. Obserua tyrãnicas artes, authoritatis summæ vsurpationẽ, calumnias in Imperatricẽ, discessus simulationẽ, vulgi concitationem, illicitos conuẽtus & iniquas flagitatiões.

Vulgus idoneum tyrannis instrumẽtum, quo praua sua consilia exequuntur.

esset, ne in barbam eius inuolarent, nihil elucētem in eo sanctimoniam reueriti: ni Andronici postulatis, vt ab iniuria esset tutior, annuisset. Beli quoque iudices, Monasteriotes Leo, Tornicius Demetrius, & Constātinus Patrenus, nondum in album eorum inscripti qui Andronico studebant, nec apertissimè illius cupiditatibus mancipati, vitæ periculū adierunt. Nā de Imperatrice sententias rogati, responderunt, *se prius velle cognoscere, an id concilium de Imperatoris sententia coactum esset.* Qua oratione tanquā stimulo vulneratus Andronicus: *Isti sūt,* inquit, *qui Protosebastum ad illa facinora impellunt: comprehendite eos.* statim igitur satellites gladios quos humeris sustinebāt, in illos vibrarunt: & populus chlamydib. eorum apprehensis, viros per contumeliam huc & illuc traxit, vt mortem ægrè effugerent. His peractis, Andronicus proceres inuasit. qui cum ea facinora ferenda non ducerent, & Cyclopiam cœnā ante oculos haberent: fidem inter sese dederunt & acceperunt, & concordiam sanctissimo iureiurando firmauerunt, pacti, se nec oculis somnum visuros, nec capitibus quietem daturos ni prius Andronicum, si fieri posset, sustulissent, vt suopte potius quàm cōchæ sanguine (qua vestem suam tingere cupiens, omnem Imperatoriam stirpem euellere, & tāquam immanis bellua deuo-

Quàm periculosum sit sinceritatis amantibus hominibus sub tyrannis viuere exemplo sūt Theodosius & Beli iudices.

Sapientum consiliariorū responsum.

Tyranni iniusta vox.

Satellitū & vulgi impia obedientia,

Procerum cōiuratio in Andronicū. Sibi verò potius quā Reipublicæ commodis consulentes, in seipsos ferrū conuertunt.

πρὸς τὰ παρ' Ἀνδρονίκου αἰτούμενα, ἐπὶ τὸ εὖ διατιθεὶς τὴν τοῦ κινδύνου σφοδρότητα. μικροῦ δὲ ἐδέησε κινδυνεῦσαι περὶ τὸ ζῆν καὶ τὴν τοῦ Βήλου κριτῶν τὸν Τορνίκην Δημήτριον, τὸν Μοναστηριώτην Λέοντα, καὶ Κωνσταντῖνον τὸν Πατρηνόν, οὔπω τῷ κύκλῳ ἐγγραφέντας τῶν Ἀνδρονίκῳ προσκειμένων, μηδὲ πρὸς πᾶν ἐράσμιον ἐκείνῳ δουλογραφηθέντας τρανότερον, καὶ τὸ γόνυ βαθέως κάμψαντας. οἱ μὲν γὰρ ἀπαιτούμενοι τὸ παριστάμενον εἰπεῖν πρὸς τὰ κατὰ τῆς δεσποίνης εἰσαγόμενα, ἐθέλειν πρώτως ἐτάσαν μαθεῖν, εἰ ὁ σύλλογος ἐκεῖνος καὶ ἡ συνέλευσις, καὶ ἡ περὶ τῶν προκειμένων ἐξέτασις, κατὰ γνώμην γίνεται τοῦ κρατοῦντος καὶ ὁρισμόν. ὁ δ' Ἀνδρόνικος ὡς βουκέντρῳ τῷ λόγῳ τούτῳ τρωθείς, οὗτοι εἰσίν, ἔφησεν, οἱ τὸν Πρωτοσέβαστον ἐνάγοντες εἰς τὸ τὰ ἄτοπα δρᾶν· συλλάβετε αὐτούς καὶ τὸ ἀπὸ τοῦδε οἱ μὲν δορυφόροι τὰ ἐπὶ τῶν ὤμων ἐπεστήκοτα ξίφη ὡς καθιζόμενοι κατήνεγκαν. ὁ δὲ δῆμος τῇδε κἀκεῖσε τῶν χλαμύδων λαβόμενοι, περιέφερον τοὺς ἄνδρας μεθ' ὕβρεως, ὡς μόλις ἐκφυγεῖν τὸ θανεῖν. τοῦτο δ' ἀνύσας Ἀνδρόνικος, τοῖς μεγιστᾶσι μὲν μετέπειτα ἐπεφύετο. οἱ δὲ ὡς οὐκ ἀνεκτὰ τὰ τοιαῦτα ἔργα ὑφορώμενοι, καὶ τὴν Κυκλώπειον ἄντικρυς περὶ ὀφθαλμῶν ἔχοντες καταθοίνησιν, ἀλλήλοις πίστεις δόντες τε καὶ λαβόντες, καὶ τὴν ὁμόνοιαν κρατυνάμενοι, καὶ ὅρκοις τὸ ὁμόπνουν φρικώδεσιν ἐμπεδώσαντες, συνέθεντο, μὴ δοῦναι ὕπνον τοῖς ὀφθαλμοῖς, μηδὲ τοῖς κροτάφοις, εἰ δυνατόν, παρασχέσθαι ἀνάπαυσιν, ἕως οὗ θανεῖται Ἀνδρόνικος, καὶ τὸ τούτου αἷμα πρὸ τοῦ τῆς κόχλης χρώσειεν αὐτόν, ἐξ ἧς βάψαι τὴν οἰκείαν στολὴν ἱμειρόμενος, πᾶσαν τὴν βασίλειον φυταλιὰν ἐκριζοῖ, καὶ ὡς μονιὸς διαλυμαίνεται ἄγριος·

ἦσαν δὲ οἱ οὕτω συνομωμοσάμενοι, Ἀνδρόνικος ὁ υἱὸς τοῦ Ἀγγέλου Κωνσταντίνου, ὁ μέγας Δοὺξ, Ἀνδρόνικος ὁ Κοντοστέφανος, καὶ οἱ τούτων υἱεῖς ἑκκαίδεκα ὄντες, πάντες ἀκμαῖοι καὶ ῥομφαίαν ἐσπασμένοι πρὸς πόλεμον· ὁ τοῦ δρόμου Λογοθέτης, ὁ Καματηρὸς Βασίλειος, καὶ συχνοὶ ἕτεροι κατὰ γένος αὐτοῖς συναπτόμενοι, καὶ ἄλλως τὸ ἐπίσημον ἔχοντες. ἀλλ' οὐκ ἔλαθε τὸ σύστρεμμα τὸν Ἀνδρόνικον, οὐκ εἰς τέλος ἄφθεγκτον καὶ κρύφιον διαμεῖναν. διὸ καὶ αὐτίκα ὄγε κατὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ Ἀγγέλου ὁρμήσας, μικρὸν ἄποθεν αὐλιζομένου τῶν χερσαίων πυλῶν τῆς πόλεως τηνικαῦτα, ἐκεῖνον μὲν φυγάδα μετὰ τῶν υἱέων τίθησιν, ἀσπασίως διαδράντα τῇ σαγήνῃ, ἣν οἱ ὁπλοφόροι Ἀνδρονίκου αὐτῷ διεπέτασαν, ἐκ τοῦ μόλις ἀκατίῳ περιτυχεῖν ἀμφορέων πλήρει κενῶν, καὶ αὐτὰ μὲν ἐκτινάξαι εἰς θάλασσαν ὅσα καὶ ἀμφιβλήστρου σκύβαλα, αὐτὸν δ' ἐν τούτῳ διεκπλεῦσαι μετὰ τῶν παίδων τὸν κίνδυνον. τὸν δέ γε Κοντοστέφανον συνειληφὼς, καὶ τέσσαρας τῶν παίδων, καὶ τὸν Καματηρὸν Βασίλειον, πάντας ἐξομματοῖ. πρὸς δὲ καὶ ἄλλους, ὁπόσους οὐ μὲν ἔλεγχον περιφανῆ, ἀλλὰ φήμην ψιλὴν, καὶ ταύτην ἀμφίλογον ἠκηκόει κοινωνῆσαι τοῖς εἰρημένοις τοῦ σκέμματος. οὕτω τοίνυν θύσας καὶ ἀπολέσας Ἀνδρόνικος, οὓς πάλαι μὲν συλλαβεῖν ὤδινεν, εἰς καιρὸν δ' ἀνεβάλλετο τὴν ἐπίθεσιν. τινὰς δὲ καὶ δεσμωτηρίοις παραδοὺς, τῇ ὑπερορίᾳ δὲ καταδικάσας ἑτέρους, καὶ ἄλλους ἄλλως διαφθείρας. ὁρῶν δὲ καὶ ὅσοιπερ κατελείφθησαν εὔγνωστοί τε καὶ εὐαρίθμητοι, εἰς τοὔμπαλιν ἰέναι πρόφην τοῖς πλείοσιν ἐπιχειροῦντες, κατὰ τοὺς πλανωμένους τῶν ἀστέρων, κἀκείνους μεταθεμένους τὰς γνώμας, καὶ τὸν αὐχένα παρεχομένους Ἀνδρονίκῳ πατεῖν, καὶ τῷ ἐκείνου ἅμα συμφερομένους ἄξονι, τὸν τῆς δεσποίνης ἰπέπωδεν ὄλεθρον· καὶ διαφόρους αἰτίας ξυνθέμενος, τέλος καὶ προδοσίας

rare conaretur) purpurasceret. Coniurati erant, Andronicus Angeli Constantini filius, Magnus Dux Andronicus Cōtostephanus, & horum filij sedecim, omnes viri robusti & bellicosi: Logotheta Dromi Camaterus Basilius, & alij complures genere eis iuncti, viri illustres. Sed ea conspiratio prodita, non diu latuit Andronicum: qui impetu facto in Andronicū Angeli filium, tum non procul à terrestribus mœnibus habitantem, illum cum quatuor filiis in exiliū agit. Nam sagena satellitum Andronici cupidissimè euitata, conscensaque cum filiis nauicula, vacuis amphoris quæ in ea erant, eiectis, periculū vix euitauit. Cōtostephanus cum quatuor filiis, & Camaterus Basilius, comprehensi, omnes excæcantur. Item alij non conuicti, ex fama duntaxat, eáque ambigua coniurationis, easdem pœnas dederunt. Ad hunc modum iis quos olim cōprehensos cupiebat, per occasionem in potestatem redactis, & aliis in carcerem coniectis, aliis in exilium actis, aliis aliter mulctatis, cū paucos admodum reliquos esse cerneret, qui omissa pertinacia, errantium stellarum more, cursu in contrarium mutato sibi studerent, dominæ perniciē molitur: ac post varias criminationes, miseram mulie-

Nihil numerus, industria, nobilitas, potentia iuuat, sine numinis auxilio.

Celeritas in exequendis huiusmodi consiliis necessaria: qua neglecta, patefiunt. sunt enim tyranni admodū oculati & suspicaces.

Coniuratorū varia sors diligentiores euadūt tardiores, cūctationis suæ dant pœnas.

Sublatis potētioribus aduersariis, reliquis sub iugū redactis tyrannus siquem aduersariū intuetur superstitē de illo tollēdo init consilium: quemadmodū Andronicus de imperatrice.

rem concilio suorum, & eorum iudicum cœtu coacto, qui non iudicaturi, sed damnaturi erant, proditionis accusat: eam ad Belam Hungariæ regem, sororis maritum, crebras dedisse literas, & magnis pollicitationibus eũ impulisse, vt Branizobam & Belligradum vastaret. Itaque in angustissimum carcerem prope S. Diomedis monasterium ignominiosè abducitur. Vbi & custodum ludibriis ac contumeliis, & fame sitique afflicta, sæuissimi carnificis manum continenter expectabat. Andronicus verò nihil imminuta feritate, nihil nisi atrox & crudele cogitans, & viuere illã grauiter ferens, non multò pòst iniuriarũ ministros iudices conuocat, quæ pœna legibus in vrbium & prouinciarum proditores statuta sit, rogat? accepto scripto, quo respõdebatur, capitale id esse facinus: cohiberi non potuit, quin impetu in Imperatricẽ ferretur. Cùm autem iudices illi iniqui clara voce exclamassent, miserrimam illam Imperatricẽ è medio tollẽdã esse: statim chartæ ab Imperatore, filio eius, quasi gutta materni sanguinis, qua illa mori iubebatur, subscribitur. Illius crudelissimi & nefarij facinoris ministri Manuel primogenitus Andronici, & Georgius Augustus, Andronici affinis, deligũtur. Ii verò ad solã eius rei mentionẽ cõsternati, neglecto Imperatorio mandato,

Hanc proditionis (vt tyrãnorũ schola docet) accusat coram subornatis iudicibus seu tyrãnidis mãcipiis.

Non auditã, dignitate spoliatã, in carcerem teterrimum ignominiosè detrudit.

Conscientiæ furiis agitatus in miserã captiuã crudelitate insatiabili fertur.

Iniquissimos iudices constituit, & naturæ iura peruertit.

Manuel fili' & Georgius affinis, Andronico tacitè crudelem tyrannidem exprobrant.

κρίνει τὴν αὐθέσπιν, συναγαγὼν τὸ ἐκείνῳ φίλον συνέδριον, καὶ τῶν δικαστῶν οἳ κατακρινεῖν, οὐ κρινεῖν, τὴν ταλαίπωρον ἤμελλον. καὶ ἡ μὲν ὡς τὸν ἐπ' ἀδελφῇ γαμβρὸν τὸν ῥῆγα Οὐγγρίας τὸν Βελᾶν ἀνασείουσα, καὶ πορθεῖν τὰ κατὰ Βρανίτζοβαν καὶ Βελάγραδα γραφαῖς ἐνάγουσα, καὶ ἁδραῖς ἐπαίρουσα ὑποσχέσεσιν, εἰς τὴν τοῦ ἁγίου Διομήδους μονὴν περί τινα ἐκεῖ που στενοτάτην οὖσαν εἱρκτὴν ἀκλεῶς ἀπάγεται. ἔνθα καὶ ἐφ' ἱκανὸν παρὰ τῶν φυλάκων ἐρεσχελούντων παροινουμένη, καὶ λιμῷ καὶ δίψει τετρυχωμένη, τὸν σφαγέα διηνεκῶς ἐφαντάζετο ἐκ δεξιῶν ἑστῶτα τομώτατον. ὁ δὲ οὐδὲ βραχὺ γοῦν τῆς ἀγριαίνουσης ὑποκεχάλαστο, ἀλλὰ τὸ τοῦ Δαβὶδ, πόνον καὶ θυμὸν κατανοῶν, καὶ παραδοῦναι σπεύδων αὐτὴν εἰς θάνατον, καιρὸς οὔπω πολὺς καὶ τοῖς ζῶσιν ὅτι συνέστι δυσχεραίνων, ἀθροίζει πάλιν τοὺς τῇ ἀδικίᾳ βραβεύοντας δικαστὰς, καὶ ὧν ἡ δεξιὰ, δεξιὰ ἀδικίας καὶ ἐρώτησιν προτεινάμενος, ὁποῖα ἐκ τῶν νόμων ἐπήρτηται ποινὴ τοῖς προδόταις πόλεων καὶ χωρῶν; καὶ ἀπόφασιν ἔγγραφον θανάτῳ ὑποδικάζουσαν τοὺς οὕτω δρῶντας ἀνὰ χεῖρας δεξάμενος, ἣν τὸ ἐκ τούτου κατὰ τῆς ἀνάσσης ἄσχετος τὴν ὁρμήν. τοίνυν καὶ τὴν φωνὴν ὑψωσάντων καὶ βοησάντων τῶν παρανόμων ψηφοφόρων ἐκείνων, δεῖν ἐκ τῶν βιουμένων τὴν δύσποτμον ἐκείνην ἐν γυναιξί· χάρτης εὐθὺς παρὰ τοῦ παιδὸς καὶ βασιλέως ὑποσημαίνεται ἀτέχνως, ψεκάδι τοῦ μητρικοῦ διεντυπούμενος αἵματος, ταύτην μεταπιθεὶς τῆς ζωῆς. ἐκλέγονται τοίνυν εἰς τὸ καθυπουργῆσαι τῇ μυσαρᾷ ταύτῃ καὶ ἀνοσίῳ πράξει ὁ τοῦ Ἀνδρονίκου πρωτότοκος υἱὸς Μανουὴλ, καὶ ὁ σεβαστὸς Γεώργιος ὁ τῆς Ἀνδρονίκου γυναικὸς ἀδελφός. ἄμφω δὲ καὶ πρὸς μόνην ἀπεπήδησαν τὴν ἐπιλογὴν δυσχεράναντες, καὶ τὸ τοῦ βασιλέως ἐξεφαύλισαν δόγμα,

εἰπόντες

εἰπόντες. μήτε πρότερον τῇ ἀναιρέσει τῆς βασιλίδος συνευδοκῆσαι ὅλως, καὶ τὰς χεῖρας φέρειν ἁγνὰς τοῦ μιάσματος, καὶ νῦν δὲ πολλῷ πλέον μὴ ἀνέξεσθαι αὐτῶν θεωμένων σῶμα διασπαράττεσθαι δίκαιον. καὶ Ἀνδρόνικος ὡς σκηπτῷ τοῖς λεγομένοις πληγεὶς, παρὰ δόξαν πᾶσαν ἀπηλπικόσι, τάς τε τοῦ γενείου τρίχας πυκνὰ περιείλισσε τοῖς δακτύλοις, πῦρ τῶν ὀμμάτων βλέπων, καὶ τὸ κάρη κλίνων τε καὶ ἀνάγων, ἑαυτὸν ἐταλάνισε, καὶ μέγ' ὤχθησε πολλάκις οἷς οὐκ εἶχε τὸ φίλιον αἱμοχαρὲς, καὶ πρὸς φονουργίαν μόνῳ ἐκπυρούμενον νεύματι. τότε μὲν οὖν τῆς ὁρμῆς ἀνασειραθεὶς, ὡσεὶ καὶ ἵππος θερμὸς καὶ δυσκάθεκτος, ἢ ὅσα καὶ καπνὸς φλόγα περὶ αὐτὴν εἰληθεὶς, τὸν οἰκεῖον ἀποσβέσας μὴ ὑπεξιόντα θυμὸν, ὑπερέθετο τὴν ἀναίρεσιν. μετὰ δὲ βραχείας ἡμέρας τῷ διὰ πνιγμονῆς ἐλεεινῷ μόρῳ ὑποδικάζει τὴν κακοδαίμονα. ἐπιστατησάντων τῷ ὑπουργήματι τοῦ Τριψύχου Κωνσταντίνου, ὃς τὴν τῆς ἑταιρειαρχείας ζώνην εἶχε. καὶ τοῦ ἐκτομίου Πτερυγιονίτου, ὃς διεθρυλλεῖτο παρὰ πᾶσι, καὶ τὸν τῆς Πορφυρογεννήτου Μαρίας διὰ φαρμάκου κακουργῆσαι θάνατον. καὶ τὴν μὲν τὸ γλυκερὸν φάος καὶ καλὸν ὅραμα ἀνθρώποις εἶχεν ἡ ἐκεῖ που ἀκτὴ τῇ ψάμμῳ καταχωσθεῖσαν· ἥλιε τοῦ μιάσματος. καὶ Λόγε Θεοῦ προάναρχε, τῆς ὑπὲρ κατάληψιν σῆς ἀνοχῆς.

18 Ὁ δ' Ἀνδρόνικος ἐπὶ τούτοις ἐσκίρτα, πῶς ἂν εἴποι τις, καὶ διεχεῖτο τὸ τῆς ψυχῆς ἡδόμενον, τοῦ γένους ἐκτριβομένου τοῦ Μανουὴλ, καὶ δενδροτομουμένου κήπου τοῦ βασιλείου, ὡς μόνος οἰκήσων τὴν ὑπὸ Ῥωμαίους, καὶ τῶν ταύτης σκήπτρων ἐπιληψόμενος ἀδεῶς. ἐνστάντος δὲ τοῦ Σεπτεμβρίου μηνὸς τῆς δευτέρας ἰνδικτιῶνος τοῦ ἑξακισχιλιοστοῦ ἑξακοσιοστοῦ ἔτους, τῇ ἀναρ-

liberè dixerunt, ſe nec antè in Imperatricis necem conſenſiſſe, & ab eo piaculo puras habere manus. & nunc multò minùs commiſſuros, vt in conſpectu ſuo corpus innocens lanietur. Quibus verbis Andronicus planè inopinatis turbatus, barbam digitis ſubinde implicuit: & ardētibus oculis, caput ſubinde attollendo & demittēdo ſuam miſeriam deplorauit: crebrò indignatus, quòd amiciſſimi ſui à crudelitate abhorrentes, ſolo nutu ad facinus atrociſſimum non impellerentur. Ac tum repreſſo impetu, vt equus ferox & contumax, ſuppreſſáque iracundia, vt ignis fumo inuolutus occulitur, paucis diebus pòſt miſeram ſuffocari iubet, eius mandati Cōſtantino Tripſycho Hetæriarcha, & ſpadone Pterygionite, cuius veneficio Mariā Porphyrogenitam extinctā eſſe ſupra dixi, executoribus Sic illud eximiū formæ decus, iucundiſſimæ lucis aſpectu priuatum in littore arena obruitur. Heu tantum nefas ſolē intueri? O Dei verbum omni principio prius, eamne eſſe tuam lenitatem incredibilem?

Quum quicquid iubet licere ſibi putet tyrannus, quid mirum ſi voto ſuo fruſtratus in ſeipſum ſæuit.

At iracundiā ita premit, vt ſæuitiæ ſuæ horrēdę paulò poſt tamen ſatiſfaciat, repertis impiorū decretorū ſuorum executoribus.

Indigniſſimi ſceleris detē ſtatio.

18 Andronicus verò exultabat, ac lætabatur, cum familia Manuelis excinderetur, & Imperatorij horti arbores excinderentur: quaſi ſolus Romanis prouinciis potiturus, & imperium ſine vllo periculo occupaturus. Igitur ſeptembri menſe, indictione 11, anno à mundi

Tremendis Dei iudiciis in proceres & imperatricem expoſitis, alia ſequūtur in reliquos proceres, aulicos, populum & Alexium ipſum Manuelis filium.

exordio sexies millesimo & & sexcentesimo designationi suæ adiicit animũ: ac improbus ille grex, & mercenaria manus quanquam Andronico voluntatem suam dissimulante, de Bithynica seditione, déque Isaacio Angelo & Theodoro Cãtacuseno Niceæ receptis, & de improbis Prusaensium conatibus, qui Theodorum Angelum, Nicæenses imitati, recepissent, concilio indicto asserit, nullum fore seditionum finem, nisi Andronicus imperaret, qui ob venerabilem senectutem prudentia superet adolescentes, & in solio gemmato considẽs, & Imperatorio diademate redimitus, pari potestate cũ immaturo Imperatore vteretur, oculis atque animo in rerum omnium administrationem & executionem maioribus viribus & autoritate intentus. Corona verò circunstans, & Andronici ob splendorẽ generis, & dignitatum excellentiam, assessores, vna voce exclamarunt: Eam rẽ sibi iam olim in votis esse, nec tergiuersationi locum relinqui. quod nisi cũ gratia impetrarent, vim minitantes, acclamationẽ hanc (Alexius & Andronicus Cõneni, magni Imperatores & principes Romanorũ, multos annos viuunto) hianti ore & plenis faucibus cecinerunt, vt parum abesset, quin clamorib. rũperentur. Cum ea præclara res ad simplicis populi aures peruenisset (sic enim Constantinopolitana plebs vocanda est) omnis generis, ætatis.

Proceres & aulici tyrannum Andronicum euehere festinant.

Reipublicæ salutem mẽdaciter obtẽdunt.

Prudentiam in crudelissimo tyranno, vires & autoritatem extollunt.

Consiliarij adulatores & sceleratissimi sycophãtæ, conculcatis legibus, in legitimũ imperatorẽ manifestè coniurant, æmulũ imperij & carnificẽ ei opponentes.

Proditoria acclamatio.

Vulgus stolidũ post proceres, consiliarios & aulicos debacchatur.

ῥῆσιν ἐπιβάλλει. ἤκουον οἱ ἐκ τῆς συμμορίας τῆς φαύλης τοῦ Ἀνδρονίκου, κατὰ γνώμην δήπουθεν Ἀνδρονίκου, καὶ ἔκρυπτε τὴν ἑαυτοῦ βούλησιν, λόγον εἰσήνεγκαν τῷ συνεδρίῳ περὶ τῆς νεοχμωθείσης τοῖς Βιθυνοῖς ἐπαναστάσεως, καὶ τῆς ἐντὸς τῆς πόλεως Νικαίας παραδοχῆς Ἰσαακίου τοῦ ἐξ Ἀγγέλων, καὶ Θεοδώρου τοῦ Καντακουζηνοῦ. ἀλλὰ δὴ καὶ ὅσα κακουργοῦσιν οἱ Προυσαεῖς, εἰσοικισάμενοι Θεόδωρον τὸν Ἄγγελον, καὶ ταὐτὰ τοῖς Νικαεῦσι φρονήσαντες, καὶ φάμενοι, μὴ οὐκ ἂν ἄλλως ἠρεμήσειν τοὺς στασιώδεις, εἰ μὴ Ἀνδρόνικος βασιλεύσειεν ὁ διὰ τὴν ὑπαργυρίζουσαν τῷ χρόνῳ τρίχα, τῶν νέων ἔχων λέξαι σοφώτερα, καὶ ἐπὶ θρόνου καθίσας τοῦ διαλίθου, καὶ τῇ βασιλείῳ ταινίᾳ διαδηθείς, συναυτοκρατορείη τῷ παναφήλικι βασιλεῖ, καὶ διορθῴη τὸ γενησόμενον, καὶ περατοῖ τὸ πραχθησόμενον μετ' ἰσχύος μείζονος καὶ ἐξουσίας ἀρχικωτέρας· εἶχον εὐθὺς τοὺς παρεστῶτας, καὶ ὅσοι περ ἐκείνῳ συνήδρευον διὰ γένους λαμπρότητα καὶ ἀξιωμάτων σεμνότητα, ὁμοφώνως ἀνακραγόντας, πάλαι αὐτοῖς εἶναι τὸ προβληθὲν δι' ἐφέσεως, καὶ μηκέτι καιρὸν εἶναι τοῦ ἀναδύεσθαι. ἢ γὰρ ἂν καὶ βίαν συμμίξωσι, προχωροῦσαν οὐκ ἔχοντες τὴν πειθώ, ἀμέλει καὶ τῆς εὐφημίας κατάρχονται, καὶ οὑτωσὶ διατιθέασι τὴν ἀνάρρησιν (Ἀλεξίου καὶ Ἀνδρονίκου μεγάλων βασιλέων καὶ αὐτοκρατόρων Ῥωμαίων τῶν Κομνηνῶν πολλὰ τὰ ἔτη) πλατέσι καὶ ἀνεῳγόσιν ᾄδοντες στόμασι, καὶ μικροῦ διαρρηγνύμενοι ταῖς φωναῖς. διαδοθέντος δὲ τοῦ καλοῦ τοῦδε πράγματος τοῖς ἐν τῇ πόλει, καὶ ἀβελτέροις (οὕτω γὰρ χρεὼν τὸν Κωνσταντινουπολίτην δῆμον καλεῖν) ὡς μελισσῶν σμήνη τῶν σίμβλων ἀπαναστάντα, τὰ πλήθη

opificij

συνείλεκτο ἐκ παντὸς γένους, καὶ τέχνης ἁπάσης, καὶ πάσης ἡλικίας, τῆς συνόδου γεγενημένης, ὅτε καί τις τῶν τοῦ Βήλου κριτῶν (τὸ δὲ ὄνομα ἑκὼν ὑπερβήσομαι) εἰς τὸ τοῦ ἐπὶ τῶν δεήσεων ὀφφίκιον ἀναβὰς, ὡς θεράπων Ἀνδρονίκου θερμότατος, καὶ ἄλλος δέ τις Πρωτονοτάριος τιμηθεὶς, γλωττογάστωρ, καὶ μηδενὸς ἀγεννέστερος τῆς τυραννίδος ὑποδρηστὴρ, τῆς κατὰ τὴν ἀναῤῥησιν τοῦ Ἀνδρονίκου φήμης ἁπανταχῆ διαχεχύσης, καὶ αὐτὴν δὲ τὴν φαυλοκολάκων τὰ ὦτα περικτυπησάσης, ὥσπερ ἐν ἑνὶ πνεύματι τὸ τυραννεῖον καταλαβόντες, καθ' ὃ ἐτελεταρχεῖτο τάδε τὰ ἄθεσμα (τοῦτο δὲ ἦν ὁ τοῦ Μιχαηλίτζη λεγόμενος οἶκος) τὰ συγκλητικῶς ἐξυφασμένα τῶν κεφαλῶν ἐξελκόντες καλύμματα, καὶ τῶν κατὰ νώτου λευκολίνων κεχυμένων λαβόμενοι, διείλουν αὐτὰ ὡς σφαίρας χοροστατοῦντες ταῖς ἐκ τριόδων, καὶ τῆς τότε τελετῆς προεξάρχοντες, πρὸς μέλος τε κεκλασμένον μετερύθμιζον τὴν φωνὴν, καὶ πανικῶς ἐξαλλόμενοι, καὶ τὰς χεῖρας ὡς ἐς κρότον ξυμβάλλοντες, τὼ πόδε ὑπεσάλευον, καὶ κατὰ μέσον ἐδίνευον, μολπῇ τ' ἰυγμῷ τε τὴν γῆν ἐκρότουν ὑπορχούμενοι. ὢ τῆς ἀπαιδείας, καὶ τῆς μικρογνώμονος φρενὸς καὶ κουφότητος. τοῦ δ' Ἀνδρονίκου καταβάντος ἀπὸ τοῦ τυραννείου ἐς τὸ ἐν Βλαχέρναις βασίλειον, καὶ γενομένου κατὰ τὸν ἐντὸς τούτου ὑψηρεφῆ δόμον ὃς Πολύτιμος λέγεται, ἐφίσταται καὶ ὁ βασιλεὺς Ἀλέξιος ἐκ τῶν ἔξωθεν ὁμοῦ παιάνων τε καὶ στεναγμάτων (οὐ γὰρ πάντες τοῖς καιροῖς παρεσύρησαν) εὗρεν μεστὰ τὰ ἀνάκτορα, καὶ αὐτὸν Ἀνδρόνικον ὡς βασιλέα σχεδὸν παρὰ πάντων εὐφημούμενον. ἑκὼν τοίνυν ἀέκοντί γε θυμῷ τοῖς τελουμένοις ἐπευδοκήσας, ἐκολάκευε κἀκεῖνος ἐν τοῖς λοιποῖς τὸ γερόντιον, Ἀνδρόνικον εἰς τὸ συμβασιλεύειν ἐπεγείρων, καὶ προθυ-

opificij multitudo, velut apũ examina aluearibus effusa cõuenit: & quidam Beli iudex, cuius nomen libens prætereo, vt obseruantissimus Andronici famulus supplicum libellorum officiũ adeptus, & alius quidam Protonotarius, homo tumidæ linguæ, & præcipuus tyrannidis minister: rumore, qui de Andronici designatione passim vagabatur, audito, improbi assentatores vno spiritu in tyrannicam domũ, quæ Michaelize dicitur, vbi ista tractabantur, properarunt: & senatoriis capitum tegminibus detractis, albas sindones ex humeris dependentes, in orbem conuoluerunt: & cœtibus in triuiis coactis, vt præsultores choreæ, fractum & molle canticum auspicati, exultarunt, cum plausu manuum, ad numerum saltãtes. O impudẽtiam singularem, & vęcordis animi leuitatem! Cum autem Andronicus ex tyrannicis ædib. in Blachernium palatium descendisset, & Polytimi sublimes ædes ingressus esset, etiã Alexius imperator acclamationibus & suspiriis hominum excitus (neque enim omnes eæ intemperiæ agitabant) vbi palatium hominibus refertum, & Andronicum ab omnibus pro Imperatore celebrari vidit: tempori seruiendum ratus, seni cum cæteris adulatus est, eumque ad Imperij societatem vocauit, ad

Homines, qui propter munera publica grauitate quadã præditi esse debuerant, cũ aliis turpiter insaniũt. En tyrãnidis seculum miserrimum.

O homines, ad seruitutẽ paratos! in quorum plateis postea Turcæ lugẽdas choreas duxerunt.

Iuuenis imperatoris, quorundam suspiriis exciti animus tẽpori seruiẽs, & sors infelicissima: vt qui nullũ cõsiliariũ fidelémve seruũ nactus sit.

quod iam olim magno impetu ferebatur. ac factionis pars acrior Andronicũ tergiuersantem, & confessũ recusantem scilicet, ambabus manibus comprehensum, in aurata sella collocauit: alij pullo & acuto pileo detracto, rubram mitram eius capiti imposuerunt: alij stola imperatoria eum induerunt. Postridie cum in magna ecclesia Imperatores proclamarentur, ordine mutato, Andronici nomen priore, Alexij posteriore loco est pronunciatum, ob causam nimirum honestã & speciosam: non decere infantẽ, immaturæ ætatis, læuibus malis celebrari ante Andronicum, virum canum, prudentia venerabilem, excellenti præditum ingenio. Postquã verò ipse Andronicus in sacram ædem peruenit, vt coronaretur, tum primum hilarior visus est, truci aspectu posito: & multis supplicãtib. spem rerum meliorum fecit, manifesta vtique fraude & falsa pollicitatiõe impostoris. Nam illa vultus hilaritas, tenuissimã humanitatis speciem ad tempus præ se ferẽs, abstrusam in eo immanitatẽ obtegebat. Templũ ingressus, coronationis cerimoniis peractis, cum sacrosancta mysteria percipienda essent: cum cœlesti pane percepto, ad calicem preciosi & viuifici sanguinis bibendum accederet, manibus tanquam ad poculum prehendendum extentis, & vultu ad tristitiã composito, per veneranda

Factiosorum audax & impiũ facinus. Seditiosos gnauiter impudẽtes, & demẽtes prorsus esse oportet.

Summa iniustitia, prætextu honesto & specioso tyrãnnidem induere.

Tunc tyrannus magis metuendus, quum veri principis mores imitatur.

Ingenium tyranni expressum.

Huiusmodi impiis, religio nihil aliud est præterquam impietatis & iniustitiæ velamen.

μοποιῶν εἰς τὸ ἐνεστὸς ἔργον, τὸ ἀκρατῶς
εἰς τοῦτο πάλαι φερόμενον. τὸ δὲ τῆς Ἀνδρο-
νίκου φρατρίας θερμότερον καὶ ἀκκιζόμε-
νον Ἀνδρόνικον, καὶ τὴν συνεδρείαν εἰρω-
νευόμενον, ἀμφοτέραις συσχόντες εἰς τὴν
χρυσόπαστον κλίνην ἔθηκαν, ἐφ' ἧς ὁ βασι-
λεὺς ἵζανεν. ἄλλοι δὲ τὴν καπνηρὰν καὶ
πυραμοειδῆ ἐρέαν τῆς κεφαλῆς ἀφελό-
μενοι, πυρσὴν αὐτῷ περιέθεντο, καὶ στολὴν
βασιλικὴν ἐνέδυσαν ἕτεροι. τῇ δ' ὑστεραίᾳ
ἐπὶ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας ἀρξαμένης
τῆς τῶν βασιλέων ἀναρρήσεως γίνεσθαι, Ἀν-
δρόνικος ἀνηγορεύετο πρότερον, ὁ δ' Ἀ-
λέξιος ὑπεβίβαστο, μεταπεσούσης τῆς τά-
ξεως· καὶ ἡ αἰτία ὡς καλλίστη καὶ εὐπρεπής,
οὔ φασι δεῖν τὸν ἴνφαντα, καὶ ἐς μέτρον οὔπω
ἡλικίας ἱκόμενον, λειογένειον, προαναγο-
ρεύεσθαι τοῦ πολιότειχος Ἀνδρονίκου καὶ
γεραροῦ τὸ φρονεῖν, καὶ ἅμα πρόσω καὶ ὀπί-
σω τὸ ὁρᾶν ἔχοντος τοῖς ἐσθλοῖς τῆς φύσεως.
ἐπεὶ δὲ Ἀνδρόνικος τὰ ἱερὰ ἐσαφίκετο μέ-
λαθρα στεφθησόμενος, τότε πρώτως ὤφθη
τοῖς ἀνθρώποις διαχυθείς, καὶ τὸ τοῦ βλέμ-
ματος ὁ θὴρ μεταθέμενος βλοσυρόν,
καὶ τὴν ἐπὶ τὸ κρεῖττον τῶν πραγμάτων
ἀλλοίωσιν πολλοῖς τῶν δεομένων καθυ-
ποσχόμενος. ἦν δὲ ταῦτα φενάκη πρόδη-
λος, καὶ ψευδὴς ἐπαγγελία τοῦ ἀπατεῶ-
νος, καὶ τὸ τοῦ προσώπου ἱλαρὸν, φιλανθρω-
πίας παρυφιστῶν ἰσχνότατον ἴνδαλμα
πρόσκαιρον, συσκιάζον τὴν ἔνδοθεν ἀγριό-
τητα. εἰσελθὼν δὲ τὸ ἱερὸν, καὶ τελεσθεὶς ὁ-
πόσα τοῖς στεφομένοις ἔθισται ἄναξι, πρέ-
σδοσι δῆσαν τῶν ἀχράντων ἁγιασμάτων με-
ταχεῖν· καὶ τὸν οὐράνιον ἄρτον δεξάμενος,
ἐν τῷ ἐγγίζειν τῷ ἐκπώματι τὰς χεῖρας
ἀνέχε· καὶ σχηματίσας ἑαυτὸν εἰς παθαι-
νόμενον, κατὰ τῶν φρικωδῶν ἐπιμνύσι μυ-
στηρίων,

στηρίων, ἀκροωμένων σχεδὸν ἁπάντων, ὅσους τὸ ἱερὸν συνεῖχεν ἄδυτον, μὴ δι' ἕτερόν τι βασιλεύειν αἱρετίσασθαι, ἢ τὸ θελῆσαι βοηθῆσαι τούτῳ, καὶ τὸ τούτου κράτος, δείξας τὸν συνεστῶτα βασιλέα καὶ ἀνεψιὸν Ἀλέξιον, ὃν μεθ' ἡμέρας ἀπηγχόνησε, καὶ τῷ τῆς θαλάσσης βυθῷ παρέπεμψεν. ἐξιὼν δὲ τοῦ ἱεροῦ μετὰ δορυφορίας ὡς ἐνῆν μάλιστα λαμπροτέρας, καὶ πλείστων ὑπασπιστῶν (τὸ γὰρ δειμαίνειν ἄκρως τοιαῦτα ὑφηγεῖτο ἐκείνῳ) καὶ διελθὼν τὸν ἐν τῇ χαλκῇ νεὼν τοῦ σωτῆρος Χριστοῦ, τὴν πορείαν ἐπέτεινεν, οὐ βάδην προβαίνων, καὶ βάσιν οὐκ ἐμβραδύνων, ὡς ἔθος τοῖς θριαμβεύουσιν αὐτοκράτορσιν, ἀλλ' ἀνεὶς τὸν ἵππον ἐλευθέρῳ ποδὶ πορεύεσθαι. ἦν οὖν τὸ γεγονὸς τοῦτο εἰς ἀμφίλογον. οἱ μὲν γὰρ δειλίαν τὸ ποιητικὸν αἴτιον τοῦ ὁρμωμένου ἀπεφοίβαζον, οἱ δὲ ἄλλο τι ὑπενόουν. γενόμενος δὲ κατὰ τὸ μέγα παλάτιον, καὶ θύσας τὰ ἀναγορευτήρια, ἐφ' ἕτερα τρέπει τὸν νοῦν ἐναγῆ ἔργα. ἐκποδὼν γὰρ θέσθαι τὸν βασιλέα βουληθεὶς Ἀλέξιον, τὴν φίλιον πάλιν ἀθροίζει [illegible], καὶ τὴν ἑταιρείαν ἀγείρει τὴν ἐκείνου συνοργιάζουσαν τὰ μὴ ὅσια· καὶ τοίνυν τὸ ὁμήρειον ἔπος ἅπαντες φωνήσαντες, ὃ διέξεισιν,

οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω,
εἷς βασιλεύς.——

Καὶ ὡς ἀετοῦ γῆρας κορύδου νεότης, ψηφίζονται ἰδιωτεῦσαι τὸν βασιλέα Ἀλέξιον, οὐκέτι λόγων οἰκονομίας ἀδήλων τοῖς πολλοῖς μεμνημένοι, παιδοκομίας τε καὶ διαμονῆς τοῦ κράτους καλλίονος. ταῦτα δὴ τὰ χθές τε καὶ πρώην ἐπὶ πολυανθρώπων συνελεύσεων προβαλλόμενα, καὶ τοῖς ἐρωτῶσι τὴν αἰτίαν τῶν γινομένων εἰς ἀπολογίαν προκείμενα, εἴ τις τέως τῶν πα-

mysteria, ferè omnibus illis astantibus, & audientibus qui in sacro adyto erant, iurat, se non alia de causa imperiũ accepisse, nisi vt Alexium imperatorem & consobrinum iuuaret, eiusque potentiam stabiliret, quem paucis diebus post laqueo præfocatum, in maris fundũ demersit. Templũ cum splẽdidissimo comitatu & plurimis armigeris egressus (eam enim rationem dictabat illi metus acerrimus) vbi per seruatoris Christi ædem in Chalcem transiit, non pedetentim processit, nec alicubi immoratus est, qui triumphantium Imperatorum mos est, sed equum libero pede incedere passus est. Id factum in quæstione fuit, vtrum à metu proficisceretur, an aliam causã haberet. Postquam in magnum palatium peruenit, & compluribus diebus pro imperij auspiciis rem diuinam fecit, ad alia scelera conuertit animum. Nam cum Alexium imperatorem è medio sublaturus esset, senatum suum conuocat, & sodalitium scelerum ministrorum cogit. Hi verò Homericum illud statim vno ore exclamant:

Est mala res multos dominarier: vnicus esto
Rex dominusque.——

Item, aquilæ seniũ esse corydali iuuentam: ac decernũt, priuatam vitam agendã esse Alexio: nec iam ambagibus inuoluunt orationem, omissa mentione educationis & conseruationis imperij, quę

Impietatis in Andronico cumulus, nomen Dei assumere, vt pietatem & humanitatẽ aboleat.

Nulla pa impiis, qui seipsis iudicibus carnificẽ in pectore gerunt, & seipsos oculatioribus viris non semel produnt.

Extremã manum sceleri addit Andronicus.

In vitam legitimi principis conspirat, & sceleratos cõsilia rios in eam cogit.

Ii voto impio satisfaciẽtes, primùm principẽ innocentẽ dignitate spoliant.

non ita pridem in maxima populi frequentia iactarant, quæque rerum illarum ignaris pro defensione faci norū responderi solebant. Vix iā decretum erat in Republica cognitum, cum imperator Alexius ab improbo illo cœtu capitis damnatur, tantum non Salomonium illud elocuto: *Vinciamus iustum, quia non est nobis commodus: conspectus eius nobis est grauis.* Itaq; Stephanus Hagiochristophorita, Constantinus Tripsychus, & Theodorus quidam Badibrenus lictorum præfectus, noctu eum adorti, neruo arcus strangulant. Andronicus cadaueris latus pede tundit: & parentum eius alterum vt periurum & iniurium, alteram vt vulgati corporis mulierculam contumeliosè insectatur. Deinde veru auris ei perforatur: traiectoque filo, appensa sera, Andronici annulo signatur: reliquū corpus in profundum maris abiici, caput verò à ceruice reuulsum, ad Andronicū referri iubetur. Peractis mandatis, caput clā in Catabaten (loci nomen id est) abiicitur: truncus arcæ plumbeæ inuolutus, in mare demergitur. Cymba, qua miserrima illa sarcina vecta erat, à duobus claris viris cum carminibus & tripudiis, Ioāne Camatero Caniclæi præfecto, qui pòst Bulgariæ patriarcha extitit, & à Chartulario Theodoro Chūno, est reducta.

Spoliatū capitis damnant. Legitimi principis vultum, hominum sceleratissimi, ferre nequeunt.

Adsunt tyrāno carnifices qui crudelia iussa & parricidia exequūtur.

Solenne est istis sceleratis in mortuorum cadauera sæuire, vt se nihil cum natura cōmune habere testentur.

Familiæ Manuelis Comneni misera sors.

ἐρρίκων ἀτεχνῶς ἐν τῇ λαμπροτάτῃ πόλει τοῦ Κωνσταντίνου οὐκ εἰδὼς τὰ γινόμενα, καὶ τὸν λόγον ὅλως ἠγνοηκώς, δι' ὃν ἐπεραίνοντο. ἀλλ' οὔπω ἀκριβῶς τὸ βράβευμα τοῦτο τῇ πολιτείᾳ ἐγνώριστο, καὶ κρῖμα θανάτου κατὰ τοῦ βασιλέως ἐξάγεται παρὰ τῆς φρατρίας ἐκείνης τῆς πονηρᾶς, τὸ τοῦ Σολομῶντος ἄντικρυς ἐπαινεσάντων τῶν συνειλεγμένων τότε, καὶ φθεγξαμένων ἀναιδῶς. δήσωμεν τὸν δίκαιον, ὅτι δύσχρηστος ἡμῖν ἐστὶ, καὶ βαρὺς ἐστὶ, καὶ μόνον βλεπόμενος. καὶ νυκτὸς ἐπεισπεσόντων αὐτῷ τοῦ Ἁγιοχριστοφορίτου Στεφάνου, τοῦ Τριψύχου Κωνσταντίνου, καί τινος Βαδιβρηνοῦ Θεοδώρου, προεστῶτος τῶν ῥαβδοφόρων, τὴν διὰ τόξου νευρᾶς καθυποδέχεται πνιγμονήν. ἀρθεὶς δὲ ὁ νεκρὸς, καὶ ἀχθεὶς εἰς Ἀνδρόνικον, κατὰ τοῦ κενεῶνος τῷ ἐκείνου ποδὶ τύπτεται, καὶ τὴν τοκέοιν τῷ κειμένῳ ὁ μὲν ὡς ἐπίορκος ἐκείνῳ καὶ ἐπηρεαστὴς διατωθάζεται, ἡ δὲ ὡς περιλεχεύσαντον ἑταιρικὸν καταμωκᾶται γύναιον, ἔπειτα τιτρᾶται ὀβελίσκῳ τὸ οὖς· καὶ κρόκης ἐξαφθείσης κηρὸς περιπλασθεὶς, τῷ Ἀνδρονίκου σφραγιστηρίῳ ἐνσημαίνεται δακτυλίῳ. καὶ τὸ μὲν λοιπὸν σῶμα καταδικάζεται ῥιφῆναι βυθῷ, ἡ δὲ κεφαλὴ ἀποτμηθῆναι, καὶ αὖθις Ἀνδρονίκῳ προσενεχθῆναι. καὶ πέρας εἰληφότος τοῦ ἐπιτάγματος, ἡ μὲν ἐν παραβύσῳ κατὰ τὴν λεγομένην Καταβάτην διαφίεται, τὸ δὲ σκῆνος κεράμῳ μολιβδίνῳ ἐνειληθὲν, τοῖς θαλαττίοις κόλποις ἐκδίδοται τῆς ἁλιάδος, ἥ τις τὸν οἰκτρότατον τοῦτον φόρτον ἀνεῖχε δυσὶν ἀναγομένης ἐνδόξοις ἀνδράσι μετὰ μολπῶν καὶ ᾠδῶν, δηλαδὴ τῷ ἐπὶ τοῦ Κανικλείου Ἰωάννῃ τῷ Καματηρῷ, ὃν καὶ ὕστερον ἀρχιποίμενα ἡ τῶν Βουλγάρων προεδρεύουσα ἔλαχε, καὶ Θεοδώρῳ τῷ Χούμνῳ, ὃς τετίμητο Χαρτουλάριος.

ΒΑΣΙΛΕΙΑ ΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΚΥΡΙΟΥ ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΥ ΤΟΥ ΚΟΜΝΗΝΟΥ.

ANDRONICI COMNENI IMPERIVM.

***

BREVIARIVM.

1 *Alexij elogium. Huic succedit Andronicus Comnenus, qui iam prouectæ ætatis sobrini sponsam adolescentulam nondum XI. annos natam vxorem ducit. Pontifices adulatores deludit, & merito præmio donat. Lapardas, vir bellicosus, ab Andronico deficit, sed interceptus, erutis oculis in monasterium conijcitur.*

2 *Relaxatis curis Andronicus ad Nicæam obsidendam proficiscitur. Oppugnationis varij euentus.*

3 *Theodori Cantacuzeni interitus, Isaaci Angeli segnities, Nicolai pontificis pauor, fuit occasio Nicææ dedendæ. In oppidanos sæuit Andronicus, & Isaacium comiter excipit.*

4 *Prusæ excidium, & in Prusaēses Andronici crudelitas: Angeli Theodori excæcatio: nobilium multorū supplicia. Andronici in theatro periculum.*

5 *Isaacius Comnenus Cyprum occupat, & in ea tyrannū agit: vnde Andronico metus.*

6 *Macroducas Constantinus & Ducas Andronicus, Andronici familiares & consiliarij, mira quadam ratione vltimo afficiuntur supplicio. Populi affectus sub illa tyrannide, cui Andronicus legum autoritatem prætexit: & paulò post Sebastianos fratres laqueo suffocat.*

7 *Alexius Comnenus, Manuelis ex fratre nepos, Siciliæ regem in Græcos concitat. Dyrrachium & Thessalonicam Siculi occupant. Thessalonicensiū, vrbe dedita, miseriæ.*

8 *Siculorum grassationes horrendæ in Thessalonicenses qui domi se continebant.*

9 *Eorundem immanitas in miseros qui ædibus relictis per vicos vagabantur & in plateis considebant. Insolentia in eos qui religionis ergo conueniebant in templis. Eustathius Thessalonicæ episcopus sua intercessione ciues subleuat.*

10 *Andronici crudelitas in Irenem filiam notham, eiusdemque maritum. Corruptorum iudicum qui coniugium istud probauerant insectatio. Mamalus scriba crudelissimo ignis supplicio affectus.*

11 *Disypatus Georgius, magni templi lector, conijcitur in vincula. Tripsychus Constantinus diligentissimus tyrannidis Andronici minister, volubili quadā rerum vicissitudine euersus excæcatur.*

ΚΑΙ οὕτω μὲν ἐξ ἀνθρώπων ὁ βασιλεὺς Ἀλέξιος ἐγεγόνει, ζήσας τὸν μὲν ἅπαντα χρόνον ἔτη μὴ ἀκριβῶς πεντεκαίδεκα, τρία δ' ἐκ τούτων

AD hunc modū Alexius Imperator rebus humanis exēptus est, anno ætatis nondū decimo quinto, im-

1 Catastrophē tragœdię luctuosæ Alexij miseri principis (cuius breue subiicitur elogium) sequitur

protaſis ſeu initium tyrãnicæ dominationis Andronici, in qua tragœdię perpetuæ, & noſtri ſeculi multiplices facies occurrunt.

perij tertio, exacto. quod tamen ſuo arbitratu non geſſit, à matre principiò, deinde à duobus tyrannis republica adminiſtrata: per quos vt à nube Sol abſcondebatur, miniſtro quàm Imperatori ſimilior, cùm ea faceret & iuberet, quæ præceptores iubebant, donec laqueo præfocatus eſt. Iſto miſerabili facinore perpetrato, Andronicus Annam Imperatoris Alexij ſpõſam, regis Francorum filiam, matrimonio ſibi iungit: nihil verecũdatus effœtus & vietus ſenex, ſobrini vxorem adoleſcentulam, roſeam & tenellam, nondum annos XI natam, per nefas amplecti. Eius nefarij voti compos factus, à Patriarcha ſuo & cõcilio aliam gratiam petit, vt iureiurando, quod Imperatori Manueli, & infelici eius filio dederat, ſoluatur, ac ceteri vnà, quos ſacramẽti ceperat obliuio. Illi verò, quaſi abſq; vllo diſcrimine & vinciendi & ſoluendi quẽlibet, poteſtatem diuinitus accepiſſent, ſtatim literis publicè affixis, impunitatem ſcelerum perfidis conceſſerũt. Andronicus verò pontificibus illis iuriſiurandi ſolutoribus, quàm egregiam gratiã retulit? Ea fuit, vt quædam leuicula eorũ poſtulata fierent: maximus verò is honos fuit, ut ſubſelliis ad ſolium

Prima tragœdia, impar & prorſus indignum coniugium.

Altera, ab execrãdo iureiurando liberatio, impiis ratiõib. quęſita & impetrata.

Eccleſiæ paſtores poteſtatem ligandi & ſoluendi quemlibet abſque vllo diſcrimine non acceperũt à Deo.

Adulatorum & ambitioſorum pontificum præmium, honoris vmbra.

ἄρξας, οὐ καθ' ἑαυτὸν δὲ καὶ ἀμιγῶς, ἀλλὰ τὰ μὲν πρῶτα ὑπὸ μητρὶ τὴν ἀρχὴν διεξαγούσῃ παιδονομούμενος. ἔπειτα ὑπὸ δυοῖν τυράννων τῶν πραγμάτων τῆς βασιλείας ἐπειλημμένων, ὅσα καὶ ἥλιος ὑπὸ νέφους συσκιαζόμενος, ὥστε καὶ βασιλευομένῳ ἐῴκει μᾶλλον ἢ βασιλεύοντι, ἐκεῖνα ἐπιτάσσων καὶ δρῶν, ὅσα εἰσηγοῦντο οἱ ἐπιστάται, μέχρι τοῦ δι' ἀγχόνης τὸ πέρας δέξασθαι τῆς ζωῆς. τῆς δὲ πράξεως ταύτης οὕτω τετελεσμένης οἰκτρῶς, ἁρμόζεται Ἀνδρονίκῳ πρὸς συμβίωσιν Ἄννα ἡ τοῦ βασιλέως Ἀλεξίου μνηστὴ, θυγάτηρ οὖσα τοῦ τὴν ἀρχὴν τῶν Φράγγων διέποντος. καὶ οὐκ ᾐσχύνετο κρονίων ἀπόζων ἀνεψιοῦ γυναικὶ, μιλτοπαρείῳ κόρῃ καὶ τρυφερᾷ, καὶ μήπω τὸ ἑνδέκατον ἔτος ἐξηνυκυίᾳ συγκατακείμενος ἀθεμίτως, καὶ παραγκαλιζόμενος ὁ πέπων τὴν ὀμφακίζουσαν, ὁ ὑπέρωρος τὴν ἡλικίαν, τὴν ὀρθοτίτθιον νεάνιδα, καὶ ὁ ῥικνὸς τῷ χρόνῳ καὶ χαλαρὸς, τὴν ῥοδοδάκτυλον καὶ δρόσον ἔρωτος στάζουσαν. βασιλεύσας δ' Ἀνδρόνικος, αἰτεῖται τὸν πατριάρχην Βασίλειον, καὶ τὴν τότε σύνοδον, λυθῆναι τοῦ ὅρκου, ὃν εἶχεν αὐτὸς ὀμωμοκὼς τῷ βασιλεῖ Μανουὴλ, καὶ τῷ ἐκείνου ταλαιπώρῳ παιδί· καὶ οἱ ἄλλοι σὺν τούτῳ πάντες, ὅσοι παραβάται ὤφθησαν τῶν ὀμωσμένων. καὶ οἱ μὲν, ὡς εἰ δεσμεῖν ἀδιαφόρως, καὶ λύειν τὰ πάντα εἰλήφασι πρὸς Θεοῦ, τόμοις ἐξέθεντο αὐτίκα, δι' ὧν ἀμνηστίαν τῶν ἠνομημένων τοῖς μὴ εὐόρκοις ἐδίδοσαν ἅπαξ ἅπασιν. ὁ δὲ ὡς θαυμαστήν τινα παρέχει τὴν ἀμοιβὴν τοῖς τῶν ἐπιταγμάτων αὐτοῦ πληρωταῖς. ἡ δὲ ἦν καὶ τῶν τότε μὲν αἰτηθέντων ῥαδία τερμάτωσις, ἃ μικρὰ δήπουθεν ἦσαν, καὶ περὶ μικρῶν ὑφηγούμενα. ἡ δὲ μεγίστη τὸ συνεδρεύειν ἐκείνοις αὐτῷ σκιμποδίσκων παρατιθεμένων, καὶ παρισοφερομένων τῷ βασιλείῳ θρόνῳ

θρόνῳ κλισμῷ, ὃ καὶ οὐχ ἧττον εἰς γέλωτα τῶν ἑλομένων καὶ καταδεξαμένων ἀρχιερέων οὐκ ἐπὶ συχναῖς ἡμέραις συμβάν, ἥπερ φαντασίαν τιμῆς καὶ δόξης ἴνδαλμα, ἐπὶ τὴν προτέραν ἐπανῆλθε συνήθειαν. καθὰ καὶ ξύλον ἐπικλινὲς βίᾳ πρὸς τὴν προτέραν ἕξιν ἐπανεῖσιν ἀνεθέν. μᾶλλον μὲν οὖν καὶ ταύτης πολὺ παρεσπάσατο. ἵνα γὰρ μὴ δοκῇ Ἀνδρόνικος παλιμβολώτατος ἀνθρώπων, καὶ ἀστασίαν ἤθους ἐπὶ ταῖς ἑαυτοῦ πράξεσι νοσῶν, τὸ εἰς ὄψιν ἐκείνῳ ἐλθεῖν οἱ ἀρχιερεῖς οὗτοι οὐχ εὕρισκον εὐχερὲς ἐπὶ βήματος καθημένῳ λαμπροῦ· καὶ οἱ πρὸ μικροῦ τῇ συνεδρείᾳ βασιλικῇ σεμνυνόμενοι, καὶ γέρας εἰληφέναι τοῦτο Δαυιδικῶς ὡς πιστοὶ τῆς γῆς βρενθυόμενοι· τότε ὑπενόστουν ἐγκαλυπτόμενοι καὶ ταλανίζοντες ἑαυτοὺς, ὡς Θεοῦ ἀπέστησαν τὰ ἄλυτα λύοντες, καὶ αὐτὸν Ἀνδρόνικον διακενῆς θεραπεύοντες. ὡς δὲ τὰ κατὰ τὴν ἀνάῤῥησιν τοῦ Ἀνδρονίκου, καὶ τὴν ἀναίρεσιν Ἀλεξίου τοῦ βασιλέως δῆλα ἦσαν Ἀλεξίῳ τε τῷ Βρανᾷ καὶ Ἀνδρονίκῳ τῷ Λαπαρδᾷ, τοῖς τῶν ταγμάτων στρατηγοῖς ἅπερ ἀντεφέρετο κατὰ τὸν Νίσσον καὶ τὴν Βρανίτζοβαν τῷ τῆς Οὐγγρίας ῥηγὶ τῷ Βελᾷ, πορθοῦντι τὰ ἐκεῖ πάντα, καὶ ποιοῦντι κακῶς τοῖς ξίφεσιν· ἅτερος μὲν τῶν στρατηγῶν ὁ Λαπαρδᾶς ἀπορρητέαν κέκρικε τὴν ζωὴν, καὶ τὴν εὐρυχανδῆ γένυν Ἀνδρονίκου διὰ παντὸς ὑπεβλέπετο, καταχάσκουσαν ἑκάστοτε μέλλουσαν καὶ αὐτόν. ὁ δέ γε Βρανᾶς ἀσμένως τὴν μετάθεσιν τῆς βασιλείας ὑπέφερεν, ἤδη τῷ χορῷ ἐγγραφεὶς, οἷς Ἀνδρόνικος ἔβλεπεν ἵμερον. πολλὰς οὖν ὁ Λαπαρδᾶς Ἀνδρόνικος ὁδοὺς τραπόμενος ἐνθυμήσεων, καὶ κατὰ κύνα λάκαιναν τὴν θευσεῖται ἰχνηλατήσας, μίαν εὕρισκε σώζουσαν ἀτραπὸν τὸ τῆς ὄψεως

Imperatoris collocatis, ei assiderent: qui cùm paucos dies durasset, vmbra potiùs honoris quàm verus honos, materiam eos ridendi præbuit, pristina consuetudine reuocata, instar vi curuati ligni, quod laxatum ad suam naturã reuertitur. Imò ea res dignitatem eorum multum imminuit. Nam Andronicus ne omnium mortaliũ leuissimus, & in actis suis parum constare sibi videretur, Põtifices illos in splendido solio sedens, non facilè admittebat. Ita qui paulo antè Imperatorio consessu gloriabãtur, idque sibi præmium vt fidelibus ministris datũ verbis Dauidicis iactarant: tum inuolutis capitibus recedẽtes, sese miserabantur, quòd iis solutis quæ soluenda non essent, à Deo defecissent, & derisorẽ Andronicũ frustra coluissẽt. Vt autem Andronici designatio, & Alexij Imperatoris suffocatio, Alexio Branæ & Andronico Lapardæ legionum ducibus, qui ad Nisum & Branizobã Hungariæ regi Belæ resistebant, loca illa omnia ferro & igni vastanti, significata est: Lapardas vitæ spe abiecta, vastas Andronici maxillas perpetuò formidabat, vt iã iam ab iis deuorãdus. Branas verò iam in numerum amicorum Andronici assumptus, imperij mutationem alacri animo ferebat. Alter verò variis rationibus apud animũ suum initis, & more Laconici canis vestigata via quam insisteret, in eo salutem suam esse posita animaduertit, vt è conspectu & potestate Andronici quàm longissimè abiret. quod con-

Omnium hominum leuissimo qui cõfidit, leuior dicẽdus est.

Infideles serui sunt qui principũ vitia intolerãda ferunt.

Tertia Andronici Imperatoris tragœdia, cuius titulus Lapardas meritò dicitur.

Tyrannus viro forti & strenuo formidabilis.

Conspectus tyranni fugiendus ei qui incolumis manere cupit.

filiũ si persecutus esset, nec aliis rebus animum adiecisset, euasisset incolumis. Verũ cum nocere cuperet Andronico, & Imperatoris parricidium vlcisci, deficit. & quia videbat, in Occidente locum sibi non futurum, nec collegam Alexium Branam passurũ moueri aliquid contra Andronicum: in Orientem, magis sibi familiarem, intendit animũ: quippe vbi sæpe maxima imperia gessisset, & homines ad defectionem æquè propẽsos esse sciret. Itaque Branæ collegæ persuadet vt ibidem perseueret, dum ad recentem Imperatorem proficisceretur: ipse statim iter ingressus, *famam ea quoque quæ sub terra latent, perspicere, & futura sæpe tanquam iam facta, promulgare solitam*, anteuertit. Vbi Orestiadẽ, quæ nunc Adrianopolis appellatur, in patriam suam peruenit, paulisper ibi commoratus, dum sorores salutaret, non vlterius cunctandum, sed quanta festinatione posset, in Orientem contendendum cẽsuit. Iam enim fama, vt loquax est, in triuiis & plateis, in summis mœnibus & campis, viri fugam celebrabat, & summa velocitate passiim spargebat. Itaque nocte vna ad mare descendit: conscensisque nauibus ad Hyelocastellium ea de causa paratis, traiicit. Vbi cum paulum respirasset, se interitum & cruentas Andronici fauces

Vindictæ autem cupiditas strenuũ ducem retinet.

Tutiora consilia sequi cogitat.

Collegam ad tẽpus in statione retinet.

Famam celeritate anteuertit.

Sororibus salutatis contẽdit in orientem.

Eius fuga ad Andronici aures peruenit.

Sibi consulere quàm prudenter fieri potest Lapardas conatur.

καὶ ἐξουσίας ἀποπλάζεσθαι Ἀνδρονίκου. καὶ εἶχεν ἂν ἀπαθῆ καλῶς ἑαυτὸν διατηρήσας, εἰ τῇ βουλῇ ταύτῃ ἐπέμεινε, καὶ μὴ πρὸς πρᾶξιν ἑτέραν μετεκεκύβευτο. ἐρασθεὶς δὲ κακῶς δρᾶσαι Ἀνδρόνικον, καὶ τῆς εἰς τὸν κύριον καὶ βασιλέα παρανομίας ἀμύνασθαι, θαρρεῖ τὴν ἀπόστασιν, καὶ τὴν δύσμην ὁρῶν οὐ χωρήσουσαν αὐτὸν, μήτε μὴν παραδεξομένην τὴν κατ' Ἀνδρονίκου ὁρμὴν διὰ τὸ παρόντα καὶ συστρατηγοῦντα Βρανᾶν, τὴν ἕω φαντάζεται, καὶ πρὸς ἐκείνην ἐκτείνει τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ ὡς συνηθεστέραν μὲν ἑαυτῷ ἄρξαντι κατ' αὐτὴν πολλάκις τὰς μεγίστας ἀρχὰς, καὶ ὡς θερμὰ δὲ πρὸς ἀντιστασίαν οὐχ ἧττον τρέφουσαν στόματα. ἀμέλει καὶ τῷ συνηγεμόνι κοινολογησάμενος, καὶ πείσας Βρανᾶν μὲν κατὰ χώραν μένειν, αὐτὸς δὲ πρὸς τὸν πρεσβύτην ἅμα καὶ πρόσφατον αὐτοκράτορα παραγενέσθαι· ὡς εἶχεν εὐθὺς ἐξώρμησε, τὴν φήμην προφθάνων, ἣ καὶ τὰ ὑπὸ γῆν κρυπτόμενα διορᾷ, καὶ τὰ γενησόμενα πολλάκις ὡς ἤδη γεγενημένα διατρανοῖ· καὶ γεγονὼς κατὰ τὴν Ὀρεστιάδα, εἴπῃ δ' αὖτις ἄλλος Ἀδριανούπολιν, ἀφ' ἧς ὥρμητο, καὶ βραχύ τι ἐγκαρτερήσας, καὶ ὅσον ταῖς ἐκεῖ κατοικούσαις ἀδελφαῖς ὁραθῆναι καὶ συντάξασθαι τὰ ἀπόδημα, ἔγνω μὴ περαιτέρω ἐλλινύειν, ἀλλ' ὡς ἐνὸν ἐπισπέρχειν τὴν ἐς ἕω περαίωσιν. ἤδη γὰρ ἡ φήμη ἀθυρόγλωττος οὖσα, καὶ ἐπὶ τριόδων καὶ πλατειῶν, ἄκρων τε τειχέων καὶ δωμάτων, εὔστομος τὴν ἀπόδρασιν τοῦ ἀνδρὸς, καὶ πολλαχῇ ἐπῄει διατοξεύσιμος. μιᾷ τοίνυν νυκτὶ πρὸς θάλασσαν κάτεισι, καὶ ναυσὶν ἐμβὰς αὐτός τε καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, αἳ κατὰ τὸ Ὑελοκαστέλλιον τούτου ἕνεκα ἡτοιμάσθησαν, ἐς τὴν περαίαν γίνεται. κἀντεῦθεν ἀναπνεύσας βραχὺ, ἐκφυγεῖν τὸ διολέσθαι ᾤετο, καὶ τὸ προβεβλῆσθαι θοίνη τις ἑτοίμη ἢ ἐπιτράγημα πρόχειρον ταῖς γνάθοις

γνώσθοις τοῦ Ἀνδρονίκου. ἦν δ᾽ ὡς ἔοικε καὶ οὗτος τῇ προνοίᾳ ἐκ τῆς τῶν ζώντων βίβλου ἀπαλειμμένος, καὶ εἰς θοίνην Ἀνδρονίκου δαιταλουθεὶς, καὶ τὴν νοσοῦσαν ἐς ᾅδου κληρούμενος πλάσιγγα. ἐνθένδε τοι καὶ τοῦ Θείου ἀντιπνεύσαντος, ἐκείνων ταῖς χερσὶ θηρᾶται, καὶ ἀναπέμπεται πρὸς Ἀνδρόνικον, ὑφ᾽ ὧν ἐλπίσιν ἐθάλπετο συντηρηθῆναι ἀδιαλώβητος, εὖ τε καὶ ὡς ἀρίστως πρᾶξειν, καὶ χειρὶ καὶ ψυχῇ παντοίαν συνάρσιν καὶ ἀρήξιν εὑρέσθαι πρὸς τὸ καταπαλαῖσαι Ἀνδρόνικον. ἦσαν δὲ ταῦτα διανοίας οὐκ εὐτυχοῦς ἀναπλάσματα καὶ ὀνειρώδη ὡς δέδεικται φαντάσματα. γενόμενος γὰρ κατὰ τὸ Ἀτραμύτιον, συλλαμβάνεται παρά τινος Κεφαλᾶ, ἀνδρὸς μέγα δυναμένου τότε παρὰ τῇ χώρᾳ καὶ προσποιοῦντος, πιστοῦ τε τῷ τυραννοῦντι ὡς ἔδοξε, καὶ παρακατατίθεται χερσὶν Ἀνδρονίκου σφάγιον εὐπρεπὲς, καὶ ἱερεῖον ἀνακοχλιαζόμενον πρὸς ἀναίρεσιν, καὶ τὰς κόρας ἐκκόπτεται, καὶ παραρρίπτεται τῇ τοῦ Παντεπόπτου μονῇ, τὴν τῶν κατ᾽ αὐτὸν πραγμάτων φορὰν ὡς ἀγνώμονα ὀδυρόμενος. τὸν μὲν γὰρ ὑπὲρ καλλίστης αἰτίας τὸν τῆς ἀποστασίας ἀναρρῖψαι κύβον· τὴν δὲ οὐδὲ τὸ βραχύτατον γοῦν προχωροῦσαν, οἷς μετ᾽ εὐβουλίας αὐτὸς ἐπέβαλε, προσθέσθαι μερίδι τῇ χείρονι. οὕτω κρύψας ἔχει Θεὸς οὐ μόνον τὸν ἄμοχθον καὶ ἀνόδυρτον βίον, ἀλλὰ καὶ τὸ προαισθέσθαι τὸ μέλλον κακὸν, καὶ τὸ προελέσθαι τὸ ἀκίνδυνον ἐπιτήδευμα. καὶ οὗτος γὰρ ὁ ἀνὴρ ἐν πολλοῖς ὀφθεὶς στρατηγικώτατος, αἰσχρὸν δουλεύειν οἰηθεὶς Ἀνδρονίκῳ μετὰ τὸν τοῦ βασιλέως Ἀλεξίου μόρον καὶ τὸν ἐκ τοῦ τυράννου προφθάνων θάνατον, καὶ πρὸς φόνον ἑτοιμοτάτης ἀποξενῶν ἑαυτὸν φύσεως, ἔλαθεν ὑπ᾽ ἐκείνου καταλαμβανόμενος, ὃν ἔφευγε, καὶ χερσὶν ἐμπίπτων αἷς ἀπεδίδρασκεν, ἣ τὸν ἐξόπισθεν καταλήψεσθαι προσδοκώμενον, ὡς ἐπιδιώκοντα

effugiſſe rebatur. Ceterùm apparet, hunc quoque lancibus ad Orcum vrgentibus à Prouidentia ex libro vitæ deletum & Andronici crudelitati condonatum fuiſſe. Nam reflante numine, illorū manibus comprehēditur, & ad Andronicum mittitur, quorum ope ſe non modò ſaluum & beatum, ſed ſummis etiam ſtudiis Andronici victorem fore ſperarat. Verūm erant illa vtique infelicis animi figmēta, & ſpectra inania ſomniorum. Nam cū Adramyttium perueniſſet, à quodam Cephala, viro in illis locis potenti & primario, vt fidem ſuam erga tyrannū declararet, comprehenſus, Andronico parata hoſtia ad cædē offertur, atque effoſſis oculis in Pantepopti monaſterium coniicitur, iniquitatem fortunæ ſuæ deplorans: cum ob pulcherrimā cauſam diſcrimen defectionis adiiſſet, illam prudenti conſilio ſpreto, ac planè deſtituto, peiori parti fauiſſe. *Ita Deus non vitam ſolum laboris & triſtitiæ expertem, ſed imminentis etiam exitii, & tutarum actionum prænocionē abſcondit.* Hic enim vir ſæpe præclari ducis functus officiis, cū poſt imperatoris Alexij obitū Andronico ſeruire turpe duceret, ac certam mortē & naturam tyranni ad cædē prōptiſſimi vitaret, in eius manus incidit, quem fugiebat: & quem à tergo inſtare pu-

At ſupplicio mortis, arcano numinis iudicio addictus, fugiens ad Andronicum accedit.

Nam ſpe deluſus in Cephalam incidit, à quo cōprehēſus Andronico offertur.

Inde miſeri Lapardæ excæcatio & monachatus.

Vanæ querelæ in Dei prouidentiā cuius conſilia abſcondita, ſed iuſtiſſima.

Lapardæ elogium.

tabat, à fronte & aduersariũ & victorem habuit obuium, nec multò pòst moritur. Andronicus verò eius defectione ita consternatus fuit, vt toto tempore fugæ illius, exitium capiti suo imminere putaret. Metuebat enim Lapardam, vt & ducem acerrimum, & virum magnanimũ: & quia videbat, eum persequendo & armis debellari non posse, ad literarum solertiam conuertitur: & callidissimo consilio epistolas ad primarios Orientalium prouinciarum præsides, dolo plenas mittit, quibus asseuerabat, Lapardam à se in Asiam missum esse: qui quicquid acturus esset, certis de causis, aliter quàm plerique suspicarentur, pro stabiliendo ipsius imperio acturus esset. Quæ eò pertinebant, vt vulgi impetum reprimeret, suspicantis subesse dolum, quòd Lapardas se pro Andronici aduersario gerens, manum faceret: Andronicus verò desertoris fidem prædicaret, atque vt à se missum suscipi iuberet. Quid autem speciosæ istæ literæ ponderis habituræ fuerint, accelerata Lapardæ captiuitas cognoscere non siuit.

Andronici machinationes contra Lapardam.

*Fortes & industrij duces tyrãnis exosi.

Callidũ Andronici figmentum.

Vulgi impetum qua ratione tyranni reprimãt.

2 Timore illo præter expectationem propulsato, summa lætitia affectus, lentis itineribus Cypsella conten-

Ex fortiũ & illustriũ ducum excidio tyranni sibi lætitiam faciunt.

κατὰ στόμα προσυπαντῶντα δυσείσικον, καὶ ἐνώπιον συμπλεκόμενον καὶ συνέχοντα. καὶ ὁ μὲν μετ' οὐ πολύν τινα χρόνον τοῦ βίου θανάτῳ ἀπάγεται. ὁ δ' Ἀνδρόνικος οὕτω τῇ ἀποστασίᾳ τούτου κατεπτοήθη, ὡς παρ' ὅλην τὴν ἐκείνου φυγὴν τὴν οἰκείαν ὡς ἤδη ἐφεστῶσαν φαντάζεσθαι καταστροφήν. ἐδεδίει γὰρ ὡς περὶ τὰς μάχας ὀξύῤῥοπον, καὶ λήματος ἀνδρείου μέτοχον τὸν Λαπαρδᾶν. ἀμέλει καὶ μὴ προχωροῦσαν ὁρῶν τὴν μετ' ἐπιδιώξεως, ἢ μεθ' ὅπλων τούτου καταπολέμησιν, πρὸς τὴν διὰ γραμμάτων μεθαρμόζεται πανουργίαν· καὶ τὸν τρόπον καινὸν ὁ σοφιστὴς ἀνεπλάσατο. βασιλικὰ γὰρ ξυνθέμενος γράμματα, ἐκπέμπει ταῦτα πρὸς τοὺς τῶν ἑῴων ἐπαρχιῶν προστατεύοντας· ἐλάλουν δὲ πονηρίαν ἀληθῶς τὰ γραφόμενα. καὶ διετείνοντο, ὁμιλοῦντα ἔχοντα τὸν Ἀνδρόνικον, παρ' αὐτοῦ σταλῆναι κατὰ τὴν Ἀσίαν τὸν Λαπαρδᾶν, καὶ πᾶν ὅπερ διαπράξηται, κατ' οἰκονομίας ἄγνωστον τοῖς πολλοῖς τρόπον ὑπὲρ τῆς αὐτοῦ βασιλείας μέλλειν τοῦτο διαπραχθήσεσθαι, καὶ ἐνῆγε πάντας εἰς τὴν ἐκείνου ἀνενδοίαστον παραδοχήν. ἦν δὲ ὁ σκοπὸς Ἀνδρονίκῳ ἐντεῦθεν ἐγκόψαι τὴν ὁρμὴν τῶν πολλῶν, ὑφορωμένων ἐφ' ὅτῳ δὴ αὐτὸς μὲν ὁ Λαπαρδᾶς κατ' Ἀνδρονίκου ἐξῆρκε τὸ φρόνημα, καὶ ὡς ἀντίφερον τὰς τῶν ἀνδρῶν στίχας ἐπιπορεύεται. ὁ δ' Ἀνδρόνικος τῷ ἀποστάτῃ τὴν ἐς αὐτὸν πίστιν ἐπιμαρτύρεται, καὶ ὡς παρ' αὐτοῦ πεμφθέντα τὸν πεφευγότα δέξασθαι διορίζεται. καὶ τί μὲν ἂν ταῦτα τὰ καινοφανῆ ἔδρασάν τε καὶ ἴσχυσαν γράμματα, ἡ ὀξεία τοῦ ἀνδρὸς κατάσχεσις οὐ παρῆκε διαγνωσθῆναι.

2 Τότε δὲ καὶ τὴν ποίαν ταύτην περὶ δόξαν Ἀνδρόνικος ἀποκρουσάμενος, ἰάνθη τὸ ψυχίδιον ὡσεί τε περὶ σταχύεσιν ἕρση, καὶ τῆς πόλεως ἔξεισι, καὶ ὁμαλαῖς κινήσεσι καὶ σταθμοῖς βραχέσι καταλαμβάνει τὰ Κύψελλα

τὰ Κύψελλα, καὶ τοῖς ἐκεῖσε κυνηγεσίοις
ἐνδιαρρανθείς, μετὰ τὴν πατρώαν ἀφικνεῖ-
ται μονήν, τὴν ἐν τῇ Βήρᾳ διακειμένην,
καὶ τῷ τοῦ φύσαντος ἐφίσταται μνήματι
μετὰ δορυφορίας καὶ δόξης βασιλικῆς, ἧς
κἀκεῖνος πάλαι ποτὲ ἐρῶν, οὐκ ἐφίκετο·
ἐπεὶ καὶ τὸ βασιλείαν πατρόθεν Ἀνδρόνι-
κος, ὡς κλῆρον καταβαὶν διεδέξατο. καὶ
κατ' ἐκείνας τὰς ἡμέρας χάσας τὸ κα-
κῶς τινὰς τιθέναι, ὡς ἀλκυονίδας πρὸς
πολλῶν ὀνομάζεσθαι, μετὰ μικρὸν ἐπάνεισιν
αὖθις εἰς τὰ βασίλεια, τῶν γενεθλίων ἐ-
πιστάντων Χριστοῦ, καὶ ἁμίλλαις ἵππων, καὶ
θεωρίαις προσχὼν, ἔαρος ὑποφαίνοντος
τὸ στρατιωτικὸν ἅπαν συνήθροισε, ὅσον τε
ἑσπέριον, καὶ τοῦ ἑῴου ὁπόσον οὐκ ἀφηνίασε·
καὶ αὐτὸς μὲν τὴν ὁδὸν τῆς πόλεως Νι-
καίας ἵεται· τὸν δὲ Βρανᾶν Ἀλέξιον, ἐκ τῶν
κατὰ τὴν Βρανίτζοβαν ἐπανεληλυθότα με-
ρῶν ἐκπέμπει μετὰ στρατιᾶς ἱκανῆς, τοῖς
περὶ τὸ Λοπάδιον ἀντιταξόμενον. ἤδη γὰρ
καὶ οὗτοι τοῖς ὁμόροις Νικαεῦσι τε, καὶ
Προυσαεῦσιν ἐς τὸ αὐτὸ ἥκοντες ἀπέστησαν
φρόνημα. καὶ ὡς εὐόδησεν αὐτῷ ἡ στρατή-
γησις, καὶ τέλος αὐτῇ ἐπέθηκε τῷ πολέ-
μῳ δεξιώτατον, ἄρας ἐκεῖθεν πρὸς τὴν
Νίκαιαν παραγίνεται, καὶ συμμίγνυσιν
Ἀνδρονίκῳ, καὶ περὶ ἓν στρατόπεδον ἀμφοτέ-
ρων συνδραμόντων τῶν στρατευμάτων, ἔγ-
νω προσβαλεῖν τῇ πόλει Ἀνδρόνικος. οἱ
γὰρ ἔνδον οὐκ ἀπόντος μόνον Ἀνδρονίκου
ἐφρονηματίζοντο, ἀλλὰ καὶ παρόντα ἐξου-
θένουν, καὶ ὅπλοις ἠμύνοντο παντοίοις,
τῶν τειχῶν προεμφαινόμενοι, καὶ λόγοις
ἀσχήμοσιν ἔπληττον, μηδενὸς φειδόμενοι
καὶ βλήματος καὶ ῥήματος. καὶ ἦσαν
αἱ μὲν πύλαι τῆς πόλεως μεμυκυῖαι, καὶ
ὀχεῦσιν ἀραρότως ἐνηρμοσμέναι. αἱ δὲ
γλῶσσαι, ὅσα καὶ πυλῶν τῶν χειλέων διαιρεμένων, καὶ ὡς ἐκ θυρα-

dit: ibíque venationibus recreatus, in paternum monasterium Beræ se confert, ac patris monumento cum regio comitatu & splendore astat, cuius is quoque cupiditatem frustra aluerat. Nam regni affectationem Andronicus hæreditariam à patre acceperat. Vbi cum per dies aliquot suppliciis abstinuisset, vnde illi à multis Halcyonij vocabantur, paulo pòst ad Christi natalem in palatium reuersus, cum ludis Circensibus & spectaculis se recreasset: verè aduentante copiis omnibus coactis, quę vel in Oriente vel Occidente fidem seruarant, rectà ad Nicæam cõtendit. Alexium verò Branam Branizoba reuersum, cum iusto exercitu contra Lopadianos mittit, qui Nicæenses & Prusaenses imitati defecerant. Qui cum bello finem felicem imposuisset, ad Nicæam contendit: vbi Andronicus illis copiis auctus, vrbem inuadere statuit, cuius incolæ nõ absentem modò parum timebant, sed præsentem etiam contemnebant, & mœnia oppugnantem cùm armis vlciscebantur: tum indecoris verbis lacessebant, nullo dicto & ictu prætermisso. Portæ quidem vrbis clausæ erant, & vectibus munitæ: linguæ verò, labiis tanquam portis apertis, & den-

Halcyonij dies sub tyrãnide, quales.

Portentosa res, tyrannũ ludis vacantem intueri.

Quarta Andronici tragœdia, cuius nomen Nicæa, seu Nicææ excidiũ.

Nulla salus bello, sed quid miseris ciuibus à tyranno crudelissimo est expectandũ? Dulce & decorũ est pro patria mori.

Illud verò improbādū, & perniciosum, verbis contumeliosis,& per iugulum reditutis, potiùs quàm ferro certare.

tibus tanquam pinnis emissæ, obscœnissimis dicteriis Andronicum lacerabant. Quibus inflammatus, animi dolorem celare non poterat. Mœnia Nicææ cocto latere constant, eáque firmitate sunt, vt vi aut non capi, aut difficulter posse capi videantur. Tum autem milites eò confluxerant, Andronico infesti: & Angelus Isaacius, qui euerso Andronico imperium occupauit: & Theodorus Cantacuzenus: accersita erant & Persica auxilia. Quæ cum omnia difficilem redderent expugnationem, & Andronicus diebus compluribus frustra obequitasset, non aliter quàm si præruptas rupes, & Arbela, aut mœnia Babylonis oppugnaret, aut sagittas in cœlum eiacularetur: obsessis fortiter repugnantibus, & arma armis, machinas machinis, quæ variæ ab Andronico, solertiam suam vrbes oppugnandi ostentante, excogitabantur, propulsantibus. Occultis enim portis erumpentes, arietes disturbabant & incendebant: & cum mœnibus admouerentur, similibus machinis, vt araneæ telas, perrumpebant. Quare Andronicus, cum sua consilia successu carere videret,

Propugnationis cōmodæ rationes, oppidum muro firmatū, intrepido milite & strenuo duce munitum.

Has frustraneas reddere conatur pertinacitas Andronici. Nihil enim nō audet vindictę cupiditas.

Et solertiæ ostentandæ gloriola, quā intrepidus animus territat.

κίων τῶν ὀδόντων ἐκπίπτουσαι, βολίδας αἰσχρορρημοσύνης ἠκόντιζον ἐς Ἀνδρόνικον. ὁ δὲ τοιούτῳ βλήματι καιρίως πληττόμενος, πῦρ ἀπέπνει θυμοῦ ἐκπυρηνίζον ἆσθμα τυφώνειον, οἷα μηδὲ στέγειν ἔχων τὸν ἔνδον τάραχον. ἐπεὶ καὶ πόλις ἡ Νίκαια αὐχεῖ μὲν καὶ τὸ ἐκ κραταιῶν τειχῶν ἀνάλωτον, ἢ δυσάλωτον γοῦν, ἐκ πλίνθου ᾠκοδομημένη πᾶσα ὀπτῆς. τότε δὲ καὶ στρατιωτῶν εἰς αὐτὴν εἰσρυέντων, ὁπόσοι ἀπεστύγουν Ἀνδρόνικον, καὶ τοῦ Ἀγγέλου δὲ Ἰσαακίου, ὃς μετ' Ἀνδρόνικον Ῥωμαίων ἐκράτησε, τῆς τυραννίδος παραλύσας Ἀνδρόνικον, καὶ τοῦ Καντακουζηνοῦ Θεοδώρου, καὶ Περσῶν ἐκ προσκλήσεως εἰσδεδεγμένων ἔνδοθεν, οὐκ ἀγαθὰ τοῖς πορθοῦσι τὰ τοῦ πολιορκεῖν ἐφαντάζοντο. πλείστας οὖν ἡμέρας παρειπωδύσας Ἀνδρόνικος, οὐδὲν ἤνυσεν. ἀλλ' αὔτικρυς ἐῴκει ὄρεσιν ἀποτόμοις προσφερόμενος, ἢ πετρῶν ῥαχίαις συμπλεκόμενος παραλόγως, καὶ πρὸς Ἄρβηλα καὶ τείχη διαμιλλώμενος Σεμιράμεια, ἢ βέλεμνα πέμπων πρὸς οὐρανόν. οἱ γὰρ ἔνδον ἐκθύμως ἐμάχοντο, καὶ ὅπλοις μὲν τὰς δι' ὅπλων ἀπεκρούοντο προσβολάς, μηχανῶν δὲ κατασκευαῖς ἀπηχρείουν τέλεον τὰ τῶν πετρῶν ἀφετήρια, ἅπερ ὁ βαθυνοῦς Ἀνδρόνικος ἐτεκταίνετο, τειχομάχα ἱστῶν βελοστάσιά τε καὶ ὀρυκτῆρας ἐπιτεχνώμενος, καὶ εἴ τι ἕτερον διαλύειν ἔχει περίβολον πόλεως, ἐργαζόμενος, καὶ φιλοτιμούμενος πρὸς τοὺς παρόντας, ὡς πολὺ τὸ κατὰ τὰς τῶν πόλεων ἁλώσεις ἐνδέξιον ηὔχησεν. ὁ μὲν γὰρ ἐπήγνυε τὰς ἑλεπόλεις, καὶ τὴν σφενδόνην περιειργάζετο, τὸν λύγον τε καὶ τὸν στρόφαλιν, καὶ τὸν τείχεσι πλήκτην κριὸν σιδήρῳ ἐφράγνυεν. οἱ δὲ τοτὲ μὲν ἀπὸ πυλίδων ἀδήλων ἐκθρώσκοντες τῆς πόλεως, πυρὶ παρεδίδοσαν, καὶ χερσὶ κατέσπων τὰ μηχανήματα· τοτὲ δὲ προσαγόμενα τείχεσι δι' ἑτέρων ὁμοίων ὀργάνων, ὡσεὶ καὶ ἀράχνης διέλυον νήματα, ὥστε καὶ Ἀνδρόνικος εἰς κενὸν χάζοντα ὁρῶν

τὰ

τὰ ἑαυτοῦ διαβούλια, ἐννοεῖ τι ἀπάνθρωπον, καὶ ὀλίγοις πάλαι καταπραχθὲν πολιορκοῦσί τε καὶ πολιορκουμένοις ἔξωθεν. τὴν γὰρ Ἰσαακίου τοῦ Ἀγγέλου μητέρα τὴν Εὐφροσύνην ἐκ Βυζαντίου ἀνακομίσας, νῦν μὲν ὡς πρόβλημα προυτίθει τῶν ἑλεπόλεων, νῦν δὲ τῷ κριῷ ἐπαναβάλλων ὡς ἐν ὀχήματι, προσῆγεν οὕτω τῷ τείχει τὸ μηχάνημα. τῷ τοι καὶ ἦν δακρύειν ἐν ταυτῷ καὶ θαυμάζειν· δακρύειν μὲν διὰ τὸ τοῦ ὁράματος καινότερον, καὶ τὸ τοῦ θυμοῦ πάντα ῥᾷον ποιεῖν, καὶ μηδεμίαν τῶν ξενακούστων, καὶ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἀλλοτρίων ἀποστελλόμενον πρᾶξιν· ἐκπλήττεσθαι δ᾽, ὅπως οὐκ ἐτεθνήκει τῷ δέει τὸ γύναιον, ἄνω τῶν μηχανημάτων καθήμενον, καὶ τοῖς τείχεσι τῆς πόλεως προσαγόμενον. ὅτε καὶ πρώτως τεθέανται ἄνθρωποι σαρκίον ἁπαλὸν καὶ τοῦτο γυναικεῖον εἰς ἔρυμα σιδήρου προβεβλημένον, καὶ τὴν τάξιν ἐνηλλαγμένην, καὶ μεταπηδῶσαν ἐς τὸ ἀνόμοιον, ὡς δέμας μὲν εὐπαθὲς καὶ ἀνθρώπινον τῶν ἀντιτύπων προσκεῖσθαι μηχανημάτων εἰς ἀποσόβησιν τοῦ χαλκὸν ἐγχρίπτειν χαλκῷ, σίδηρον δὲ προσεστελλόμενον ἀνθρώπου στόματι. τοῖς δ᾽ ἐκ τῶν τειχῶν οὕτως ἀτεχνῶς τὰ βέλη ἐφρένωτο, ὡς ἀφίεσθαι μὲν καθὰ καὶ πρότερον, καὶ πλήττειν τοὺς ἐπιόντας, καὶ καταπλήττειν, αὐτὴν δὲ τὴν εὐγενῆ γυναῖκα κακῶν ἀπαθεστάτην τηρεῖν, ὡς εἴπερ καὶ χερσὶ καὶ νεύμασιν ἐξ ἑαυτῆς μετῆγε τὰ βέλεμνα, εἰς δὲ τὰς τῶν ἀντιθέτων καρδίας αὐτὰ κατέπηξεν. οὐ μόνον τοίνυν ἐς οὐδὲν χρήσιμον τὴν ἀπάνθρωπον ταύτην ἐπίνοιαν καταλήξασαν εἶδεν Ἀνδρόνικος, ἀλλὰ καὶ νυκτὸς ἐξιόντες οἱ Νικαεῖς, τάς τε μηχανὰς πυρὶ παρεδίδοσαν, καὶ τὴν γυναῖκα διὰ μηρίνθου ἀνιμήσαντο, ἣ ὡς Ἅρπυιαι ἀνηρείψαντο· Ἀνδρόνικον δὲ ὡς Φινέα ἄλλον παρῆκαν ἄχθεσθαι, μὴ ἔχοντα ὅπη ἀντὶ τῷ θυμῷ παραθήσεται.

inhumanum facinus molitur, à paucis antè vſurpatum. matrem Iſaacij Angeli Euphroſynam, Byzantio accerſitam, nunc vt propugnaculũ machinis apponit, nunc ea arieti impoſita mœnia ferit, vt eodem tempore & ſpectaculi nouitas & iracundię immanitas à nullo ſcelere abhorrens, miſeratione: & muliérculæ tolerantia, non ipſo metu exanimatæ, in tanto tãque periculoſo impetu admirationem haberet. ac tum primùm videre mortales, teneram mulierculam defenſionis ergo ferro præpoſitam, ac mirabiliter inuerſo ordine, fragile corpus hominis firmiſſimis machinis adiunctum, vt qui ex iis pugnabant, incolumes manerent. Tela verò è mœnibus æquè ac prius, ſed tanta cautione iaciebantur, vt illæſa nobili muliere, quaſi illa nutibus & manibus iacula à ſe auerſa in hoſtium corda defigeret, hoſtes & ferirent & terrerent. Immane iſtud facinus adeò nihil Andronico profuit, vt Nicæenſes facta noctu eruptione, & machinas incenderent: & muliere, fune in vrbem attracta, eum tanquam Phineum ab Harpyis ſpoliatum, plorare ſinerent, non habentem quo famem iracũdiæ ſuæ expleret.

Iſaacij Angeli mater machinis impoſita. Inhumana facinora molitur crudelis bellator.

Et à nullo ſcelere abhorret iracũdia.

Mulierculæ tolerantia memorãda.

Bellũ à crudele principe illatũ rerum ordinẽ inuertit.

Mirãda propugnantium dexteritas.

Et felix eruptio, qua innocens mulier periculo eripitur, & ferox hoſtis pudore dãnóq; afficitur.

Magna laus, quæ ab ipsis hostibus tribuitur.

Ita Nicæenses ab ipsis hostibus laudem fortitudinis cōsecuti, maiores animos conceperunt, atque audaciùs pugnauerunt, non mœnia tantùm strenuè defendendo, & Andronicū dicteriis incessendo, vt lanium, canem sanguinarium, putre silicerniū, malum immortale, hominū Furiam, mulierosum, Priapū, Tithono & Saturno annosiorem: denique nullo turpissimæ rei vocabulo abstinendo, sed etiam relictis propugnaculis, portis erumpendo. Andronicum verò pallor vultus, & oculorum distorta acies, & crebra promissæ ac in cincinnos distinctæ barbæ implexio, ira esse percitum, & dolos struere Nicænsibus manifestè declarabant. Sed quia famem crudelitatis suæ saturare non poterat, vrbem sæpius eodem die corona cingebat: & vt vrsa catulis suis spoliata huc atque illuc transeundo, legiones suspiriis, tribunos verbis castigabat, quòd bellum segniùs administrarent, hostium congressum reformidantes.

Dicteria in crudelem & potentē hostem, miseris conuiciantibus tandem noxia.

Iræ violentissimæ indicia, & vindictæ cupidi principis visibiles notæ.

Simile elegantissimū.

3 At Cantacuzenus Theodorus, ætate atque audacia feruidus, cum Andronicum cum multis cohortibus & equitum turmis vrbem circumire vidisset, quasi numine afflatus Orientali porta cum paucis erumpit: perruptáque prima acie, hastam in Andronicum vibrat.

Theodori Cantacuzeni interitus occasio Nicææ dedendæ. Vide quantum conferat vrbi obsessæ fortissimi & sapientis ducis præsentia, quantum nocat absentia vel excessus.

καὶ κλέος ἐντεῦθεν μέγα ἐπ᾽ ἀνδρείᾳ παρὰ τοῖς ἐναντίοις κτησάμενοι οἱ Νικαεῖς, ἔτι μᾶλλον ἠῤῥενώθησαν τὰ φρονήματα, καὶ τῆς μάχης ἥπτοντο εὐθαρσέστερον. οὐκ ἀπὸ τῶν τειχῶν δὲ μόνον φαινόμενοι, ἔργα γενναῖα ἐπεδείκνυντο, καὶ Ἀνδρόνικον σκώμμασιν ἔπλυνον, μακελλάριον ἀποκαλοῦντες, καὶ κυνὰ φιλαίματον, καὶ σαπρόγηρον, καὶ κακὸν ἀθάνατον, καὶ ἀνθρώπων ἐριννὺν, καὶ φιλογύνην, καὶ Πρίαπον, Τιθωνοῦ τε καὶ Κρόνου πολυετέστερον, καὶ εἴ τι αἴσχιστον ἄλλο πρᾶγμα καὶ ὄνομα, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐπάλξεων, ὡς εἴρηκε τὸ λεγόμενον, καταπηδῶντες, διεξεχέοντο τῶν πυλῶν. Ἀνδρόνικος δὲ τῷ ὑποχλιαίνοντι τοῦ προσώπου, καὶ τῷ μὴ κατὰ φύσιν τοῦ βλέμματος, καὶ τῷ πολλάκις ὡς ἐν ἱστῷ ὑφαινούσης τῷ δακτύλῳ περιελίττειν τὸ κατακεχυμένον καὶ βοστρυχῶδες τῆς γενειάδος θυμομαχῶν προδήλως ἐδείκνυτο, καὶ δόλους ὑφαίνων κατὰ τῶν Νικαέων ἀμέλει. μηδὲ φέρειν ἔχων τὸ τῶν ἔνδον αὔθαδες, λιμώττων δὲ ὡς κύων δαυιτικῶς εἰπεῖν, ἐκ τοῦ μὴ ἔχειν τὸ καταθοινησόμενον, περιεκύκλου τὴν πόλιν τῆς ἡμέρας πολλάκις, καὶ ὡς ἠπορημένη ἄρκτος τῇδε κἀκεῖσε μεταχωρῶν, κατεστέναζε τῶν ταγμάτων, καὶ τοῖς ταξιάρχαις ἐπέπληττεν, ὡς δήπου βλακευομένοις περὶ τὸν πόλεμον, καὶ τὴν παράταξιν ὑπεκκλίνουσι.

3 Τολμητίας δ᾽ ὢν ὁ Καντακουζηνὸς Θεόδωρος, καὶ τῇ ἀκμῇ τῆς ἡλικίας ὅσα καὶ οἶνος ζέων νεωστὶ ληνοβατούμενος, ἰδών ποτε τὸν βασιλέα Ἀνδρόνικον τὴν πόλιν περιϊόντα μετὰ ἴλης συχνῆς καὶ εὐίππων ταγμάτων· ἐνθουσιωδῶς πλησθεὶς ὁρμήματος, καὶ διὰ τῶν ἑῴων πυλῶν ἀνακλιθεισῶν ὡς εἶχεν εὐθὺς ἐκθορὼν, ἑφεπομένων αὐτῷ καί τινων εὐαρίθμων, κατ᾽ Ἀνδρονίκου παίνει τὸ δόρυ διὰ τῶν προμάχων χωρῶν.

σφοδρῶ

σφοδροτέραν δὲ ποιούμενος τὴν ἐπέλασιν, καὶ συνεχῶς κεντρίζων τὸν ἵππον, καὶ βιάζων αὐτίκα ἵπτασθαι οὐχὶ φέρεσθαι, ὡς ἡ φύσις τοὺς πόδας ἐπέτρεψεν, ἔλαθεν αὐτὸν ἀπολαλεκώς. τοῦ γὰρ ἵππου κενεμβατήσαντος, καὶ κακῶς ὑπὸ βέλους παθόντος, κἀντεῦθεν ἐπὶ γόνυ κλιθέντος, τῆς ἕδρας ἀποβάλλεται ἐπὶ βρεχμὸν κάτω κάρα πεσὼν, καὶ τῶν μυῶν τῶν νωτιαίων παθόντων κακῶς, ἔκειτο ὀλιγοδρανέων σκοτοδίνης ὑποπλησθείς. κἀντεῦθεν ἐπιδραμόντες ξιφήρεις τῶν ἐξ Ἀνδρονίκου συχνοὶ ἀποδειροτομοῦσι τὸν Θεόδωρον, Ἀνδρονίκῳ δρῶντες τὰ καταθύμια. μετὰ μικρὸν δὲ καὶ τοῖς οἰκήτορσι τῆς Κωνσταντίνου ἡ τοῦ Καντακουζηνοῦ προσάγεται κεφαλὴ, κοντῷ μετέωρος ταῖς ἀγυιαῖς τῆς πόλεως ἐμπομπεύουσα. οἱ Νικαεῖς τοίνυν τὸν θαρσαλέον πολεμιστὴν καὶ ἄμαχον πρόμαχον ἀποβαλόντες, οὐ μικρῶς, ὡς εἰκὸς, ἐπωδύραντο τοῦτον πεσόντα, καὶ ἀθυμότερον διετέθησαν. βλέψαντες δὲ πρὸς τὸν Ἰσαάκιον Ἄγγελον, ἤθελον ὑπείκειν τούτῳ, καὶ ὡς σφῶν ἀρχηγῷ προσφέρεσθαι. οὗτος δὲ τὴν γνώμην ὑπόνωθρος ὤν, καὶ κατ' Αἰνείαν τῆς μάχης ἀφιστάμενος, ὡς ἔοικε, τὸ μέλλον εἰδὼς, καὶ τὴν ἀποκειμένην αὐτῷ βασιλείαν, ὡς ἐκεῖνος τὴν τοῦ γένους εὔκλειαν φανταζόμενος, οὐ περὶ πολλοῦ τὸν ἡγεμόνα ἐτίθετο. ἀμέλει τοι τὸ στρατιωτικὸν ὑπεκλυόμενον κατὰ βραχὺ τοῦ προθύμου, ἐς ξυμβάσεις ἤθελε χωρεῖν, καὶ τὸ γενναῖον ἐκεῖνο λῆμα, καὶ ἐνθεάζον ἀπέσβεστο τέλεον. σύνοδοι γοῦν κατὰ φρατρείας γινόμεναι, εἶχον ἐντραγῳδούμενα καὶ ὑπὸ πρὸ ὀφθαλμῶν παριστάμενα, ὅσα οἱ πολιορκηθέντες δεινότατα πάσχουσι. καὶ τὴν Ἀνδρονίκου δὲ κατὰ νοῦν ἀπήνειαν φέροντες, καὶ τὰς παντοδαπὰς κακώσεις ἀναπεμπάζοντες ταῖς φρεσὶν, ὅσας πείσονται πολέμου νόμῳ ἁλούσης τῆς πόλεως,

Sed dum maiore impetu fertur, & calcaribus ſubditis equum tantum non volare cogit: in exitium ruit. Nam cùm equus impegiſſet, & ex vulnere in genu concidiſſet: ſella excuſſus, & in caput præcipitatus, muſculis dorſi grauiter colliſis, oborta vertigine ſemianimis iacuit. Andronici verò milites ei caput amputant, alij etiam truncum in Andronici gratiam in fruſta diſſecant. Caput eius conto præfixum per vicos Conſtantinopolis circumlatum eſt. Nicæenſes, fortis bellatoris & inuicti propugnatoris interitu triſtes & conſternati: Iſaacio parere voluerunt. Sed is ſegniore ingenio præditus, euitata pugna, vt Æneas, & fortaſſe futurorum præſcius, ac in debitum ſibi imperium, vt ille in poſteritatis ſuæ nobilitatem intentus, ducatum non magnifecit. Milites quoque alacritate animorum paulatim exoleſcente, tranſactionem ſpectant, extincto penitus generoſo illo & penè diuino impetu. Itaque per contubernia conuentus agitari obſidionis ærumnæ velut oculis ſubiici. Andronici crudelitas animis obuerſari, varia tormēta in cōſpectu eſſe, ſi vrbs vi expugnata fuerit,

Iſaacius Angelus ad patē inclinat.

Ad maiora ille reſeruatus tunc onus ſibi delatum recuſat. Sunt prouidentiæ diuinæ rerū progreſſus occulti ſed certiſſimi.

Quoties vrbē vel Rempubl. vel priuatos ad deditionē vel aliam quamlibet duram cōditionem De° deducere decreuit,

incommoda quæcunque inde oriuntur homines nihili faciũt, sed fractis animis,& velato vultu, quo fata trahunt feruntur.

trepida re omnes veluti lepusculi, aliter quàm Cęneus. Is enim, vt est in fabulis, ex muliere vir factus est: illi à virili robore ad muliebrem molliciem degenerarunt, cũ nemo superesset, qui seruore suo frigus eorum foueret: vnà cum morte Cantacuzeni omni fortitudine, omni pugnandi alacritate emortua. Quibus rebus Nicænus Pontifex Nicolaus perspectis, necessitate in liberalitatem conuersa populũ monet, vt rebus & tempori seruiens, vrbem priusquam belli procellis demergatur, Andronico vltrò dedat. Videre se non commissurum Andronicum, vt vacuis manibus discedat, præsertim cum nihil sit quod eum ab obsidione abstrahat: & ipsi ciues vrbis custodia paulatim deserta, ad rem domesticam, vt tempore pacis, curãdam declinent. Eo consilio ab omnibus approbato, & commoda pacis vtraque manu amplexis, sacra veste indutus, & diuinis oraculis in manus sumptis, sacerdotes & omnem vrbanam multitudinem se sequi iussit, ne mulieribus quidem & pueris exceptis, sine vllis armis, supplices frondes manibus gestantes, apertis capitibus, nudis pedibus & manibus, nullo verè supplicum miserabili gestu prætermisso, submissa voce misericordiam flagitantes. Qui cum hoc modo vrbe effunderentur: Andronicus Imperator inexpectato spectaculo at-

Cordati & pacifici homines alios suo ingenio metiũtur: vnde frequentes & ingentes tragœdię.

Facilè est homines belli mole oppressos ad pacis ambiguæ imaginata cõmoda pertrahere. Quid enim plebs ex pendere potest?

Quid supplicibus autem à crudelitate ipsa aliud quàm cædes & lanienas expectãdum est?

κατέπτησσον ὡς λαγώδια, ἀπεναντίας τῷ Καινεῖ πεπονθότες. ὁ μὲν γὰρ ἐκ γυναικὸς εἰς ἄνδρα, ὡς ὁ μῦθος βούλεται, ἡρμόσθη· οἱ δὲ ἐξ ἀνδρῶν εἰς μαλακότητα γυναικείαν ἐξενευρίσθησαν, μηδενὸς ὄντος τοῦ διὰ τῆς οἰκείας θερμῆς ὁρμῆς εἰς ἔργα ἀρετῆς ἀναθάλποντος, ἀλλὰ πάντων μετὰ τοῦ τοῦ Καντακουζηνοῦ μόρου συνεκρεφθέντων τό τε θάρσος, καὶ τὸ περὶ τὰς μάχας ἀποθεμένων πρόθυμον. ἃ πάντα κατανοήσας ὁ τότε τῆς Νικαίας ἀρχιερεὺς Νικόλαος, τὴν ἀνάγκην ἐς τὸ φιλότιμον διατίθησι, καὶ δὴ τὸν λαὸν ἐκκλησιάσας, ὑποτίθησιν ἐνδοῦναι τῷ καιρῷ καὶ τοῖς πράγμασι, καὶ ἕως ἡ πόλις τοῖς κύμασι τῆς μάχης ἀβάπτιστος, ἐγχειρίσαι φέροντας Ἀνδρονίκῳ. ὁρᾶν γὰρ Ἀνδρόνικον μὴ ἄν ποτε κενοῖς ὅ φασιν ἐπαναζεύξοντα χεροῖν, ὅτι μηδ᾽ ἑπόμενά εἰσιν αὐτῷ τὰ ἀνθέλκοντα καὶ ἀντιπερισπῶντα ἑτέρωθι, καὶ αὐτοὺς δὲ κατὰ μικρὸν, καὶ τῆς φυλακῆς ἀφισταμένους τῆς πόλεως, καὶ πρὸς τὸ τῆς εἰρήνης οἰκουρὸν ἀπονεύοντας. καὶ ὡς εὗρε πάντας ἀγαθὴν τὴν παραίφασιν οἰομένους, καὶ ἀμφοτέραις τοῦ ἐκ ταύτης καλοῦ περιδραττομένους, τὴν ἱερὰν ἐρέαν ἐνδὺς, καὶ ἀνὰ χεῖρας τὰ θεῖα δεξάμενος λόγια, ἕπεσθαί οἱ τοὺς ζακόρους κελεύει, καὶ τὸ λοιπὸν τῆς πόλεως πλήρωμα, ὡς μηδὲ γυναῖκας ἢ νηπιάχους ἀπολειφθῆναι τῆς ἐξελεύσεως, πάντας γυμνιτεύοντας ὅπλου παντὸς, κλάδους ἱκετηρίους σείοντας, ἀκαλυφεῖς τὴν κάραν, ἀκρηπιδώτους τοὺς πόδας, τὰς χεῖρας λελυμένους τῶν ἱματίων, καὶ μηδὲν τὸν ὡς ἀληθῶς ἱκέσιον ψευδομένους, ἀλλὰ καὶ σχήμασιν ἐλεεινοῖς καὶ ὑφειμένοις φθέγμασιν ἐπισπωμένους τὸν οἰκτιζόμενον. καὶ οἱ μὲν οὕτω τῆς πόλεως ἐξεχύθησαν. ὁ βασιλεὺς δ᾽ Ἀνδρόνικος τῷ τῆς θέας ἀέλπτῳ καταπλα-

καταπλα-

καταπλαγείς, πολλάκις τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς ἀκριβῆ τῶν θεωμένων διεστάλλευεν ὅρασιν. ἀτεχνῶς γὰρ ὄναρ ἐδόκει βλέπειν τὰ τότε τελούμενα. ἐπεὶ δὲ ἀληθῆ τὴν ὄψιν, καὶ πρὸς μηδὲν πλανῶσαν εἶχε καταμαθών, τὸ τοῖς βασιλεῦσι προσῆκον ἐλευθέριον φρόνημα, καὶ τὸ τῆς γνώμης ἀκαπήλευτον παρωσάμενος, ὑπονοθεύει τὸν ἔλεον. καὶ τὴν λεοντῆν οὐκ ἔχων τετέως ἀνακαλύπτειν, τὴν ἀλωπεκῆν ὑποδύεται. καὶ τοίνυν οὐ μόνον τὸν ἀσμένως προσδεχόμενον πλάττεται, ἀλλὰ καὶ μικροῦ κατήχθη πρὸς δάκρυα. τοῦτο δὴ τὸ ἀρχαῖον Ἀνδρονίκῳ τῆς ἀληθείας συσκίασμα τῶν τῆς ψυχῆς κινημάτων προσκίασμα. πλὴν οὐκ ἐπὶ πολὺ τὸ δράμα ὑποκεινάμενος, ἀλλὰ μετὰ καιρὸν ἀποδὺς ὡς ῥάκια τὰ ἁπαλὰ, καὶ ὑπὲρ ἔλαιον λεῖα ῥήματα, ἐμφανῶς τοῖς Νικαεῦσιν ὑπέδειξε, καὶ μάλιστα τοῖς κατ' ἀξίωσιν, καὶ γένους σεμνότητα ὑπερέχουσιν. οἵαν ὁ γέρων ἐπιγουνίδα τρέφει ὀργῆς, καὶ ὅσον τὸν μετόπισθεν ὑποτύφων κότον, καὶ τὸ ἐχθραντικὸν καὶ μνησίκακον, εἰς καιρὸν ἐταμιεύχει τὴν ἀνταπόδοσιν. πολλοὺς τοίνυν μετέπειτα τῆς πατρίδος μετανάστας εἰργάσατο. τινὲς δ' ἀπὸ τῶν τειχῶν κύμβαχοι καταρριφέντες, οἰκτρότατον ὑπέμειναν θάνατον. τότε δὲ τοὺς Πέρσας ἀνασκολοπίσας κύκλῳ τῆς πόλεως, καὶ τὸν Ἄγγελον Ἰσαάκιον ἐπαινέσας ὧν ἔδρασε καὶ ὧν εἴρηκε, μὴ μόνον τοὺς ὀδόντας εἰς ὅπλα καὶ βέλη οὐ μεταποιήσας ἐπίσης τῷ Καντακουζηνῷ Θεοδώρῳ, ἀλλὰ κἀκείνῳ ἐπιπλήξας πολλάκις, κατὰ Χριστοῦ κυρίως θρασυστομοῦντι, καὶ ὡς ἐκ κουλεοῦ τοῦ στόματος μάχαιραν ὀξεῖαν τὴν γλῶτταν ἕλκοντι, καὶ χρηστῶν ἐμπλήσας προσδοκιῶν· τὸ δ' ἀληθέστερον εἰπεῖν, τὸν ἑαυτοῦ φονέα καὶ τῆς ἀρχῆς παραλύσοντα τρέφων κατὰ θεῖον, καὶ προθάλπων εἰς τὸν τῇ προνοίᾳ δοκοῦντα καιρόν.

tonitus, ſubinde huc atque illuc deflexit oculos, vt certius perſpiceret, quid rei eſſet. Nam planè ſomnium videre ſibi videbatur. Vbi verò animaduertit, ſe abſque errore rem veram cernere, repudiata liberalitate & cãdore digno Regibus, clementiam adulterat: & quia pellem leoninam tum proferre haud licebat, vulpinã induit: ſéque non modò libēter recipere ſupplices fingit, ſed vix à lachrymis temperat, quibus iam olim veritatem inuoluere, atque animum ſuum diſſimulare conſueuerat. Enimuerò fabula illa non diu acta, aliquanto pòſt ſimulatione depoſita, & mollibus oleóque lenioribus verbis omiſſis, Nicæenſibus, nobilitate præſertim & dignitate præſtantibus, oſtendit, quantum iræ æſtum animo celaſſet, dum ſe vltionis offerret occaſio. Multos enim in exilium egit, nonnullos de mœnibus miſerabiliter præcipitauit, & Perſas circum vrbem palis affixit. Iſaacium verò Angelum ob dicta & facta eius collaudauit, quòd Theodori Cantacuzeni maledicentiam nõ modò non imitatus eſſet, ſed etiam caſtigaſſet: ac ſpe bona impleuit, aut, veriùs vt dicam, percuſſorem ſuum & Imperij euerſorem, fato quodam & prouidentia numinis aluit.

Andronici degener animus & crudelitas in dedititios.

Clemẽtia virtus regia: immanitas verò, tyrannorum nutrix.

Tyrãnus vulpinam citò deponit, vt leoninã, qua ſola exultat, nõ ſine multorũ lachrymis & ſanguine, induat.

Iſaacius Angelus fouetur ab Andronico, iuſta numinis de crudelis illius ſupplicio iamiam cogitãtis ſententia.

Quinta Andronici tragœdia, cuius inscriptio Prusa, seu Prusæ excidium.

4 Ac illo Byzantiũ misso, Prusam transiit: munitóque versus meridiem vallo, quà ob planiciem adiri posse mœnia videbantur (nam aliæ partes vrbis rotundæ & præruptæ rupi impositæ sunt) postridie oppugnationẽ orditur. Machinis & viris operi intentis, ipse plurimas literas sagittis annexas, in vrbẽ iaculatur, quarum hęc sentẽtia erat: se eis defectionis dare veniam, si apertis portis reciperetur, & Theodorus Angelus, & circumforaneus Lachanas, & temerarius Synesius, (his enim titulis eos ornabat) eorúmque coniurati sibi traderentur. ídque diebus cõpluribus repetitũ est. Nam Prusaense bellum Nicæo nec fortitudinem militum, Imperatorios inuadẽtium, nec odiis in Andronicum, quæ & belli causa erãt, quicquam concedebat: & ipsa vrbs vndique pulchris turribus adornata, & robustis mœnibus, iisque versus Austrum conduplicatis, firmata est. Vnde cùm excursiones fierent, multi vtrinque cadebant. Sed quum hanc quoque vrbem Andronico dedi oporteret, & multos qui in ea erant, subactos, in cruciatum agi:

Stratagema Andronici vt Prusaenses ad deditionem pelliceret.

Vrget obsessos, ne de propugnatione ineãt cõsilium.

Varij enim defensionis modi oppugnantib. metum meritò iniiciunt.

4 Ἐκεῖνον μὲν ὀπίσω ἀποπέμπει πρὸς τὸ Βυζάντιον, αὐτὸς δὲ πρὸς τὸ τῶν Προυσαέων μεταβαίνει πόλισμα μετὰ τῶν ἑφεπομένων αὐτῷ στρατιωτικῶν τάξεων, καὶ δὴ κατὰ τὸ πρὸς μεσημβρίαν μέρος τῆς πόλεως βαλὼν χάρακα, καθὸ δὴ καὶ προσιτὸν ἐδόκει τὸ τεῖχος διὰ τὸ τοῦ χώρου ἰσόπεδον, μὴ ὡς ἡ λοιπὴ πόλις εἰς πέτραν καὶ περιφερὲς αἰρόμενον γήλοφον, καὶ ἀπότομον προφαινόμενον, τῇ ἑξῆς ἔχεται τοῦ πολιορκεῖν. καὶ αἱ μὲν μηχαναὶ, καὶ οἱ ἄνδρες οὐκ ἀέργως εἶχον, ἀλλ᾽ ἔδρων τὸ πρόσφορον· αὐτὸς δὲ Ἀνδρόνικος ῥέων τὸ λέγειν, ἀτράκτους βελῶν πετασίμους τιθεὶς λόγοις πτερόεσσιν, ἐπηφίει κατὰ τῆς πόλεως. ἦσαν δὲ ἃ ἐδήλου τὰ φερόμενα ἐκεῖνα διὰ βέλεα γράμματα, μεταβολῆς παραίφασις καὶ ἀμνηστία κακῶν, εἰ αὐτὸν μὲν εἴσω προσδέξονται, τὰς πύλας ἀναπετάσαντες· Θεόδωρον δὲ τὸν Ἄγγελον, καὶ τὸν ἀγοραῖον Λαχανᾶν, καὶ τὸν ἀσυνέτον Συνέσιον, ἵνα ταῖς αὐτοῦ ἐκείνου χρήσαιμι λέξεσι, καὶ οἱ τούτοις ὁμόφρονες θανάτῳ καταπροδώσουσι συσχόντες, καὶ τοῦτο ἐφ᾽ ἱκαναῖς ἡμέραις ἐποίει. οὐδὲ γὰρ ὁ κατὰ Προῦσαν συγκροτούμενος πόλεμος, τοῦ κατὰ Νίκαιαν συστάντος τὸ ἔλαττον ἀπεφέρετο, κατά τε ἀλκὴν ἀνδρῶν συμπλεκομένων τοῖς βασιλείοις τάγμασι, καὶ μῖσος τὸ ἐς Ἀνδρόνικον, ὃ καὶ τοῦ πολέμου αἴτιον ἦν. καὶ αὐτὴ δὲ ἡ Προῦσα καλλίπυργός ἐστι, καὶ ἰσχυρὸν περιβεβλημένη περίβολον, καὶ τοῦτον ἀμφίδυμον κατὰ τὸ κλίμα τὸ νότειον. ἐν ᾧ καὶ ἐκδρομαὶ πολλάκις τῆς ἡμέρας γινόμεναι, συνέπιπτον πρὸς ἄλληλα τὰ στρατεύματα, καὶ ἔπιπτον ἐξ ἀμφοτέρων συχνοί. ἐπεὶ δὲ ἔδει καὶ τὴν πόλιν ταύτην ὑποκύψαι τῷ Ἀνδρονίκῳ, καὶ τοὺς πλείστους τῶν ἐν αὐτῇ χειρωθέντας παθεῖν τὰ ἀνήκεστα, τοῦ τείχους τι ἀπελεπίσθη, τῇ ἑλεπόλει συνεχῶς δρυπτόμενον.

περὶ δὲ τούτῳ καὶ τὸ κατ᾽ ἐκεῖνο τὸ μέρος προσεπίκτισμα καὶ ἱμάντωμα τοῦ παλαιοῦ περιβόλου καταβληθὲν, φαντασίαν τοῖς ἔνδον παρέσχετο, ὡς τὸ τεῖχος ἅπαν ὁπόσον ἡ ἑλέπολις ἔτυπτεν, ἐπὶ γόνυ κλιθῆναι κατασεισθέν. θροῦς οὖν ἐπὶ τῷ γενομένῳ ἄσημος αἴρεται, καὶ δέος τὰς ἁπάντων ἐκταράττει καρδίας. ὅθεν μὴ περιεργασθέντος τοῦ κακοῦ, ἀλλ᾽ ὅλων καὶ πρὸς μόνον τὸν ἐκτιναχθέντων λίθων τὸν δοῦπον ἐναποψυξάντων τῷ δέει μικροῦ, ἔρημα μὲν τὰ τείχη τῶν ἐπ᾽ αὐτῶν ἀμυνομένων εἰάθησαν· αἱ δ᾽ ἀγυιαὶ εἶχον ἀλιζομένους ὡς ἐπ᾽ ἀμηχάνοις τοὺς ὑποκαταβάντας ἐκ τῶν τειχῶν, καὶ τὸ ἐντεῦθεν ἄνετος μὲν τοῖς πολεμίοις ἡ διὰ πυλῶν καὶ τείχους κλιμάκων ἐπενηνεγμένων εἰς τὴν πόλιν εἴσοδος. αὐτοῖς δὲ τοῖς Προυσαεῦσι καταλαμβανομένοις ἀνηλεὴς ἀναίρεσις, καὶ τῶν προσόντων διαρπαγὴ, καὶ τῶν βοσκημάτων κατακοπὴ, ἃ κατὰ πῶυα καὶ ὅλα βουκόλια εἰσηλάθησαν, ὡς ἔχοιεν ὅθεν τραφήσονται οἱ ἐντὸς, ἐπιτεινομένης τῆς πολιορκίας. καὶ τότε μὲν ἐν τοιούτοις ἦσαν δεινοῖς τὰ πελώμενα. ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ βασιλεὺς Ἀνδρόνικος εἰσεληλύθει τὸ πόλισμα, καὶ ἐνηυλίσατο ἔνδοθεν, οὔθ᾽ ὡς βασιλεὺς πρᾶος καὶ σώζων, ὑπηκόοις οὖσι πάλαι, καὶ αὖθις ἐσομένοις, κἂν πρὸς καιρὸν ἀπέστησαν, τοῖς Προυσαεῦσιν ἐχρήσατο, οὔθ᾽ ὡς ὁμοφυέσιν ἀνδράσιν ἡμέρως προσενήνεκται· ἀλλ᾽ ὡς ἀρχικὸς καὶ θὴρ ἀπόσιτος ἱκανῶς ἀσηκώτοις περιαπεσὼν καὶ ἀποιμάντοις θρέμμασι, τῶν μὲν αὐχένα κατέαξεν, ἄλλων δ᾽ ἐλάφυξεν ἔγκατα, καὶ ἄλλως ἔθετο χειρίστως ἑτέρων, τὰ δὲ λοιπὰ κρημνοῖς καὶ ὄρεσι καὶ βαράθροις διασπαράττοντα παρέπεμψεν· οὕτω καὶ τότε βασιλεὺς Ἀνδρόνικος μὴ προηγησαμένης ὁμολογίας τε καὶ σπονδῆς μετὰ τοῦ τῶν Προυσαέων πληρώματος, ἢ ἑκουσίας προβάσης παραδοχῆς, ἀλλὰ πολέμῳ

pars muri quædam crebris arietum ictibus labefactata, & muro veteri adiūcta crepido proſtrata, opinionem obſeſſis attulit, murum vniuerſum, quē machina feriebat, corruiſſe. Rumor igitur confuſus tollitur, omnibus territis, nec malum datum accuratiùs explorantibus, ſed ad ſonitum duntaxat excuſſorum ſaxorum metu pene exanimatis: mœnia deſtituta ſunt à defenſoribus, & vici vrbis trepidis eorum diſcurſationibus repleti. Inde ſcalis appoſitis, muróque ſuperato, portis apertis liber vrbis ingreſſus hoſti patuit. Pruſaenſes, direptis ædibus, crudeliter interfecti, & pecudes mactatæ, quarum greges & armēta in vrbem coacta erant, vt ducta obſidione haberent vnde viuerent. Quæ dum fiebant, vrbē ingreſſus Andronicus, non vt clemens Imperator, & eorū qui & olim ſubditi fuerant, & rurſus futuri erant, quamuis ad tempus defeciſſent, conſeruator, Pruſaenſes tractauit: nec vt hominum, qui iiſdem elementis conſtent, rationē habuit: ſed vt famelicus leo incuſtoditos greges adortus, aliis colla frangit, aliarum viſcera deuorat, alias aliter miſerrimè conficit, reliquas in mōtes & prę-cipitia agit: ita tum Andronicus, quòd Pruſa non deditione, ſed vi potiùs erat, plurimos peſſimo exitio

At mundi in dex populos principibus ſæuis caſtigā dos tradit, aliique alios cōficiunt: vt in iſtis ſuppliciis ſummi illius rerū arbitri ſeueritas eluceat.

Vrbis vi captæ, & populi metu cōſternati facies, ac luctuoſiſſimus ſtatus.

Andronici in Pruſaēſes crudelitas.

Quid miſerius quàm in ſæuiſſimi tyranni manus incidere?

mẽto, eiusdẽ mensis die x v. Neque verò durante bello duntaxat Thessalonicenses grauissimè sunt afflicti, sed nec eo finito fortunam æquiorem habuerunt, aut victores clementiores sunt experti: qui non contenti, expulsis dominis ædes & omnia quæ in iis erant, sibi vendicare, etiam vestes eis rapuerunt, ne interulis quidem relictis, quibus ea tegerentur, quæ natura tegi voluit: nec frustum panis dominis impertiebant, quorum bona occuparant. sed Barbari sedentes in ædibus comessabantur, & per luxum ea absumebant, quæ possessores veteres magnis laboribus comportarant: ac tum in triuiis ieiuni & nudi oberrabant, qui dudum lautis vestibus induti fuerant: lectum habebant terram, tegumen cœlum, fimeta pro stragulis: & quod hæc omnia superat, & ad ipsum vsque cor penetrat, non licebat prioribus dominis ædes ingredi. Quòd si quis fecerat, aut saltem introspexerat: statim inclementer in eam pertrahebatur, & subinde causam rogabatur, cur eò ingressus esset, aut introspexisset, aut limen atrij calcasset? ac multis plagis acceptis, pecuniam dare cogebatur, quã illic occultasse putabatur, eáque de causa perlustrasse domum, metuens, ne sublata, aut ea parte ædium in qua lateret, accuratiùs perquisita, ab hostibus inuenta esset,

Militum licentia in victos.

Dominos ædibus expellunt.

Facultatibus omnibus spoliant.

Ad esuriem adigunt.

Spoliatorum diuitias dilapidant.

Victos ad inopiam lugendã deducũt.

Ædium dominos, si ad eas lustrãdas accedũt, verberant, excarnificant.

Miſeros pecunia emunctos, grauioribus cruciãt tormentis.

aut ipſe diligentiùs eam occultare vellet. Sæpe autem factum eſt, vt qui id dederat, quod prouiſa migratione ſua abdiderat: nihilo minus flagris cæderetur, & grauioribus tormẽtis cruciaretur, vt plura recondita indicaret. Alius qui nihil dabat, ſed ſe, vt nunc, ita prius etiam fuiſſe pauperem, patriæque domus, aut magnis ſuis ſumptibus extructæ deſiderio à propoſita via vel inuitum abſtractum eſſe affirmabat, vt ſuas poſſeſſiones ſimul & ſpectaret & deploraret, ne is quidem miſericordiam inueniebat: ſed in cruciatum abreptus, & pede ſuſpenſus, ſubiectis paleis incenſis fumo torrebatur, concacabatur, verubus latera pungebatur: & aliis ſexcentis pœnis exagitatus, aut in ipſa excarnificatione animam exhalabat: aut ſemianimis pede extra ædes tanquam purgamentum extractus, ſub dio in plateis iacebat.

Nihil numerantes, inauditis tormentis, immaniter exagitãt.

Pœnis horrendis exanimatos, tanquam purgamenta in plateis proiiciunt.

9 Quid? Tali benignitate Siculi veteres ædium dominos tractabant: cæteris verò qui ædes ſuas vt inferni fauces, aut Creticum Labyrinthum, aut Ceadam Laconicum præteribant, humanitatis aliquid tribuebant? Minimè verò. Nam vnde illis talis affectus, qui feris immaniores, ignorant quid ſit miſericordia, & cladibus hominum delectantur? Canes quidem inuenias

Aliorum ſine lare, ſine ſede, ſine tecto, per vicos miſerè vagãtium pauperiem, nullo cordis, oculi aut linguę humano affectu, vel tantillum ſubleuant.

Sed feris ipſis immaniores apparẽt.

τὴν αὐτῶν διατεθέντας ἀνεύρεσιν, ἢ αὐτοὶ ἀσφαλέστερον, ὡς εἴησαν ἀφανῆ. καὶ διδοὺς οὖν τις πολλάκις ὅπερ συνέστειλε τῶν ἐκ τοῦ δώματος αὐτοῦ προφερόμενος ἄπαρσιν, οὐδ᾽ οὕτως ἠλλοτριοῦτο τῆς μαστιγώσεως, ἀλλὰ πλείους αὐτῷ ἐπετείνοντο αἱ πληγαί, καὶ πολυειδέστεραι αἱ βάσανοι ἐπήγοντο, ἵνα καὶ πλείω τὰ ἀποθησαυρισθέντα ἐκφήνειε· καὶ μὴ παρέχων δέ τις ἕτερος, ἀλλὰ πένεσθαι καὶ νῦν ὡς πρὶν διατεινόμενος, καὶ φάσκων ὡς πόθος πατρῴου οἰκήματος, ἢ πολλαῖς ὑπ᾽ αὐτοῦ δαπάναις ἀνεγερθέντος, παρενεγκὼν τῆς προκειμένης ὁδοῦ, καὶ ἄκοντα ἐπεσπάσατο, θεατὴν ἅμα καὶ θρηνητὴν τοῦ οἰκείου ποτὲ κτήματος ἀναδείξας, οὐδ᾽ οὕτως εἶχε τὸν ἐλεοῦντά τε καὶ λυτρούμενον, ἀλλὰ στρεβλούμενοί τε καὶ αἰκιζόμενοι, κἀκ τοῦ ποδὸς ἀπαιωρούμενοι, καὶ ἀχυρμιᾷ κάτωθεν ὑποβεβλημένοι, καὶ ἀναπτομένῳ πυρὶ καπνιζόμενοι, τό, τε στόμα μινθούμενοι, καὶ τὰς πλευρὰς κεντούμενοι βέλεσι, καὶ μυρίας ἄλλας κολάσεις ὑφιστάμενοι, ἢ ἐν τῷ ταῦτα πάσχειν ἐξέρρηξαν τὴν ψυχήν, ἢ ἡμιθνῆτες ἑλκόμενοι τοῦ ποδὸς ὥσπερ τι τῆς οἰκίας ἐξεφέροντο ἀποσάρωμα, κἂν ταῖς πλατείαις προὔκειντο ἄθλιοι.

9 Τί δέ; ἀλλὰ τοιούτοις μὲν φιλοφρονήμασιν ἐδεξιοῦντο τοὺς πάλαι τῶν δόμων κυρίους οἱ Σικελοί, καὶ ἐθεράπευον· τοὺς δὲ λοιποὺς ὅσοι τὰς αὐτῶν οἰκίας παρέτρεχον, ὅσα καὶ ᾅδου στόμια, ἢ λαβύρινθον Κρητικόν, ἢ Καιάδαν Λακωνικὸν ἡμέρως προσίεντο, καὶ μετόχους ἐποίουν ἧστινοσοῦν φιλανθρωπίας; οὐμενοῦν οὐδαμῶς· ποῦ γὰρ τοιοῦτόν τι παρ᾽ ἐκείνοις ἀγριωτέροις οὖσι θηρῶν, καὶ ὅλως ἠγνοηκόσι τί ἐστιν ἔλεος, καὶ ταῖς ἀνθρωπίναις συμφοραῖς ἐπιχαίρουσι; καὶ κύνες ἐστὶν

ὅπη

ὅπη τῶν ἐπικαταλαμβανομένων ἀπέχοντο, οὐδ' ὀδοῦσιν αὐτοὺς παρελύπησαν, ἀλλ' εἰς τὸ γόνυ ὤκλασαν οἱ καταδιωκόμενοι, παρῆκαν οὗτοι τὸ ὑλακτεῖν, καὶ εἰς μάτην αὐτοῖς ἑκοῦσιν ὥσπερ ἀπετελεύτησε τὸ χανεῖν. οἱ δὲ τοσοῦτον ἀπεῖχον τοῦ οἰκτείρειν οὓς τῶν ὄντων ἐστέρησαν, καὶ ὧν τὰς οὐσίας κατεδαπάνων μετὰ πορνῶν, ἃς καὶ περὶ πλείστου ἐτίθεσαν εἰς τὰς αὐτῶν ἐξοχὰς ἐκκλίνοντες, καὶ ὑφ' ὧν μικροῦ καὶ κονδυλιζόμενοι ἔφερον, οἱ πᾶσαν τὴν Ῥωμαίων κομπάζοντες καταλήψεσθαι ὡς ἔρημον νοσσιὰν, καὶ συλλαβεῖν ὡς ἐγκαταλελειμμένα ᾠὰ, ὥστε καὶ εἰς γέλωτα τὴν γυμνιτείαν ἐτίθεσαν τῶν πολλῶν, καὶ ἀτάκτῳ καγχασμῷ συνεβράσσοντο ἡνίκα τις παρῄει ἐκτεταριχευμένος ἀπασίᾳ, ᾠδηκὼς τὴν γαστέρα, τὴν ὄψιν ὕπωχρος καὶ νεκρώδης ἐκ τοῦ λαχάνοις ἐνευωχεῖσθαι, καὶ μόνοις ἐνεορτάζειν βότρυσιν, ἐκ τῶν ἐκεῖ που ἀμπελώνων σὺν δέει συλλεγομένοις· οὕτω δ' ᾤκτειρον τοὺς διερρωγόσι περιβλήμασι κεχρημένους, καὶ περιστέλλοντας ψιάθῳ ἃ κρύπτειν χρεὼν μέρη τοῦ σώματος, καὶ ταῖς τῶν σχίνων ἐκφύσεσιν εἰς πλέγμα συνεστραμμέναις τὴν κεφαλὴν συσκιάζοντας, ὡς μετὰ μειδιάματος καὶ σεσηρότος σχήματος ἐν τῷ κατὰ τὴν πορείαν συναντᾶν ἀλλήλοις, ἀμφοτέραις λάζεσθαι τῶν γενείων, καὶ τοῦ τῆς κεφαλῆς τριχώματος ἅπτεσθαι. καὶ ταῦτα μὲν λέγειν εἶναι κακὰ, ἐς τὸ λάσιον καὶ καθειμένον τοῦ πώγωνος ἀποσκώπτοντας, τὴν δὲ κεφαλὴν δεῖσθαι τοῦ ἀποθερισθῆναι κατ' αὐτοὺς περιτρόχαλα. ἔστι δ' ὅτε καὶ μετὰ δοράτων μελίνων ἔφιπποι τὴν ἀγορὰν διϊόντες, ἐς τοὺς κατ' ὄψιν ταλαιπώρους τὸ δόρυ κραδαίνοντες ἀνέτρεπον. εἰ δὲ καὶ ἰλὺς ἢ βόρβορος ἐγγύς που παρέκειτο κατ' ἐκεῖνο τὸ μέρος τοῦ λεωφόρου, αὐτοὺς ἐνέβαλλον, ὡς οὐκ ἀποτελεστικὸν ἀγα-

qui captis parcant, vltrò hiatu oris, morsu & latratu represso, si ij quos persequuntur, in genua procubuerint. Isti autem, tantum aberat vt eorum miseresceret, quos omnibus opibus spoliarant, & quorum rem familiarem cum scortis consumebant, quæ consectabantur, maximique faciebant, vt penè a lapis ab eis cædi se paterentur ij, qui se omne Romanorum imperium, vt desertum nidum occupaturos, & vt oua derelicta sublaturos iactabant. Nuditatem verò hominum ridebant, & cachinnis concutiebantur, si quis præ fame, macie confectus, aut tumefacto ventre, pallida & liuida facie ex holerum aut vuarum victu, ex proximis vineis cum periculo collecto, preteribat. Ita porrò miserabantur eos qui laceris vestibus vtebantur, aut arborum corticibus pudenda velabant, aut è viminibus contextis pileolis capita tegebant, vt cum risu & ludicro gestu, obuiorum barbas & capillos ambabus manibus comprehenderent, ac hirtas & promissas illas barbas malas esse, capillis verò opus esse dicerent vt ipsorum more in orbem tonderentur. Aliquando in equis forum perambulantes, fraxineis hastis miseros prosternebant, in fimum: aut lutum potissimùm, si quod in via iacebat, seu occursum eorum vt ominosum detestan-

Ita tamen, vt qui alios vicerant, & toti Græciæ minabâtur, turpissima ratione scortorũ iugum subirent.

Iactabundi illi ergo victores nudos esurientes & fame oppressos victos cachinnis prosequuntur.

Cum risu & ludicro gestu obuios petulanter excipiunt.

Barbas & capillos euellũt miseris.

Fraxineis hastis eos in fimum prosternunt.

Vitam ægrè ſuſtentantiũ patellas euertunt.

tes, ſiue eadem via illos incedere moleſtè ferentes. quòd ſi in Romanos incidebant, pane ſiligenio, aut alio quopiam cibo veſcentes, patellas per ludibrium euertebant: impulſáque menſa, cõuiuium perturbabant: neque ſuo tempore, acerbo pane frui ſinebant, aut vappam vel aquam immundam tranquillis animis bibere. Ad hæc, impudentiſſimi ſanniones ac Dei contemptores inclinati, attractis veſtibus podices in comedẽtes conuertebant, & cibis proximi oppedebant: quidam etiam tanquam per ſiphonem recrementa ventris in cibos & facies exulantium eiaculabantur. in puteos mingebant, vnde poſtea aquabantur: eodémque vaſe, nulla lotione adhibita, nunc pro matula, nunc pro calice vtebantur. Chriſti miniſtros in primogenitorum album relatos, adeò non, vt decuit, venerabantur: nec editis per eos miraculis mouebantur, quibus Chriſtus eos remuneratur, qui ſuis membris ipſi honorem habuerunt: vt vnguentum, quod ex celeberrimi martyris Demetrij monumento ebullit, cadis & lebetibus hauſtum, patellis piſcium infunderent, eo calceamenta vngerent: & ad cætera miniſteria, quibus o-

Et obſcœniſſima quęque patrare audent, vt oppreſſis nihil niſi dolor ignominioſiſſimus remaneat. At turpiſſimis & ſceleratiſſimis iſtiuſmodi latronibus horrẽda imminẽt probra atque ſupplicia æternùm duratura.

Vnguentum ex Demetrij martyris ſepulchro ebulliens, à Siculis ad profanos vſus applicatur.

θοῦ τινὸς συνάντημα ἐκτρεπόμενοί τε καὶ μυσαττόμενοι, ἢ τὴν αὐτὴν ἐκείνοις δυσαναχετοῦντες πορεύεσθαι. ἐσθίουσι δὲ Ῥωμαίοις ἄρτον ὀλυρίτην, ἤτι ἕτερον ἐδώδιμον ὁπόσα συνιστᾷν σῶμα τὸ ἀνθρώπινον ἔχουσιν, ἐφιστάμενοι, ἀνέτρεπον τὰ τρυβλία ἐμπαίζοντες· καὶ τὴν τράπεζαν λάξαντες, συνέχεον τὴν ἑστίασιν, καὶ οὐκ εἴων κατὰ καιρὸν τὸν τῆς ὀδύνης ἄρτον προσίεσθαι, ἢ τὴν κύλικα μεθ' ἡσυχίας προσενέγκασθαι, ἐκτροπίαν οἶνον κιρνῶσαν, ἢ ἐξ ὕδατος λακκαίου δεξιουμένην, καὶ τὸ δίψος παύουσαν· οἱ δ' ἀναιδείας πληρέστατοι καὶ γελοιασταὶ, καὶ τὸ θεῖον δεδιότες μηδοπωστιοῦν, κατακύπτοντες ἐς ἱκανὸν, καὶ τὰς πυγὰς καὶ ὅσα περιστέλλουσιν ἄνθρωποι τῇ ἀνελκύσει τῶν ἐσθήτων ἀπογυμνοῦντες, τὸν πρωκτὸν ἐς αὐτοὺς ἔτρεπον, καὶ τῶν σιτίων γινόμενοι ἔγγιστα, ἀπέπερδον δριμύτερον γαλῆς οἱ ἀβέλτεροι. ἔστι δ' ὅτε καὶ τὰ τῆς γαστρὸς λύματα ὡς διὰ σίφωνος τῆς ἕδρας ἀκοντίζοντες, ἔχραινον τὰ ὄψα, καὶ κατὰ τῶν προσώπων ἐνίους ἐμόλυνον, ἐνούρουν τε τοῖς φρέασι, καὶ ἐξ αὐτῶν ἐσέπειτα τὸ ποτὸν ἀνιμώμενοι προσεφέροντο, καὶ τὸ αὐτὸ παρ' αὐτοῖς ποτήριον, ὡς ἀμὶς καὶ οἰνοχόη πρὸς ἄμφω ἦν ἐπιτήδειον, μὴ πρότερον βαπτιζόμενον, τόν τε καταποθησόμενον οἶνον καὶ τὸ ὕδωρ εἰσεδέχετο, καὶ ἔστεργεν ὁμοίως τὸ ἐκ τοῦ σωματικοῦ κρουνοῦ ἀποχεόμενον περίττωμα· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀπογεγραμμένους ἐν πρωτοτόκοις θεράποντας Θεοῦ οὔτε τιμᾶν ᾔδεσαν, καὶ τοῖς δι' αὐτῶν τελουμένοις προσεῖχον θαύμασι, καὶ ἐξεπλήττοντο τὰ ἐξαίσια καὶ καινὰ θεάματα, δι' ὧν δοξάζει Χριστὸς τοὺς αὐτὸν τοῖς οἰκείοις δοξάσαντας μέλεσιν, ὥστε καὶ τὸ ἐκ τῆς σοροῦ τοῦ ἐν θαύμασι καὶ ἐν μάρτυσι διαβοήτου Δημητρίου ἀναδιδόμενον μύρον, κάδδιοις καὶ λέβησιν ἀρυόμενοι ταῖς τῶν ἰχθύων λοπάσιν ἐνέχεον, καὶ τὸ τοῦ ποδὸς σκῦτος ταῖς μυραλοιφαῖς ἐλίπαινον, καὶ πρὸς τὰς λοιπὰς ὑπηρεσίας ὅσας παρὰ

τὸ

τὸ ἔλαιον διατίθησι, χύδην καὶ ἀσώτως ἐκέχρηντο. τὸ δὲ ὡς ἀπὸ πηγῆς προϊὸν ἀκενώτου, ἢ ἐξ ἀβύσσου ἀναβάλλον, ἐπέρρεε πλησμιώτερον, καὶ ὑπερεξεχεῖτο καινοπρεπῶς, ὡς καὶ τοὺς βαρβάρους αὐτοὺς διὰ θαύματος τίθεσθαι τὸ ὁρώμενον, καὶ τὴν χάριν ἐκπεπλῆχθαι τοῦ χριστομάρτυρος, ἣν θεόθεν εἴληχεν. εἰ δὲ καιρὸς ὑμνῳδίας, ὁμηγερέας ἐτίθει κατὰ τοὺς νεὼς τοὺς Ῥωμαίοις, οὐδὲ τότε σφῶν ἀπείχοντο οἱ ἀπαίδευτοι τοῦ στρατεύματος, ἀλλὰ προσιόντες ὡς συνεκκλησιάζονται σφίσι, καὶ συνθύσωσι Θεῷ θυσίαν αἰνέσεως, τοῦ μὲν ποιεῖν τοιοῦτόν τι ἀφίσταντο. λαλαγοῦντες δὲ πρὸς ἑαυτούς, καὶ ταῖς ἀσήμοις φωναῖς διαρρηγνύμενοι, ἢ καί τινας τῶν Ῥωμαίων διά τι συμπεσὸν πρὸς βίαν ἄγχοντες, καὶ πράγματα παρέχοντες, συνέχεον τὸν ὕμνον, καὶ ἦσαν οἱ ψάλλοντες ἄντικρυς ἐπὶ τῆς ἀλλοτρίας ᾄδοντες, καὶ οὐχ ὡς ἐφεστῶτες τεμένει Θεοῦ. πολλοὶ δὲ καὶ ἀντᾴδοντες τοῖς ἀλαλάζουσι κυρίῳ, ᾄσματα ἠφίεσαν πορνικά, καὶ κυνηδὸν ὑλακτοῦντες, ἐνέκοπτον τὴν ᾠδήν, καὶ ὑπερεφώνουν τὴν εἰς Θεὸν ἱκετήριον· καὶ ταῦτα μὲν (ὡς ἐκ πολλῶν ὀλίγα εἰπεῖν) οἱ Θεσσαλονικεῖς πολιορκηθέντες ἔπαθον, ἃ καὶ εἰς ἰδικήν τινες ἀπέτεμον συγγραφήν, καὶ τὴν ἱστορίαν ἐς τὸ πολύστιχον ἐφακέλωσαν. ἐπεὶ δὲ ὁ ἐν ὑψηλοῖς κατοικῶν, καὶ τὰ ταπεινὰ ἐφορῶν, διέκυψεν οὐρανόθεν. καὶ οὐδένα τῶν αἰχμαλωτευσάντων ἑώρακε συνιέντα ἢ ἐκζητοῦντα Θεόν, ἀλλὰ πάντας ἀχρειωθέντας, καὶ πρὸς ἔργα ἐκκλίναντας ἄθεσμα, ἐδικαίωσεν αὐτοὺς μὲν ἐκμυκτηριεῖν, ἐκτρίψαι τε καὶ ταράξαι τῷ οἰκείῳ θυμῷ, τὴν δὲ τοῦ οἰκείου λαοῦ κατοικτεῖραι κάκωσιν, καὶ τούτοις ἐλευθερίαν βραβεῦσαι, ἐν τῷ προσχεῖν ἀκηδιῶντι πνεύματι, καὶ καρ-

leum vſui eſt, temerè & nequiter abuterentur. Id verò vt è fonte inexhauſto prodiens, aut ex abyſſo ſcaturiens, copioſius affluebat, & noua ratione exundabat, vt & Barbari vnum id mirarentur, & gratia martyri diuinitus conceſſa obſtupeſcerēt. Quòd ſi Romani ad canendas Dei laudes in templis conueniebant, ne tum quidem à militari inſolentia immunes erant. Nam importuniores ex iis, per ſpeciem vnà canendi & laudādi Dei, ingreſſi, vociferabantur inter ſeſe, & confuſis clamoribus rumpebantur, aut obtorto collo Romanis aliquibus ob fortuitum aliquem caſum arreptis, cantiones turbabant, vt cantores planè in aliena terra canerent, non vt in templo Dei. Multi quoque ex aduerſo meretriciis canticis, & caninis latratibus hymnos turbabant, & Dei celebratores clamores ſuperabant. Atque hæc pauca de multis, quæ Theſſalonicenſes in vrbis expugnatione ſunt perpeſſi, à nonnullis peculiari ſcripto prolixè commemorata, exponere viſum eſt. Poſtquam verò is qui in excelſo habitat, & humilia intuetur, è cœlo proſpexit, neque illum hoſtem & victorem Romanorū intelligere aut quærere Deum vidit, ſed omnes inutiles eſſe factos, & nefariis rebus deditos: ſubſannare eos inſtituit, ac perturbare & excindere, iuſta indignatione cō-motus, & tam crudeliter afflictis clementer libertatem reſtituere, mœſti

Martyri gratia diuinitus conceſſa effe ram militum audaciā obſtupeſcere cogit.

Petulantia militaris deteſtanda.

Impietas horrenda.

Deus tādem è cœlo proſpectat, maximè verò quū hominū impietas ad cumulum peruenit.

spiritus & contriti cordis misertus. Propter electos igitur, vt arbitror, acerbitates illas diutius grassari non passus: & quæ Babyloniis minatus erat olim, quòd Sionis nihil miserti, filios eius delicatos & filias in seruitutem abduxissent, momento temporis istis intulit, vt misericordia eius mirabilis, tum si vnquam aliàs celebraretur, martyrum vt arbitror precibus & Thessalonicensis Pontificis exorati. Is erat eloquentia & virtute celeberrimus Eustathius, qui & prudentia, & vsu rerum mirabili præditus, & doctrina profanarum & sacrarum literarum vberrima cęteris omnibus antecellebat, eáque velut insigni & peculiari nota prædicabatur. Qui cum mallet cum grege suo affligi, quàm mercenarios imitari, qui lupis aduentantibus grege deserto aufugiunt: quamuis dum hostes adhuc expectabantur, necdum vrbem circumsederant, discedere licuisset: id sibi minimè faciendum censuit, quòd sua præsentia nimirum multos conseruaturus erat: sed vltrò in vrbe tanquam carcere inclusus, ærumnas omnes vnà tolerare non destitit, tum suo exemplo persuadendo, tum monendo, Dei verbera, vt benigni patris castigationem, æquis animis ferenda, & ab eodem medicinam expectandam esse. Nam *si sæpè, vt ait, percutere, at sæpissimè etiam mederi consueuit: præsertim si quis leniter*

Nec enim propter electos suos acerbitates summas continuò grassari patitur.

Tot indignis modis vexati ciues innocentes, verè sunt Dei martyres, quorũ vt & pij episcopi preces atque lachrymas clementissimus pater cœlestis exaudit.

Episcopi Orthodoxi & reipsa pastoris imago.

Non licet pastori fugere, quàdo gregi periclitanti potest ferre auxilium.

In eiusmodi periculis & cladibus boni pastoris officium.

δίαν μὴ ἐξουθενῶσαι συντετριμμένα· κολοβοῖ τοίνυν, ὡς οἶμαι, διὰ τοὺς ἐκλεκτοὺς τὴν χρονικὴν τῶν ἀποδυκταίων παράτασιν· καὶ ὅσα τοῖς Βαβυλωνίοις διηπείλησε πρότερον οὐκ ἐλεήσασι τὴν Σιών, καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτῆς τοὺς τρυφεροὺς, καὶ τὰς θυγατέρας ἐν ἀπαγωγῇ καὶ αἰχμαλωσίᾳ, ταῦτα καὶ αὐτοῖς ἐν ἀκαρεῖ ἐπήνεγκε· καὶ ἐνδοξάζεται κύριος ὡς οὐδέποτε, ἐφ' οἷς τὸ τηνικάδε καιροῦ τὸ οἰκεῖον ἔλεος ἐθαυμάστωσε. μαρτυρικοῖς, ὡς ἔοικεν, ἐπικαμφθεὶς λιτασμοῖς, καὶ δι' εὐχῆς ἐπακουὸς γινόμενος τοῦ τῆς Θεσσαλονικέων ἀρχιερέως· ἦν δ' οὗτος ὁ πολὺς ἐν λόγῳ καὶ ἀρετῇ διαβεβοημένος ἁπανταχῇ Εὐστάθιος, ᾧ καὶ τὸ ἀπὸ συνέσεως μὲν ἐπιπρεπὲς ἀξιέπαινον, καὶ ἡ πολυπειρία θαυμαστή τις καὶ ἀξιάγαστος, τὸ δὲ παρὰ πολὺ τῶν ἄλλων ἐν λόγοις καὶ σοφίας πάσης ὁπόση τε ἡμετέρα καὶ ὅση τῶν θύραθεν κρατῆρα εἶχε περιχειλῆ τὸ οἰκειότατον ἐκεῖνο καὶ ἐξαίρετον ἦν χαρακτήρισμα· οὗτος γὰρ συγκακουχεῖσθαι τῷ οἰκείῳ ποιμνίῳ ἑλόμενος μᾶλλον, ἢ τοὺς μισθωτοὺς ἐζηλωκέναι, οἳ τῶν λύκων ἐρχομένων ἐῶντες τὰ θρέμματα, ἐκδιδράσκουσιν, ἐξὸν μεταναστεῦσαι τῆς πόλεως, ἔτι τῶν πολεμίων προσδοκωμένων, μηδὲ περικαθισάντων αὐτήν, τοῦτο μὲν οὐδαμῶς ἐδικαίωσεν, εἴπερ αὐτοῦ συμπαραμεμενηκότος, πλεῖστοι ἔμελλον σώζεσθαι· ἐνειρχθεὶς δὲ τῇ πόλει ἑκών, οὐκ ἐπαύσατο συνδιαφέρων τὰ ἀλγεινὰ τοῖς πάσχουσιν, ὡς μὲν τῷ καθ' αὐτὸν ὑποδείγματι πείθων, ὡς δὲ παραινῶν ὅσα καὶ πατρὸς ἡμέρου δείγματα, τὰ τοῦ Θεοῦ καθυποφέρειν πλήγματα, καὶ τὴν ἐκ τοῦ πατάξαντος προσμένειν αὖθις ἴασιν· εἰ γὰρ καὶ οἶδε, φησί, πατάσσειν πολλάκις, ἀλλὰ καὶ ἰᾶσθαι πλειστάκις φιλεῖ, καὶ

λεῖ, καὶ μάλιστα εἰ πράως φέρει τις καὶ εὐχαρίστως τὰ λυποῦντα, καὶ μὴ πρὸς δριμὺ τούτων, καὶ βάλλον τὴν αἴσθησιν ἀνθιζόμενος, ἀποστόργως ἔχει πρὸς τὸν ἐπάγοντα, καὶ κατασκευάζει μὲν τῆς προνοίας, χειμάτων δὲ βάθος ἀποσείεται θεϊκῶν, οἷα τῷ κυρίῳ ἐξομολογεῖσθαι μεμαθηκὼς ἐν μόνῳ τῷ ἀγαθύνεσθαι, καὶ ὅταν ἐξ οὐρίας φερόμενον τὸ τοῦ βίου ἀκάτιον, διακομίζῃ ἀναυαγήτως ἐκεῖνο, καὶ ῥεῖα καὶ κούφως τὰ ἐφετά, ὡς αἱ νῆες μακρόθεν τὰ ἀγώγιμα· οὐκοῦν τοῖς στρατηγοῖς ἐπιφανόμενος, οὓς Κόντους εἴπῃ τις ἄν, Λατίνῃ διαλέκτῳ χρώμενος, ἐμετρίαζε τὰ χείρω τοῖς πεπονθόσιν, ἐπιτάγματα ἐκεῖθεν χρηστὰ κομίζων ἀνέσεως, καὶ πᾶν ἕτερον πρυτανεῦον αὐτοῖς παράκλησιν· τάχα γὰρ καὶ πέτρας ἀγελάστου ὁ ἐκείνου λόγος καθίκετο, καὶ δι' αἰδοῦς καὶ μόνον ὀφθεὶς τοῖς ἀλλοφύλοις ἤγετο, καὶ θώκων ὑπεξίσταντο, καὶ ἡδέως αὐτοῦ ἤκουον. καὶ πρὸς τὸ πρᾳότερον καὶ χρηστότερον ἦθος μετεποιοῦντο, οἷα ῥεῦμα φλεγμαῖνον χειρὶ κούφῃ καταλεαινόμενον ὕδατι· εἰ γὰρ καὶ ἦσαν οὗτοι ἀγχινεφεῖς μικροῦ αἰρόμενοι γαμψώνυχες ὄρνιθες, καὶ βαρεῖς ἐπεποτῶντο τοῖς ὑπὸ χεῖρα τηνικαῦτα Ῥωμαίοις, μετοικεσίαν αὐτοῖς εἰς Σικελίαν ἐπαπειλούμενοι. ἀλλ' οὖν ἐκεῖνος τοὺς δέει περιβριθοῦντας, καὶ δεινότερα τῶν ἐνεστώτων τὰ ἐσέπειτα ὑφορωμένους κακά, ἐπισυνῆγέ τε καὶ διέθαλπε, καθὰ καὶ ὄρνις ὑπὸ τὰς ἑαυτῆς περιστέλλει πτέρυγας τὰ νεόττια, καὶ τὸ τοῦ θυμοῦ μεῤῥάκον τῶν κρατούντων μετήμειβε ποιοῦ τοῦ πικράζοντος, ὥσπερ Μωσαϊκὸν μέσος ξύλον προσλαμβανόμενος· ὁποῖος δὲ ὁ τρόπος τῆς ἐλευθερίας, καὶ διὰ μέσου τίνος τουτονὶ τὸ θεῖον ἐκαινούργησε, τὸν οἰκεῖον ἀναμενάτω καιρόν.

& cum gratiarum actione molestias perfert, neque ob acerbitatem earum, cum à quo proficiscuntur, odio persequitur, nec cum prouidentia expostulat:nec iudicii diuini profunditate reiecta, in secundis duntaxat rebus & prospero fortunæ flatu, bonū se præbere didicit. Is igitur duces exercitus, qui latinè Cōti dicuntur, adiens, edicta impetrabat, quibus ærumnæ leniebantur:neque quicquam prætermittebat, quod ad consolationem suorum pertineret. Nā eius oratione vel horridæ cautes moueri potuissent:& solo conspectu alienigenis ita erat venerabilis, vt & venienti assurgerent, & orantem libenter audirent, & eius monitis ad humanitatem & æquitatem flecterentur: veluti vulnus inflammatum, quod leui manu aqua mollitur. Qui alites etsi propè in nubibus volitabant, & in obuios quosque Romanos magno impetu ruebant, abductionem in Siciliam. eis minitantes:ille tamē ciues perterritos, & vrgentibus malis grauiora metuentes, ueluti gallina pullos sub alas suas alliciebat, & victorum acerbitatem verbis, vt Moses aquam Merranam ligno iniecto, diluebat. Quæ verò liberationis eorum ratio fuerit, mirabiliter à Deo prouisa, suo loco referetur.

Dei natura descripta.

Vigilantia & indefessa cura pastoris Christiani gregis prorsus necessaria.

Oratio iusti & pij Ecclesiæ ministri, efficacissima

Præfētia suis ouibus, ne animū in publicis & priuatis calamitatibus despondeant, prorsus necessaria.

10 Nunc ad institutum redeat oratio, & res ab An-

Duodecima tragœdia. Alexij Cōneni excæcatio.

10 Τὸ δὲ λέγειν ἐπανίτω πάλιν, ὅθεν ἐκβέβηκε, καὶ διδόσθω τὰ τῶν βασι-

dronico gestæ referantur. Is Sebastianis fratribus in crucem actis, quòd Alexiũ Cõnenum (is est, quem Manuel extra coniugium suscepit, & Andronicus Irenæ filiæ eodem modo natæ despondit) regnum affectantem adiutarent, & se imperio pulsum vellent, paulo pòst etiam illum comprehensum, in carcerem coniicit. Deinde excæcatum, Chelen (id oppidũ vicinum est Ponti angustiis) relegat, & in turrim ea de causa extructã cõpingit. etiã Irene filia exosa & expulsa, quòd maritũ minimè lugere iussa, si, vt piam filiam deceret, patris malis moueretur, sed eũ odio nõ minore, quã prius amore persequi: illa pristina charitate conseruata, luctum suum & lachrymis & pullo vestitu testabatur. Ita mirabile illud cõiugium, & à detestandis assentatoribus & iniquis iudicibus, qui camelum deglutiunt, & culicem colant, magnificè iactatum, subitò est diremptũ. Per quod iidem prædixerãt, ea quæ olim auulsa essent, iterum coitura, & Orientem cum Occidente copulatum iri: & inueteratis odiis abolitis, gentes vt linguis, ita moribus à Romanis discrepantes, concordiam inituras, iisdémque moribus vsuras, dissensionibus noua ratione abolitis, vt enses in aratra mutarẽtur, & agni cum

Affinitatis iura Andronicus violat. vt cõiugium, ita sceptrum socios ferre nequit.

In naturã ipsam Andronicus insurgit filiam nõ lugere iubés acerbos mariti casus.

Insectatio sycophantarũ aulicorũ & corruptorũ iudicum.

De Alexij & Irenes felici coniugio oracula, deprehendũtur falsissima.

λέως Ἀνδρονίκου τῷ ἱστορεῖν. εἶχε μὲν οὖν ἐπὶ ξύλου ἀναρτήσας τοὺς κασιγνήτους Σεβαστιανοὺς, ὡς εἰς τυραννίδα δῆθεν ἐπαίροντας, καὶ αὐτοῦ καθαίρεσιν, τὸν Κομνηνὸν Ἀλέξιον. οὗτος ἐστὶν ὁ μὴ ἐξ ἐννόμων περιπλοκῶν τῷ βασιλεῖ ἀποτεχθεὶς Μανουήλ, καὶ γαμικῶς συναφθεὶς τῇ ἐξ ὁμοίων φυείσῃ σπερμάτων, θυγατρὶ τοῦ Ἀνδρονίκου Εἰρήνῃ· βραχέος γοῦν διαλιπόντος καιροῦ, καὶ αὐτὸν συνειληφὼς τὸν Ἀλέξιον, εἱρκτῇ παραδίδωσιν· ἔπειτα διαλωβησάμενος τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἐς τὴν Χηλὴν ὑπερόριον τίθησι (πολίχνιον δὲ ἐστὶν αὕτη πάραλον, ἀγχιστά που τοῦ πόντου στόματος κείμενον) ἔνθα καὶ πύργιον εἰσδέχεται τὸν Ἀλέξιον, τούτου ἕνεκα δομηθὲν, καὶ τὴν θυγατέρα Εἰρήνην ἀποστυγεῖ, καὶ ποιεῖται ἀπὸ προσώπου Ἀνδρόνικος, ὅτι ὁ μὲν μὴ ἀχθεσθῆναι, μηδὲ κόψασθαι ὁπωσοῦν ἐπέταξεν ἐπὶ τῷ ταύτης ἀνδρὶ, εἰ φιλοπάτωρ ἐστὶ θυγάτηρ, καὶ ὑπεραλγεῖ τοῦ φυτεύσαντος· μᾶλλον μὲν οὖν καὶ ἀποστυγῆσαι τὸν σύλλεκτρον, καὶ τὸ πρόσθεν φίλτρον μετενεγκεῖν εἰς μῖσος ἀντίρροπον. ἡ δὲ ἐθρήνησεν, ὡς εἰκὸς, οὐκ ἀποστέρξασα τὸν ὁμόκοιτον, καὶ δυσείμων ἀποδειξαμένη τεθέαται. ἀλλ' οὕτω μὲν ἐξάπινα διέστη τὰ τῆς θαυμαστῆς ταύτης καὶ μεγαληγορουμένης γαμικῆς συναφείας ὑπὸ τῶν καταρατωτάτων κολάκων, καὶ τῶν ἀντιφθεγγομένων νόμοις δικασπόλων, οἳ τὴν κάμηλον καταπίνοντες, διύλιζον τὸν κώνωπα, ὑφ' ἧς καὶ τὰ χρονίως ἀπορραγέντα συνελθεῖν αὖθις προεφοιβάζετο, τὴν ἕω τε προσαπλακῆναι τῇ δύσει, καὶ παλαιὰν ἐκπολέμωσιν ἀποτρέψασθαι· καὶ ἔθνη ὥσπερ τὰς γλώττας, οὕτω καὶ τὰς γνώμας Ῥωμαίοις ἀνόμοια τὸ σύμπνουν ἀσπάσασθαι, καὶ τὸν ταυτισμὸν τῶν ἠθῶν τῆς προτέρας καινοτέρως ἀλλάξασθαι διαστάσεως, ὡς συγκοπῆναι τὰς ζιβύνας εἰς ἄροτρα, καὶ συμβοσκηθῆναι

θῆναι ἄρνας τοῖς λέουσιν. εὐνομίαν τε πό-
λεων ἐμεγαλαύχοντο, καὶ τῶν ἐκφορείων
τῆς γῆς ἐπίδοσιν ἐξαρκῆ, καὶ παράλογον
ἔκφυσιν· ὡς ὄχνας μὲν προσενεγκεῖν τὴν
ῥάμνον, τὴν δὲ συκῆν ἀσταχύων φορτίσειν
ἀνθέρικας. ἢ γοῦν ὡς ἐν τῇ μίξει Διὸς
καὶ Ἥρας οἱ ποιηταί φασιν, ὑποστρωννύεσθαι
μὲν λωτὸν ἑρσήεντα, κρόκον δ' ἀναφύε-
σθαι, καὶ ἀνατέλλειν ὑάκινθον, οὕτως οἱ λο-
γοποιοὶ τῶν τοιούτων ἐμωράνθησαν περι-
δηλότατα, καὶ φάσκοντες εἶναι σοφοὶ καὶ
προβλεπτικοὶ τῶν ἐσομένων, καὶ προει-
δότες τὰ ἔμπροσθεν, οὐδὲ τὰ ἐν ποσὶν ὁ-
ρῶντες ἠλέγχοντο, ἀλλὰ κατὰ τὴν προφη-
τικὴν ἀρὰν βλέποντες οὐκ ἔβλεπον, οὐδ'
ἀκούοντες ἠνωτίζοντο· ἑώρων μὲν ἀσφαλῶς,
καὶ ᾔδεσαν ἀκριβῶς, καταποντισμοῦ
φθεγγόμενοι ῥήματα, καὶ εἰς ὅπλα καὶ
βέλη τοὺς αὐτῶν ὀδόντας μεταμορφοῦν-
τες, χαριεντογλωττοῦντες δ' ὅμως, καὶ
πρὸς ἀργύρειον λαλοῦντες, καὶ βοὴν ἐπὶ
γλώττης φέροντες, καὶ τὸ ἀνθρωπάρεσκον
κατὰ κράτος μεταδιώκοντες, ὁποίους οὐ
(δέον) βόσκουσι τὰ ἀνάκτορα, τῶν κακῶν
ἐπαινέτας, τὸ δὲ καλὸν γνῶναι μὴ θέλον-
τας, ἐπιμελῶς ἐνέκειντο πρὸς τὰ πονη-
ρά, καὶ ἐπεσπούδαζον ἐκείνοις, οἷς ἔχαιρεν
ὁ κρατῶν, οὐ μὴν ὁ δι' οὗ βασιλεῖς ἠρέσ-
κετο βασιλεύουσιν· οὐ μόνον δὲ ἀπαν-
θρώπως οὕτω καὶ ἀνεπιεικῶς διέθετο Ἀν-
δρόνικος τὸν Ἀλέξιον, ἀλλὰ καὶ ὁπόσοι-
περ τῶν ὑπηρετῶν ἐκείνῳ λόγιμοι, συλλα-
βὼν εἶχεν ἐμφρουρούς· μετ' οὐ πολὺ δὲ
κἀκ τούτων ἀριστίνδην οὐκ ὀλίγους συνει-
ληφώς, τῶν ὄψεων ἀπεστέρησεν· ἕνα δ' ὑπο-
λαβὼν, ὃς ἐν ὑπογραφεῦσι τῷ Ἀλεξίῳ
ἠρίθμητο, τὴν ἐπίκλην Μάμαλος, ἐς θοί-
νην ἐταμιεύσατο πύματον· οὕτω δ' αὐτὴν
ἐδαίτρευσε, καὶ καρυκείας μετέδωκε πλείο-
νος, ὡς ἀξίαν εἶναι μὴ ἄλλον ἐντυχῆσαι

leonibus pascerentur. Ciuitatum quoque disciplinam, & frugum prouentum vberem & mirabilem iactabant. Nam rubum pira pariturum, ficum segete grauatum iri: ferè vt Poetæ in Iouis & Iunonis concubitu, roscidam lotum substerni, & crocum enasci, ac hyacinthum oriri fabulantur. Omnino isti nugigeruli manifestissimè delirarunt, qui cùm se sapiētes esse, futuráque prospicere gloriarentur, nec ea quæ āte pedes erant, perspiciebant: propheticæ illi execrationi obnoxij, vt videntes non viderent, & audientes non audirent. Imò apertè cernebāt, & satis norant, se capitalia verba fundere, & dentes suos tanquam iacula & gladios exacuere: sed quia grata auribus dicebant, & linguas venales habebant, & hominibus placere impensè cupiebant, quales, proh dolor, aulæ in perniciem suam alunt, *laudatores malorum, bonorum inscitiam simulantes*: sedulò improbitatem promouebāt, eáque probabant quæ Imperatori cordi erant. Neque verò Alexium duntaxat tanta inhumanitate tractauit Andronicus, sed ex ministris etiam eius præcipuos in custodiā dedit: nec multo pòst delectu ex optimis habito, plerosque excæcauit. Vnum verò ex scribis illius, cognomento Mamalum, quem vltimum deuoraret, asseruauit: & eas epulas tanta lauticiarum varietate instruxit, vt dignæ essent, quæ non alium

Isti [illegible]inuacu li tantū verba norunt: & quanto magis ingenia pollicentur, eo minus sūt audiendi.

Dum in arcana cælestia perrumpere nituntur, ante pedes positos lapillos minimè perspiciunt, in aperta luce cæcutientes.

Quod autē in istis est scelerum caput, Nicetas aperit, pietatis nempe cōtemptus, ad mēdacia cudenda parata mens, & adulatiōis studium indefessum.

Tragœdiæ Alexianę catastrophe crudelissima.

Nempe, Mamali scribæ combustio.

nisi primum illum homicidam, conuiuam haberent, & à mensis Furiarum nihil differrent. quales à nullo vnquã coquo eis sunt appositæ. Id porrò erat, vt homo in Hippico cremaretur. Incēsus est rogus, & flamma in altum elata, in Sphendone stadij: nõ aliter quàm Chaldaica illa fornax, naphtha incensa, & clematide in septuplum inflammata. Producitur ille funibus vinctus, & nudus, vt primùm materna aluo egressus, solem aspexerat. Carnifices adolescentem, cui prima lanugo malas vestiebat, tanquam victimam, longissimis perticis in medium ignis trudebant. Is verò doloris acerbitate & vitæ cupiditate, vt humanum est, coactus, malum iam ineuitabile vitaturus, aliàs ictibus obuium se ferebat, eum dolorem flammæ cruciatu leuiorem ratus: aliàs à carnificibus in mediũ flammæ coniectus, instar iaculi è rogo maximo impetu emicabat. Quod cum diu duraret, spectatoribus lachrymas excutiebat, donec fatigatus supinus concidit, & tetro exustę carnis fœtore circumfusum aerem & spectatorum nares infecit. O rogum immitem! O gratum dæmonibus holocaustum! O victimam Telchinum! O Furiarum proteruiam! O nidorem insuauem, quem non olfacit Dominus, sed maleficæ potestates, & infesti humanæ vitæ genij! Nam cum

Idque adstante plebe Cõstantinopolitana, vt tyrãnus terrorem cunctis incuteret.

Mamali productio in publicum.

Qualis domi nus tales serui.

Iuuenes, vitæ cupidi, etiam ex ipsis lethi abyssis irremeabilibus egredi student.

Spectaculum luctuosum.

Epiphonema in detestationē crudelis supplicij.

δαιταλοῦντην, ἢ μόνον βασιλέα Ἀνδρόνικον, καὶ τραπέζαις ἐριννύων καὶ τελχίνων φθονερῶν ἑστιάσεσι μὴ ἀπᾴδειν τὸ παράθεμα, καὶ οἷα οὐδέπω τις ὀψοποιὸς μαγγανεύσας εἰσίακε. τὸ δὲ ἦν, πυρὶ παραδοθῆναι τὸν ἄνθρωπον κατὰ τὸ Ἱππικόν· ἀμέλει τοι καὶ τὸ μὲν ἀνῆπτο, καὶ διεχεῖτο ἡ φλὸξ ἐπὶ τοῦ ἀέρος πολὺ κατὰ τὴν τοῦ σταδίου Σφενδόνην, ἐπίσης τῇ Χαλδαϊκῇ ἐκείνῃ καμίνῳ, ἣν ἀνέκαυσε νάφθα, καὶ κληματὶς ὑπερῆρεν εἰς ἑπταπλάσιον· ὁ δὲ παρῆκτο χοινόδετος καὶ γυμνὸς, ὁποῖος πρώτως προσεῖπε τὸν ἥλιον, τῆς μητρικῆς νηδύος ἐκθορών· περιστησάμενοι οὖν ὡς ἱερεῖον τὸ μειράκιον οἱ καμινευταὶ, ὑπηνήτην ὄντα τὸ πρῶτον, καὶ ἰούλῳ τὰς παρειὰς στεφόμενον, ἐνώθουν μετὰ καμάκων μηκίστων εἰς τὸ μεσαίτατον τοῦ πυρός· ὁ δὲ προσομιλῶν τῇ καμίνῳ καὶ ἀλγυνόμενος, φιλοψυχῶν δὲ καὶ ὡς ἄνθρωπος, ἴσως δὲ καὶ ὡς φεύξεται διανοούμενος τὸν ἤδη ἀνυπεξάλυκτον θάνατον, νῦν μὲν ἐμπίπτων ἀντέβαινε τοῖς διακοντίσεσι, μετριωτέρας κρίνων τὰς ἐκ τούτων ὀδύνας τῆς τοῦ πυρὸς ἐρωῆς, καὶ τοῦ ἐπ' ἀνθράκων ἁπλώματος· νῦν δὲ τοῖς ἐμπυρευταῖς εἰς τὸ τῆς φλογὸς μεσαίτατον ἐμβαλλόμενος, καὶ ὑπὸ τῆς πυρᾶς διειλημμένος κατὰ τοὺς ὄφεων τοὺς ἀκοντίας, τῆς καμίνου ἐξετινάσσετο, τὴν περὶ ψυχῆς τρέχων, καὶ ὑπὲρ τὸ θετταλὸν διαλλόμενος πήδημα, καὶ τοῦτο ἐφ' ἱκανὸν γινόμενον, εἰς δάκρυα ἐκίνει τοὺς θεατάς· ὀψὲ δὲ καμὼν ἐξύπτιασε, τὸ δὲ πῦρ λαῦρον τὰς ἐκείνου σάρκας περιχυθὲν, ἐν βραχεῖ συνετέλεσε· κνίσα δὲ ἐς οὐρανὸν ἀνιοῦσα τὸν κύκλῳ διέφθειρεν ἀέρα, καὶ ἦν τὸ τῆς λιγνύος ἀποφερόμενον, ῥισὶν ἀνθρώπων ἐκεῖ που παρειόντων ἀπρόσιτον. ὢ πυρσὸς ἐκεῖνος ἀνήμερος· ὢ ἀσπάσιον δαίμοσιν ὁλοκαύτωμα. ὢ ἱερεῖον τελχίνων· ὢ ἀλαστόρων ὁλόκληρος προσφορά. ὢ οὐκ εὐωδίας ὀσμὴ, ἣν οὐκ ὀσφραίνεται κύριος, ἀλλ' ἐριννύων χορὸς, καὶ κακοεργὸς

Ἀνδρόνικος, ὃς βουθυτεῖν ἀκούων τοὺς πάλαι, καὶ κνίσαις θεραπεύειν τὸ προσκυνούμενον, τὴν αὐτὴν δραμεῖν οὐκ ἠνέσχετο· ἀλλ' ὡς ἦν ἐκ τῶν δρωμένων πιστοῦσθαι, νηλεεστέραν τρέφων ψυχὴν τῶν πώποτε ἀνεπιεικεστάτων ἀνδρῶν, ἀνθρωποθυτεῖν κακῶς ἐπεβάλετο, τὰ τῶν Χριστιανῶν θέσμα παριδὼν, ἃ ψυχὴν σῶσαι μᾶλλον ἢ ἀπολέσαι παρακελεύονται, καὶ οὐδὲ τὸν κόσμον ὅλον ἀντάξιον αὐτῆς ἀποφαίνονται. τίς Καμβύσης μαινόμενος, ἢ ἀπηνὴς Ταρκύνιος, ἢ Ἔχετος καὶ Φάλαρις, ἄγριοι καὶ θηριώδεις, τοιαῦτα εἰργάσαντο; ἢ τίνες Ταυροσκύθαι ξενοκτονίαν νενομικότες, ὧν τὰ ἤθη ὁ πολυπλανὴς οὗτος ἀνεμάξατο γέρων, οὕτως ἐπέθεντο καὶ διεχειρίσαντο; ποιῶν δὲ τὴν τιμωρίαν οὐκ ἀναίτιον, ἀλλά τι προὔφερε δὸς ἐπισυρομένην ἔγκλημα, βίβλους τινὰς συγκατέκαυσε τῷ Μαμάλῳ, διεξιούσας δῆθεν περὶ βασιλέων ἀρξόντων ἐς τοὐπιὸν· ἃς τῷ Ἀλεξίῳ ὑπαναγινώσκων Μάμαλος, ἐνάγειν τοῦτον εἰς τὸ βασιλεῖν ἐμυθίζετο.

II Οὕτω δ' ἐπὶ τοῖς πραττομένοις τούτοις ὑστεροβουλία ἐβάλλετο, ἢ τοῦ τὰ αὐτὰ καὶ αὖθις δρᾷν ἀπήγετο, ὡς καὶ τὸν Δισύπατον Γεώργιον (ἦν δ' οὗτος ἐκ τοῦ τῶν ἀναγνωστῶν τάγματος, οἳ τὸν μέγαν ἀμφιπονοῦνται νεὼν) εἱρκτῇ συνειληφέναι, παθαινόμενον μόνον ἐφ' οἷς κακῶς ἐποίει Ἀνδρόνικος, καὶ κακῶς εἰπόντα Ἀνδρόνικον, καὶ ὀβελίσκοις ἐμπεῖραι δελφακικῶς μελετᾷν, καὶ ἐπ' ἀνθράκων ὀπτηθέντα τῇ τούτου παρεισενεγκεῖν γαμετῇ. καὶ ἦν αὖ ὁ τιμελώδης Δισύπατος κατὰ δελφάκιον ὀβελοῖς ἐμπειρόμενος καὶ ὀπτανόμενος, καὶ ὡς ὄψον ἐπὶ κακοῦ τιθέμενος, καὶ τοῖς κατ' οἶκον εἰσαγόμενος, καὶ τῇ ὁμευνέτιδι παρατιθέμενος, οὐκ

Andronicus à veteribus immolari boues,& nidore placari numina didicisset: eandem sequi rationem noluit: sed vt eius facta probabant, immanitate omnibus superiorum temporum immanissimis tyrannis superior, homines sacrificare per scelus instituit,spretis Christianæ religionis legibus, quæ hominem potiùs conseruandum esse,quàm perdendum, nec totum mundum cum eius animo comparandũ docent. Quis insanus Cambyses,aut crudelis Tarquinius, aut Echetus & Phalaris, tyranni crudelissimi, talia perpetrarunt? Qui Tauroscythæ,quorum legibus mactantur hospites,quorúmq; moribus errabundus Andronicus infectus fuit,ita in captiuos sæuierunt? Ne verò tam atrox supplicium sine causa & iusto crimine inflixisse videretur:libellos aliquot vnà cum Mamalo cremauit, qui de secuturis Imperatoribus tractabant, quibus recitãdis Alexium ad regni amorem impulisse fingebatur.

Homines sacrificare, summum scelus, à pseudochristianis, nostro seculo renouatum.

Isti verò ex crudelissimorũ ethnicorũ schola, non ex Christi verbo tales mores hausisse agnoscantur.

II Tantum autem abfuit, vt eius facti Andronicũ pœniteret, aut simili crudelitate in posterum abstineret,vt Disypatum Georgium, magni templi lectorem, propterea quòd de Imperatoris sæuitia liberius questus esset, in carcerem cõiectum, subinde in animo haberet, verubus trãsfixum,& pinguem hominem instar porcelli supra carbones assatum, vxori

Decima tertia tragœdia, nempe Disypati Georgij periculũ, & Tripsychi Constantini excæcatio.

Illud sub tyrannorũ iugo grauissimum, quòd nemini licet sine vitæ periculo liberas voces emittere.

eius, haud ſcio in quo vaſe (amplum id vtique eſſe oportuiſſet) mittere: ac omnino feciſſet, niſi Monaſteriota Leo ſocer eius, qui ob dicendæ ſententiæ prudētiam Senatus os ab Andronico vocabatur, tyranni furorē autoritate ſua repreſſiſſet.

Authoritas ſapientis viri & belli imminentis facies tyrannicũ furorem reprimit.

Præterea fama vndique aduolans, quæ Dyrrachium Siculis deditionē feciſſe, & Theſſalonicam obſideri nunciabat, ſæuitiam Andronici & humani cruoris auiditatem nonnihil infringebat. Diſypatus igitur in carcere manus ad Deum extendebat, & cum Dauide precabatur: *Educ è custodia animam meam, vt nomen tuum prædicem.* & Ionæ verba ſæpè repetebat: *Nunquid amplius ſanctũ tuum templum reſpiciam?* Quid verò precabatur? *Deleto me domine ex Andronici memoria: ſim ignotus apud eum omni tempore, ne recordetur nominis mei, donec ex libro viuentium deletus fuerit.* Itaque numen non cunctatum eſt, nec preces eius aſpernatum, ſed illæſum eduxit è carcere, Andronico paucis diebus pòſt extincto.

Hunc furorē verò penitus frangit pia innocētium virorum ad Deũ oratio.

Delet ſuos nō rarò Deus ex impiorũ & crudelium hominũ memoria.

Qui quo pacto fideliſſimos ſuos miniſtros remunerari fuerit ſolitus, Macroducæ Conſtātini & Ducæ Andronici ſupplicia declararunt: quorũ alterũ, vt dictum eſt, Panhyperſebaſti honore extulerat: Ducā verò adoptatũ, in amiciſſimorũ numerũ receperat. Ingenij eius feritatē & in colēda amicitia leuitatem, illud etiam demōſtrat,

Aulici adulatores tandē nequitiæ ſuæ & turpiſſimi obſequij præmia reportant.

οἶδα ἐφ' ὅτῳ, πολυχανδοῦς δήπουθεν, εἰ μὴ ὁ τῆς γαμετῆς τούτῳ πατὴρ ὁ Μοναστηριώτης Λέων ἀνεσείραζεν Ἀνδρόνικον τῆς ὁρμῆς, καὶ ἦγχε καὶ κατεῖχε τοῦ ἐγχειρήματος, ὅσα καὶ λέων κνώδαλα ἐκφοβῶν, δι' ὧν τὰ αἰδάνοντα τοῖς πράγμασιν ἐξηρεύγετο, στόμα τῆς συγκλήτου πρὸς Ἀνδρονίκου καλούμενος, καὶ φῆμαι δὲ ἤδη πάντοθεν λύουσαι τὸ πτερὸν τοῖς μὲν Σικελοῖς ἀπήγγελλον Ἐπίδαμνον παραστήσασθαι, Θεσσαλονίκην δὲ παρακαθῆσθαι, Ἀνδρόνικον ἐξέκρουον τῶν φρενῶν ὑποθεράπουσαι, καὶ τῶν κολάσεων τὸ σύντονον ὑποχαλῶν. φρουρᾷ τοίνυν συνεχημένος ὁ Δισύπατος, τὰς χεῖρας πρὸς τὸ θεῖον ἀνέτεινεν, κατὰ Δαβὶδ ἐπευχόμενος, καὶ λέγων· ἐξάγαγε ἐκ φυλακῆς τὴν ψυχήν μου, τοῦ ἐξομολογήσασθαι τῷ ὀνόματί σου. ἢ τὸ τοῦ Ἰωνᾶ φθεγγόμενος· ἆρα προσθήσω τοῦ ἐπιβλέψαι με πρὸς ναὸν τὸν ἅγιόν σου; ἀλλὰ τί ηὔχετο; ἀπάλειψόν με κύριε ἐκ τῆς μνήμης τοῦ Ἀνδρονίκου, καὶ ἐσοίμην παρ' αὐτῷ ἄγνωστος, χρόνον ἐκ χρόνου, καὶ μῆνα ἐκ μηνὸς, καὶ ἡμέραν ἐξ ἡμέρας, μηδ' ἀκοῆς μου μνησθείη, ἕως ἂν ἐκ τῆς βίβλου τῶν ζώντων ἐξέλθοι. ὅθεν οὐδ' ἠμέλησε τὸ θεῖον, οὐδὲ παρεῖδε τὴν τούτου δέησιν, ἀλλ' ἀθιγῆ κακῶν ἐξείλετο τῆς φρουρᾶς, Ἀνδρονίκου τὸν βίον μετ' οὐ πολλὰς ἡμέρας ἀπολιπόντος. ὅπως δὲ ἠπίστατο τιμᾷν Ἀνδρόνικος τοὺς τῆς ἐκείνου θεραπείας ἐξεχομένους, καὶ διαπύρους τῶν αὐτοῦ θελήσεων πληρωτὰς, ἐδήλωσε μὲν καὶ ἐξ ὧν ἀπανθρώπως τοῦ βίου ἐξήγαγε τὸν Μακροδούκαν Κωνσταντῖνον καὶ τὸν Δούκαν Ἀνδρόνικον, ὧν, ὡς εἴρηται, τὸν μὲν τῷ τῶν Πανυπερσεβάστων ὑπερῆρε σεμνώματι, τὸν δὲ Δούκαν υἱωσάμενος, τοῖς πάνυ φιλουμένοις ἐνέγραφε. σαφῶς δὲ τὸ τῆς γνώμης ἀνήμερον ὑπέδειξε,

καὶ τὸ

καὶ τὸ μὴ συμβαῖνον ἦθος εἰς ἐπίμονον εὔνοιαν, ἐν οἷς προσέθετο καὶ τὸν Τρίψυχον ἐκτυφλῶσαι Κωνσταντῖνον, ἄνδρα πολυέραστον χρῆμα παρ' Ἀνδρονίκῳ, καὶ πάγχρηστον ἐν ταῖς ἐκείνου ὑπηρετήσεσι, καὶ τοσοῦτον ὑπερηγαπηκότα Ἀνδρόνικον, καὶ θερμῶς αὐτῷ προσεσχηκότα, ὡς ὑπερελάσαι πάντας μικροῦ, ὁπόσοι τὰ Ἀνδρονίκου ἐπρέσβευον. παρὰ τοσοῦτον γὰρ εἰργόμενος ἦν τὸ ἐκ διαμέτρου νῖκος μονώτατος ἀποφέρεσθαι Τρίψυχος, παρ' ὅσον εἶχε συμπτερυσσόμενον αὐτῷ, καὶ πρὸς τὸ ὑπερβάλλον τῆς προθυμίας ἀνθαμιλλώμενον τὸν Ἁγιοχριστοφορίτην Στέφανον, καὶ τὸ μονάζον τοῦ βραβείου δυάζοντα, οἷς κἀκείνῳ τῆς ἀπηνείας ἐπλέκετο στέφανος. ἦν δὲ ἡ αἰτία τοῦ σβεσθῆναι τὰς κόρας Τρίψυχον, βραχεῖά τις παραλύπησις, καὶ ἀξία παρορασθῆναι μᾶλλον, ἢ πεσεῖν ὑπ' ἐξέτασιν, καὶ κολάσαι τὸν παρειπόντα, καὶ ταῦτα φιλούμενον πολὺ, καὶ φιλοῦντα, οὐκ ἔλασσον. ἀλλ' ἐπεὶ καὶ ὑπὲρ ἀργοῦ λόγου λόγον ἐδίδοσαν ἄνθρωποι ἐπὶ τῶν Ἀνδρονίκου καιρῶν, κατὰ τοῦτο καὶ ὁ ἐξεταστὴς τῶν τοιούτων Τρίψυχος, καὶ πολλοὺς βασάνοις ὑποβαλὼν, καὶ τῆς οὐσίας πάσης ἀποψιλώσας, ὅτι καὶ γογγυσμοῦ ῥῆμα κατ' Ἀνδρονίκου ἀπέπτυσαν, ἢ ἐγκατάλειμμα πονηροῦ ἐνθυμίου παρ' ἑαυτοῖς ὑπελίποντο, τοῖς ὁμοίοις καὶ αὐτὸς ἀνηλεῶς περιπέπτωκε, τῇ ἀνομίᾳ τῆς οἰκείας πτέρνης περιληφθείς· καὶ ᾧ μέτρῳ πολλάκις μεμέτρηκε, σεσαγμένῳ καὶ πεπιεσμένῳ, καὶ ὑπερεκχυνομένῳ τούτῳ ἀντιμετρηθείς· καὶ εἰς ὃν ὤρυξε βόθυνον τῷ πλησίον πολλάκις, ἐπὶ τοῦτον, ὡς αἰνᾶσε δίκη, χαριέντως ἐμπεπτωκώς· καὶ ἐφ' ἑαυτὸν λίθον κυλίσας, ὃν ἀνώχλισε πλειστάκις κατὰ τῶν ἔγγιστα. τοῦ τοι κατειπόντος αὐτοῦ πρὸς Ἀνδρόνικον τῶν πάνυ γνησιωτάτων τινὸς, ὡς ἴσα τοῖς οὐκ εὐηργετημένοις, μηδ' εὖ παθοῦσιν ὑπ' Ἀνδρονίκου, ὑποτονθορύζει κατ' Ἀνδρο-

quòd Tripſychum Conſtantinum excæcauit, hominem chariſſimum & diligentiſſimum tyrannidis miniſtrum: qui fide & obſeruantia erga illum ferè nemini cedebat: nec quicquam ei ad victoriam in certamine beneuolentię deerat, niſi quòd vnus Hagiochriſtophorites Stephanus in eodem ſtadio pari ſtudio cum illo decurrebat. Cauſa cur Tripſychi pupillæ extinguerentur, offenſa exigua fuit, digna quæ negligeretur potius, quàm in quæſtionem vocaretur, & pœnam autori irrogaret, præſertim tam dilecto, nec minus diligenti. Verùm quia temporibus Andronici ocioſi verbi ratio reddebatur, & Tripſychus earum cauſarum quæſitor multos excruciarat, & bonis omnibus ſpoliarat, quòd contra Andronicum nonnihil murmuraſſent, aut malæ alicuius cogitationis reliquias animis celaſſent: in eadem mala inclementer incidit, ſuapte iniquitate circumuentus: & qua menſura ſæpe menſus fuerat conferta & exuberante, eadem ei remenſus eſt Andronicus: & quam foueam aliis ſæpe foderat, in eam (quàm vero iudicio) ipſe meritò incidit: & in ſe deuoluit ſaxum, quod ſæpiſſimè aliis intentarat. Itaque delatus à quodam ex coniunctiſ-

Tripſychi Conſtantini excæcatio. Mali domini peſſimus ſeruus iniquiſſimorũ obſequiorũ debitam mercedem accipit.

Leues ob cauſas tyrannus in ſeruos ſibi chariſſimos ſæuit: & ocioſi verbi ratio ſub crudeli principatu requiritur.

Impius ſuapte iniquitate circumuenitur, & in foueam quã aliis foderat, ipſe incidit.

Delatores aulici ſibi coniunctiſſimos euertunt.

ſimis, Tripſychum tot beneficiis cumulatum, tot dignitatibus ornatum, qui in imperatoriis literis dilectus filius appelletur, & exploratæ fidei homo, qualis hodie vix inueniatur, pecunioſum illum & purpuratum, æquè de Andronico queri, ac eos qui nihil ab eo beneficij accepiſſent: perdoluit Andronicus, & fide eius in vniuerſum damnata, triſtis aſtitit, iiſque verbis ad iracundiam eſt extimulatus. Vt verò delator animaduertit, efferueſcentem bilem acriora verba flagitare, vt magis etiam ebulliret, & ſanguinarium illud iracundiæ pelagus, miſerum Tripſychum, vt Ægyptium equitem abſorberet, ſubiunxit: *Etiam filium tuum, Domine Imperator, & legitimum imperii ſucceſſorem, pulcherrimum & optatiſſimum omnibus Ioannem, inſanis verbis calumniari non deſiſtit Tripſychus: eúmque, vt piaculum, diuinam Imperii ſedem conſcenſurum prædicat. Adhæc, cum aliquando Imperator Ioannes præteriret, eíque à maxima hominum frequentia acclamaretur: Tripſychus eum deriſit, & per contemptum Zinziphizem vocitauit, & cum magno ſuſpirio dixit, O miſerum principatum Romanorum, qualis ei Imperator expectatur!* Erat autem Zinziphizes deformiſſimus homuncio, qui in circo equeſtri crebrò verſabatur, pleriſque membris diſtortis, breuis & carnoſus, ſcurra tamen non inſulſus, & riſus concitandi artifex.

Summa delationis ad aures Andronici hominũ ſuſpicaciſſimi.

Ad delationes quaſque tyrannorum aures apertæ ſunt, vnde mœſtitia, & iracundia, ſycophantæ autem igni oleum callidè addunt.

Et atroces confingunt calumnias, quarũ mole vno impetu delati inauditi obruuntur.

Calumniarũ aulicarũ delineatio.

Cõtemptus, res omnibus, præſertim aulicis, grauiſſime.

Principes viros ſcurris & nihili homũ cionib. comparare, nefas.

νίκου καὶ Τρίψυχος, ὁ τοσαύταις εὐποιΐαις περιαντλούμενος, καὶ τὰ τῶν ἀξιωμάτων ὑπέρογκα κτώμενος· κἂν ταῖς βασιλείοις ἀκούων ἐπιστολαῖς, ἠγαπημένος υἱός, καὶ κνιπὸς ἄνθρωπος, καὶ ἐν ταῖς νῦν ἡμέραις δυσεύρετος, ὁ πολύολβος, ὁ εὐπάρυφος, ἐπαθήνατο τὴν ψυχὴν Ἀνδρόνικος, καὶ ἀπιστίαν καταγνοὺς τῶν ὅλων, ἐπὶ συννοίας εἱστήκει, πρὸς ὀργὴν ὑπὸ τῶν λεχθέντων ἀναρριπιζόμενος, καὶ εἰς θυμοῦ ἐπιφείασων κλυδώνιον. ἐπεὶ δὲ ὁ προσαγγέλλων ἑώρα τὸ ἀναθαλπόμενον τοῦ θυμοῦ, καὶ ἑτέρας ἐπιδεὲς δριμυτέρων ῥημάτων ἐπιφορᾶς, ὡς ἂν οὕτω λαβρότερον γεγονὼς, μεταρσιωθείη αἰθέριον, ἢ γοῦν τὸ ἀχανὲς ἐκεῖνο τῆς ὀργιλότητος πέλαγος καταιγιδώδη θέλον πνοὴν ἐς τὸ διαστῆναι καὶ κατακρύψαι ὡς ἑτέραν τριστάτην Αἰγύπτιον τὸν ἄθλιον Τρίψυχον, φησὶ πρὸς Ἀνδρόνικον, ὡς καὶ τὸν υἱὸν καὶ διάδοχον τῆς σῆς βασιλείας, καὶ κληρονόμον ἔννομον τῆς ἀρχῆς, τὸν κάλλιστον καὶ ἀσπασιώτατον ἅπασιν Ἰωάννην, διασύρων οὐ παύεται Τρίψυχος, ἀπόπληκτα φθεγγόμενος ῥήματα, καὶ βδέλυγμα τοῦτον ἀναγορεύων θείῳ τόπῳ τῷ τῆς αὐτοκρατορείας ἐνιδρυθησόμενον, καί ποτε παριέναι μὲν τὸν βασιλέα Ἰωάννην, ὑπὸ πλείστων εὐφημούμενον καὶ προπεμπόμενον, τὸν δὲ Τρίψυχον ἐπεγγελάσαντά οἱ δυσφημεῖν, καὶ Ζιντζιφίτζην ἀποκαλεῖν, καὶ μέγα στενάξαντα εἰπεῖν· ὦ δυστυχὴς Ῥωμαίων ἀρχὴ, οἷός σοι ὁ αὐτοκράτωρ ἐλπίζεται. ἦν δὲ ὁ Ζιντζιφίτζης ἀνδράριον εἰδεχθέστατον, ταῖς τῶν σταδιοδρόμων ἵππων ἀμφιπεριστρεφόμενον ἄντυξι, καὶ τὰ πλείω μὲν τῶν μελῶν ἀνάρμοστον, καὶ βραχὺ τὸ δέμας καὶ εὔσαρκον, εὐτράπελον δὲ ἄλλως, καὶ δεινὸν εἰς ταμιεῖα πλῆξαι ψυχῆς ἀπαλυνομένοις βωμολοχίᾳ σκώμμασι, καὶ ποιητικοῖς γέλωτος λόγοις διαχέουσι σκηνικώτερον.

οὐκ

οὐκ ἐνεγκὼν τοίνυν τὰ λελεγμένα, ὡς ἢ βολίδας ἔνδον ἐν καρδίᾳ δεδεγμένος Ἀνδρόνικος, ἅτε λαίλαψ τὰ προσόντα τοῦ Τριψύχου διαφορεῖ, καὶ εἱρκτῇ παραδοὺς ἀδέσμῳ, εἶτα καὶ τοῦ τῶν ὀμμάτων φάους ἀποστερεῖ. καὶ τοιοῦτο μὲν τὰ τῆς παρὰ δυναστείας τοῦ Τριψύχου, ὡς ἐπ' αὐτῷ ἄντικρυς ῥηθῆναί τε καὶ περατωθῆναι τὸ τοῦ Σολομῶντος ἐκεῖνο δοκεῖν, ὅ φησιν, εἰσὶν ὁδοὶ δοκοῦσαι μὲν ἀνδρὶ τὰ πρῶτα ὀρθαὶ τὰ μέντοι τελευταῖα αὐτῶν βλέπει εἰς θάνατον. καὶ τῇδε μὲν τὰ κατὰ τὴν βασιλίδα πόλιν ἐφέρετο.

Quibus verbis grauiter cōmotus Andronicus, Tripsychi bona grandinis in morem dissipat: & ipsum in liberam custodiam datum, tandem etiam excæcat. Hunc Tripsychi potentia finem habuit, vt Salomonis illa sententia planè in eum quadrare videatur, cum ait: Vias esse quæ principiò rectæ videantur, sed exitum earum ferre ad mortem.

Ira principis, fundi subditorū, in quos irruit, calamitas.

ΤΟΜΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ

ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ ΚΥΡΙΟΥ

Ἀνδρονίκου τοῦ Κομνηνοῦ.

NICETAE CHONIATAE

LIBER SECVNDVS DE IMperio Andronici Comneni.

***

BREVIARIVM.

1 *Andronicus Siculis victoribus parum feliciter resistit.*

2 *Eiusdem apparatus ad Constantinop. vrbis (quam obsidere cogitabant Siculi) defensionē. Negligentia, luxus, satellites, canis, crudelitas Andronici.*

3 *Contra, eiusdem præclaræ quædam virtutes proponuntur, nempe benignitas in pauperes, & reipublicæ cura.*

4 *Grauis oratio Andronici de Imperatorum negligentia.*

5 *Seueritas Andronici naufragorum incolumitati consulit. Alia memoranda in republicæ commoda ordinat: æquus est subditis, eorúmque oppressores mulctat: doctorum amans sed disputationibus de religione infensus.*

6 *Saturnina Andronici statua. Imagines Imperatricis quam suffocauerat, cur transformauerit. Templum 40. martyrum instaurat, & exilii sui gloriatur.*

7 *Crudele Andronici consilium de tollendis omnibus seditiosorum cognatis. Vniuersæ eorum familiæ condemnantur.*

8 *Edicti crudelis exordium & summa eiusdem exagitatio. Manuel Andronici filio edicto refragatur.*

9 *Impietas Andronici ad Egnastrimythos dæmonum seruos abeuntis, vt successorem nosset. Mali genij œstro percitus malum imminens minimè videt.*

10 *Hagiochristophorita dum Angelum Isaacium occidere studet, occiditur: Isaacius autem in templo supplex populum concitat.*

11 *Seditionem comprimere dum studet Andronicus, accendit. Ioannes Ducas frustra ambit imperium: nam Isaacius Angelus Imperator designatur, vnde Andronici fuga.*

12 *Palatium à plebe direptum: Captiuitas Andronici, qui miserabiliter exagitatus à plebe Constantinopolitana, atrocissimis cruciatibus occiditur.*

13 *Andronici elogia, vaticinium, sepultura, & de eiusdem interitu vaticinium.*

Τὸ δέ γε Σικελικὸν στράτευμα τριχῆ διαιρεθὲν, ὃ μὲν τῇ Θεσσαλονίκῃ προσέμενε. τὸ δ᾽ αὖ ἕτερον δύω μερίδων, ἡ μὲν εἰσβάλλει κατὰ τὰς Σέρρας, καὶ τὰ ἐκεῖσε πάντα χειροῦσθαι καὶ πορθεῖν ἔγνωκεν. ἡ δὲ ὡς διὰ λείας ὁδοῦ φερομένη, καὶ μηδένα τῶν εἰς χεῖρας ἰόντα ἢ ἀντιπίπτοντα ἔχουσα, εἰς αὐτὴν τὴν Μοσυνόπολιν κατεσκήνωσε, καὶ τὸ κύκλῳ ὑποχείριον ἔθετο. Ἀνδρονίκῳ δὲ τὰ μὲν πρῶτα ἐμέλησε στεῖλαι τοὺς φυλάξοντας τὴν Ἐπίδαμνον, καὶ ἀφίκετο ἐκεῖσε ὁ Βρανᾶς Ἰωάννης. βραχεῖαι δὲ ἡμέραι, καὶ οἱ μὲν Ἰταλοὶ Ἐπιδάμνου ἐπέβησαν ὡσεὶ πτηνοὶ καὶ ἀέριοι, μικροῦ τε θατέρου τῶν ποδῶν τὴν βάσιν ἐκτείναντες, ἀπραγμόνως τὰ τῶν περιβόλων ὑπερέβησαν κρήδεμνα, ὁ δὲ Βρανᾶς εἰς Σικελίαν αἰχμάλωτος μετατίθεται. ἔπειτα δὲ τῷ διέπειν λαχόντι Θεσσαλονίκην, Δαβὶδ ἐπέστελλε, καὶ ἐπέτελλεν ἐπαγρυπνεῖν τῇ τῆς πόλεως φυλακῇ, καὶ μηδ᾽ ὅλως δεδιέναι τοὺς πεδιλορράφους Λατίνους, πηδᾶν δὲ καὶ δάκνειν, καὶ κεντεῖν, ἵν᾽ αὐτὰς τὰς Ἀνδρονίκου παραθήσωμαι λέξεις. καὶ ἐφ᾽ ὅτῳ μὲν Ἀνδρόνικος οὑτωσὶ συνετίθει τὰ γράμματα, μόνος ὁ ἐκδιδοὺς ἐπιστάμενος ἦν Ἀνδρόνικος. αὐτοῖς δὲ τοῖς φιλοσκώμμοσι πολίταις διὰ γέλωτος ἤγετο τὰ γραφόμενα, ἀντιφέρουσι ταῦτα καὶ ἀντιβάλλουσι πρὸς αἰσχρά τινα δημόσια ῥήματα, ἃ μὴ προφέρειν χρεών.

ἐπὶ

Tragœdias superiore libro descriptas comitantur aliæ calamitates in rep. & aula, tandémq. horrendum ipsius Andronici exitium & supplicium. Ita vltio diuina dum peccatores expectat, in eorum capita gladios acuit, pœnarúmq. grauitate tarditatem supplicioru compensat.

Hoc vrbis imperatricis statu, Siciliensis exercitus in tres partes est diuisus: quarum vna Thessalonicæ mansit, altera in Serranum agrum impressionem fecit, vt loca illa omnia vastatura & subactura. tertia quasi plana via processit: neque vllo hoste apparente, ad ipsam Mosynopolim tentoria fixit, & circumiacentia loca omnia subegit. Andronico verò principiò curæ fuit præsidium mittere Epidamnum. Sed paucis diebus pòst, quàm Branas Ioannes eò peruenisset, Itali veluti volatu per aerem aduecti, citra laborem & quasi per ocium mœnium pinnacula transcenderunt. Ioannes Branas captiuus in Siciliam est abductus. Deinde Thessalonicæ præsidi Dauidi per literas mandauit, vt vrbis custodiæ intentus esset, nec calcearios Latinos quicquam formidaret: vtque saltaret, morderet & pungeret, vt ipsa verba Andronici apponam: quæ cur vsurparit, solus autor nouit Andronicus. Sed ciues facetiores verba illa ridebant, & ad quædam vulgaria & obscœna detorquebant, quæ silentio prætereunda sunt.

Andronicus Siculis resistit, sed parum feliciter.

Hostes nimium securè & petulanter contemnit. Superbiæ ignominia comes.

Dauid ille præfectus Thessalonicensis, mollis Græculus, merito deridetur, vt qui animum effœminatum gereret.

ἐπὶ δὲ τούτοις τὰς Ῥωμαϊκὰς δυνάμεις συνηθροικὼς, ὅσαι τε ἑῷαι, καὶ ὅσαι ἑσπέριαι, καὶ ταύτας ἐς τάγματα διελὼν, τὸ μὲν τῷ βασιλεῖ καὶ υἱῷ Ἰωάννῃ ἀπέταξε, περὶ τὴν Φιλίππου διατρίβοντι ἐπαρχίαν, τὸ δὲ τῷ Χαρτουλαρίῳ παραδέδωκε Χούμνῳ, ἄλλο τῷ Παλαιολόγῳ Ἀνδρονίκῳ, ἕτερον τῷ ἐκτομίᾳ Νικηφόρῳ ὃς τιμήεις ἦν παρ' Ἀνδρονίκῳ, τῷ τοῦ παρακοιμωμένου κυδρουμένῳ ἀξιώματι. ἀλλὰ καὶ Ἀλέξιον ἐκπέπομφε τὸν Βρανᾶν μεθ' ἑτέρου στρατεύματος. πλὴν ὁ μὲν υἱὸς κυνηγεσίοις ἐνδυπάθει κατὰ τὴν Φιλιππούπολιν, ὅσα καὶ πυλῶν Γαδειρείδων κατάξεσιν ἢ Διονυσείων στηλίδων καθαίρεσιν τὴν τῆς Θεσσαλονίκης προνόμευσιν φανταζόμενος. οἱ δὲ λοιποὶ ταύτης πολιορκουμένης, ἐγγίσαι μὲν καὶ ἐπαρῆξαι οὐδαμῶς ἀπεθάρρουν· πορρωτάτω δὲ σκηνούμενοι, διὰ ὀπτήρων καὶ ταχυδρόμων κλεπτόντων τὴν εἰς τὸ στρατόπεδον τῶν πολεμίων ἄφιξιν, τὰ κατὰ Θεσσαλονίκην ἦσαν ἐνωτιζόμενοι. μόνος δὴ ἀπὸ πάντων ὁ Χοῦμνος Θεόδωρος, ὑπέστη ἐγγύτερον προσελθεῖν, ὡς ἐπαμυνῶν Θεσσαλονικεῦσιν ἐν τῷ συμπλακῆναι τοῖς διειληφόσιν τὴν πόλιν στρατεύμασιν, ἢ καὶ παρελευσόμενος ἔσωθεν, εἰ καὶ τοῦτο ἐξείη. ἀλλὰ καὶ πρὸς ἄμφω διαμαρτὼν τοῦ σκοποῦ, αἰσχρῶς παλίμπους ἐφέρετο. οἱ γὰρ ἀμφ' αὐτὸν μηδὲ μέτωπον κόρυθος τῶν ἐναντίων βλέψαι ὑπενεγκόντες, τὰ νῶτα μετέβαλον. καὶ ἀμεταστρεπτὶ ἔφευγον, ἐν τούτῳ παρὰ τοὺς πολλοὺς ὁμοφύλους ἀνδρεισάμενοι, τὸ γοῦν ἀεὶ μὴ ἐφησυχάζειν, ἀλλ' οὓς οἱ προθέοντες ἀνήγγελλον αὐτοῖς πολεμίους, τούτοις αὐτόψει καταπιδεῖν, καὶ ἔργοις αὐτοῖς διδαχθῆναι τὸ ἐν μάχαις ὀξύρροπον τῶν ἀνδρῶν. ἐπεὶ δὲ ἑάλω ἡ λογίμη Θεσσαλονίκη, καὶ ὁ διαμερισμὸς, ὥς μοι εἴρηται, ἤδη ξυνέβη τῶν

Post hæc Romanis copiis tã Occidentalibus quã Orientalibus coactis, & in legiones deſcriptis, partem vnam Ioanni filio, Imperatori deſignato, tum in Philippica prouincia degēti, aliã Chũno Chartulario, aliam Andronico Paleologo, aliã Nicephoro ſpadoni dedit, cui Accubitoris dignitatem tribuerat. Alexium quoq; Branam cum alio exercitu ablegauit. Cæterũ filius eius circa Philippopolim venationibus deditus, de excidio Theſſalonicæ nõ magis cogitabat, quàm de Gadiũ portis, aut Bacchi columnis euertendis. Cæteri verò dum ea obſideretur, propius accedere & opem ferre nullo modo auſi, caſtris longè ab vrbe poſitis, per ſpeculatores & expeditos equites caſtra hoſtium furtim ingreſſos, Theſſalonicæ ſtatum explorabãt. Solus omniũ Chũnus Theodorus propius accedere non dubitauit, vt ciuibus in aciem contra hoſtes egreſſis, opem ferret: aut, ſi liceret, ipſam vrbem ingrederetur. ſed vtroque conſilio fruſtratus, turpiſſimè pedem retulit, quòd milites eminus, ne galeam quidem hoſtilem intueri auſi, tergis obuerſis effuſè fugiebant. In eo duntaxat cæteris popularibus ſuis præſtãtiores, quòd non ſemper ignaui deſederant, ſed hoſtes, quos ſpeculatores adeſſe nunciarãt, coràm aſpexerant, & re ipſa impetum eorum cognorant. Capta Theſſalonica, & Sicu-

Multi quidē exercitus, ſed nulli duces. Etenim ſi caput imperij morbis in ſanabilib. laborat, quid membra iuuant?

Venator, nõ ſemper bellator. Vnum age, princeps.

Græcorum ignauia.

Chũni Theodori puſillanimitas, theſſalonicenſibus exitioſa.

Militum Græcorum fuga turpiſſima.

Hos falſè perſtringit Nicetas, nẽpe lepores galeatos.

Siculus exercitus trifariã diuisus Constantinopolim cogitat.

lo exercitu diuiso, vt dictum est, quẽ alij prius instar Chimæræ coniunctum, tam separatum esse dicerent: fortissima eius pars tanquam leo recta ad urbem imperatricẽ contendebat: media Serranũ & Amphipolitanum agrum peruagabatur: postrema, classis videlicet, quæ in modum serpentis in aquis voluitur, principem Thessalorum vrbẽ custodiebat. Verũ Romanis, quamuis coniuncti iisdem auspiciis militarent, ne sic quidem cum vna parte dimicare ausis, hostes qui Mosynopolim occuparant, cum nullum hostẽ viderent, lõgius progredi statuerunt. Romani verò montium verticibus insessis, in planiciem descẽdere, & hostibus ire obuiam non audebant. Itaque Siculi nihil cũctandum esse rati, coactis in vnum copiis, Constantinopolim petendam & occupãdam esse censuerunt. Hãc etiam spem Comnenus Alexius eis fecerat, qui cum eos ne ducis quidem loco comitaretur, tamen irrita spe cõcepta, homo stultissimus, ac ne ouibus quidem pascendis aptus, Siculorũ regẽ sua causa laborare putabat: nec minus supercilij prę se ferebat, quàm si iam Imperator designatus, insignia Imperij gestaret, & apud peregrinum militem se à Constãtinopolitanis non minus quam patruũ magnificũ Imperatorẽ Manuelem desiderari, & æque ac matutini Solis iucũdissimos radios expectari

Græcorũ ad Siculi exercitus conspectum timiditas.

Ambitiosi & stolidi principis imago.

Humanæ vitæ vanitas, in qua sæpius homines ne ouibus quidem pascendis apti, sceptra gerunt.

Σικελικοῦ στρατεύματος, ἄλλος δ' ἂν εἴποι τις ὡς κατὰ τὴν μυθικὴν Χίμαιραν συναπτόμενον πρότερον τὸ ἀντίπαλον, τότε διαιρεθέν, τὸ μὲν κράτιστον αὐτοῦ ὅσα καὶ λέων προηγούμενον, εὐθὺ τῆς βασιλίδος ἵετο πόλεως, τὸ δὲ μέσον τὰ κατ' Ἀμφίπολιν καὶ Σέῤῥας ἐνέμετο. τὸ δὲ λοιπὸν ὅσον δηλονότι ναυτικὸν, καὶ ὡς ὄφις συρόμενον ἐν τοῖς ὕδασιν, ἐτήρει τὴν προκαθεζομένην πόλιν τῶν Θετταλῶν. οὐδ' οὕτως ὄντες ὁμοθυμαδὸν οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ βάλλοντες ἓν στρατήγιον, ἑνί τινι συμπλακῆναι ἀπεθάῤῥησαν τμήματι· ἀλλ' οἱ μὲν κατειληφότες τὴν Μοσυνόπολιν πολέμιοι, καὶ περὶ τῆς προσωτέρω πορείας ἐσκέπτοντο, μηδαμῶς ὁπλίτην Ῥωμαῖον ἐνοπτευσάμενοι. Ῥωμαῖοι δὲ τὰς τῶν ἐκεῖσε καταλαβόντες ὀρέων λαγόνας, εἰς τὸ πεδίον οὐκ εἶχον ὑποκαταβῆναι, καὶ δέξασθαι τὸ ἐπιὸν δυσμενές. ὅθεν ἐγνώκεσαν Ἰταλοὶ, μηκέτ' ἀναδύεσθαι, ἀλλ' ὁμοῦ συσπειραθῆναι, καὶ πρὸς ἓν καταύτημα τὴν Κωνσταντίνου Καλλίπολιν ἐπειχθῆναι, καὶ ταύτην χειρώσασθαι. οὕτω γὰρ αὐτοὺς ἐπῆρεν ὁ ἐκ Κομνηνῶν Ἀλέξιος, ὃς σφίσι συνὼν, καὶ μηδ' ἐν μέρει ταττόμενος στρατηγοῦ, ὅμως ἃ τελεσθῆναι οὐκ ἔμελλον φανταζόμενος ᾤετο ὁ ἀνέστατος, καὶ μηδὲ προβατίων ἀρχὴν ἐνδέξιος, ὑπὲρ ἐκείνου διαπονεῖσθαι τὸν ῥῆγα τῶν Σικελῶν· καὶ ὡς ἤδη ἐν τῷ βασιλικῷ σχήματι καταστὰς, καὶ ἀρχαιρεσιασθεὶς αὐτοκράτωρ ὁ μελετίδης ὠφρύωτο, φάσκων τε διατεινόμενος πρὸς τὸ ἀλλόθρουν στράτευμα, μὴ ἂν ὑποβεβηκέναι τὸν ἑαυτοῦ πόθον παρὰ τοῖς Κωνσταντινουπολίταις πρὸς τὸ μεγαλεῖον τοῦ βασιλέως καὶ πρὸς πατρὸς αὐτῷ θείου τοῦ Μανουὴλ, ἀλλ' οὕτως ἡγεῖσθαι παρὰ Ῥωμαίοις ἀσπάσιος, ὅσα καὶ ἡ μεσοφαὴς ἥλιος, καὶ κατὰ τὴν ἀέρος ὁλκὴν ἀπαραίτητον κρίνεσθαι

θαι καλόν. καὶ ταῦτα μὲν οὕτως.

2 Αὐτὸς δὲ Ἀνδρόνικος τὰ τείχη τῆς πόλεως περιελθών, εἴ τι χρόνῳ ὑπέσκαζεν, ἐπισκευάζεσθαι τοῦτο προσετετάχει. καὶ ἦν ἔργον εὐθὺς τὸ ἐπιταττόμενον. κατηρείπωντο δὲ καὶ τῶν οἰκημάτων, ὁπόσα τοῖς τείχεσιν ἐπικείμενα, εὐέφοδα ἐποίει τὰ ἔσωθεν, καὶ νῆες μακραὶ περὶ τὰς ἑκατὸν ἐσάλευον κατὰ τὰς ἀκτάς, ἡτοιμασμέναι πρὸς ἔκπλοιαν, δέησαν, ἐπιβοηθήσουσαι πόλεσι κακῶς διακειμέναις ὑπὸ τοῦ στόλου τῶν Σικελῶν, καὶ τοῖς ἀστυπολίταις ἀρήξουσαι (καὶ οὗτοι γὰρ ἐπιστήσεσθαι ᾤοντο αὐτίκα τοὺς πολεμίους) καὶ διαληψόμεναι κατὰ καιρὸν τὸν εἰσέχοντα θαλάττιον κόλπον, καὶ ποταμίου δίκην ὁλκοῦ τὴν ἐν Βλαχέρναις ἠϊόνα ῥαίνοντα. καὶ τὰς μὲν κοινὰς ἐς τοσόνδε διαθέμενος φροντίδας, ἀνέπεσεν, ὡς ἀρκούντως ἤδη καὶ ἀραρότως τὰ πρὸς ἀντιμάχησιν διοικήσας, καὶ καταπολέμησιν τῶν τοῖς Ῥωμαίοις ἐπιόντων ἐχθρῶν. ἀκηκοὼς δὲ ἁλῶναι Θεσσαλονίκην, εἰς κακοποιΐαν τρέπεται τῶν προσηκόντων Δαβίδ, ὃν φύλακα τῆς πόλεως ταύτης τὸ λέγειν ἤδη δεδήλωκε. καὶ συλλαβὼν τούτους, καθείργνυσιν ἐν φρουραῖς. δημηγορῶν δέ, οὐδὲν μέγα τὸ συμβὰν ἔλεγεν εἶναι, οὐδ' ἄξιον ὡς κατόρθωμα σεμνολογεῖσθαι τοῖς Σικελοῖς. οὐ νῦν γὰρ πρώτως, ἀλλὰ καὶ πρώην πόλεων ἁλώσεις, ἐπάγειν τὸν χρόνον φιλεῖν, καὶ νίκην ἐπαμείβεσθαι ἄνδρας. φήμαις δὲ βαλλόμενος ἀπευκταίαις ἄλλοτε ἄλλαις, καὶ συχνάκις ἐφισταμένων τῶν ἀγγελλόντων, ὡς νῦν μὲν οἱ ὑπεναντίοι Ἀμφίπολιν παρεστήσαντο, νῦν δὲ τὰς ἐφεξῆς ληϊσάμενοι χώρας, κατὰ τὴν Μοσυνόπολιν ἐναυλίζονται, καὶ τὰς τοιαύτας ἀγγελίας ὡς οὐδέπω δεινὰς ἀπεπέμπετο, καὶ ἔλεγεν, ὡς μετελεύσεται τοὺς ἐχθρούς, καὶ ἐξολοθρεύσει τέλεον, ὃν τρόπον οἱ θηρα-

ineptè iactabat.

2 Andronicus verò ipſe mœnia vrbis circumiit: & ſi quid vetuſtate ruinoſũ erat, id ſuffulciri & inſtaurari iuſſit. Nec mora, iuſſis alacriter obtemperatur: ædificia extrinſecus mœnibus cõtigua, quæ facilem in vrbem aſcẽſum præbebant, diruuntur: naues lõgæ circiter C in littoribus fluctuant, ad nauigandum, ſi opus eſſet, & opẽ vrbibus, quas Sicula claſſis infeſtaret, & ipſis ciuibus ferendam paratæ, (nã hi quoq; hoſtis aduentum imminere putabant) & ad marinum ſinum, qui fluminis inſtar Blachernium littus alluit, per tempus occupandũ. Hactenus reipublicæ nauata opera quieuit, quaſi iam abunde ad defenſionem & hoſtium profligationem paratus. Audita verò Theſſalonicæ expugnatione, Dauidis cuſtodis eius vrbis propinquos in carcerẽ coniicit, ac pro concione caſum illum extenuat: nihil magni geſſiſſe Siculos, neque nunc primum, ſed ſępe alias progreſſu temporis vrbes eſſe expugnatas, & victoriæ viciſſitudinẽ eſſe. Sed cum alias aliis aduerſis nunciis percelleretur, & crebrò adeſſent qui nunc Amphipolim eſſe captam, nunc finitimis illi prouinciis vaſtatis, hoſtes iuxta Moſynopolim caſtra habere aſſerebãt: iis quoq; rumoribus eleuatis, ſe vlturum hoſtes, & funditus deleturũ dicebat, quẽadmodum venatores ſingu-

Qui legum publicarum, humanitatis & honeſtatis parietes euerterat, qui domos ciuiũ ſanguine & luctu polluerat, qui mare & turbauerat defenſionem quidẽ parat aduerſus viſibiles hoſtes, de reconciliatiõe cũ omnipotente iudice nullo modo ſollicitus.

Sibi ob præſtitam vanã operam applaudit.

In mollis pręfecti propinquos ſæuit, ipſe cauſa mali.

Plebem mẽdacio lactat.

Hoſtibus riculè minatur. Sic ſolẽt homines rerum imperiti aut ciuiũ ſanguine inebriati, aut proſperitate ſua excæcati & ab adulatoribus dementati.

Comparat Italos apris, & ferinas pelles ante ferarum capturam iactabūdus venator, mactationis proximus, imaginate ostentat.

lares apros. Eos enim paulatim à saltu recedentes, & escam persequētes, in insidias & decipulam pellici, ac venabulo transfigi, aut profūdum vulnus in visceribus accipere. Italos eodem modo, quasi resistente nemine securos, & subinde maioris prædæ cupiditate progrediētes, in extremum & improuisum interitum delapsuros, & scelerum suorum pœnas daturos. Quæ verba nihil erant aliud, nisi futiles rationes viri, qui apertè naturæ rerū repugnabat, & concitatum contra se populum lenire studebat: non autem eò pertinebant, vt ex viri fortis officio nihil intentatum relinqueret, quo Barbaros profligaret. Nam quāuis tot & tanta mala instarent, vt omnes atrocissima quæq; timerent, iisque veluti iam vrgentibus angerentur: ille res intolerabiles æquo ferebat animo, & in alienis malis philosophabatur: idq; in summa ambitione & cupiditate imperij, qua ad inhumanitatem impulsus, omnes tyrannos qui vnquam fuere superauit. Ad hæc, vt erat luxu corruptus, cum cœtu scortorum & pellicum in loca deserta & temperata secedere, & ferarum more conualles & herbosos saltus consectari solebat, vt gallinarum gallus gallinaceus, aut hircus caprarū ductor, aut vt Bacchus Thyadas & Mænadas, sic ipse amicas suas antecedebat, tantū nō hinnuli pelle & crocoto indutus. Ac

Primaria Andronici tragœdia, Andronic⁹ ipse.

Qui tot malis intus & extra obsessus seipsū in seipso nempe in barathro vitiorū, perdit.

Et luxu corruptus, ac virorū exercitu neglecto cœtus scortorum, æterno opprobrio amictus persequitur.

ταὶ τοῖς μοναδικοῖς τῶν συῶν. αὐτούς τε γὰρ κατὰ βραχὺ μεθισταμένους τῆς λόχμης ἐξελκεῖσθαι, λιχνευομένους περὶ τὴν προκειμένην ἐδητύν, ἔνθα ὁ δόλος καὶ ἡ πάγη κατέστηται, καὶ οὕτως ἐμπείρεσθαι δόρατι, ἢ βαθεῖαν κατὰ τῶν σπλάγχνων δέχεσθαι τὴν πληγήν. καὶ τοὺς Ἰταλοὺς δὲ ὡσαύτως ἀφροντιστοῦντας, ὡς οὐκ ὄντος τινὸς ἀνθισταμένου, καὶ ἀεὶ προχωροῦντας τοῖς ἔμπροσθεν, καὶ τῇ τῶν πλειόνων σκύλων ὑποσαινομένους ἐφέσει, μέλλειν εἰς τὸν ἔσχατον καὶ ἀπροόπτον ὄλεθρον ἐμπεσεῖσθαι. καὶ ἐπὶ κορυφὴν αὐτῶν τὴν ἀδικίαν αὐτὸν καταβήσεσθαι. ἦν δὲ ταῦτα οὐδέν, ἢ ἀνδρὸς τῇ φύσει τῶν πραγμάτων ἀντιμαχομένου προδήλως αἱμύλα προβλήματα, καὶ πολιτείας ἤδη κατ' αὐτοῦ φλεγμαινούσης μειλίγματα, οἷς οὐκ ἦν ἀρκούμενος, καὶ πᾶσαν μηχανὴν μετιών, ὅπως ἀποσβέσειε τὸ ἀλλόγλωττον. καίπερ δὲ τοιούτων καὶ τοσούτων ἐφεστώτων κακῶν, καὶ πάντων πείσεσθαι φανταζομένων τὰ οἰκτρότατα, καὶ ὡς ἤδη παρόντων καὶ ἀνιόντων ὀδυρομένων· ὁ δὲ ὁμαλῶς ἔφερε τὰ ἀνύποιστα, καὶ οἷον ἐπ' ἀλλοτρίοις δεινοῖς τὸ φιλόσοφον ἐπεδείκνυτο. καὶ ταῦτα εἴπερ τις, φίλαρχος ὤν, καὶ δι' ἔρωτα βασιλείας εἰς ἀπανθρωπίαν ἤδη ἐκκυλισθείς, καὶ τυράννους ὑπερελάσας τοὺς πώποτε. ἔνθεν τοι καὶ τῆς πόλεως πολλάκις ἀπανιστάμενος, μετὰ χορείας ἑταιρίδων καὶ παλλακῶν ἐφιλοχώρει τοῖς τῶν τόπων ἐρημικωτέροις, καὶ οἷς ἡ τῶν ἀέρων ἐπλεόναζεν εὐκρασία, καὶ θηρείων δίκην συναγκείας ὀρῶν, καὶ χλοεροῖς ἐνδιαβυόμενος ἄλσεσιν, ὡς ὄρνιθας κατοικιδίους ἀλεκτρυών, ἢ αἶγας τράγος ἡγούμενος αἰπολίου, ἢ καθάπερ ὁ Σεμέλης Διόνυσος τὰς Θυάδας, Σοβάδας, Μαινάδας Βάκχας, εἶχεν ἑπομένας ὡς ἑρωμένας· μόνον οὐ νεβρίδα ἐξημμένος, καὶ τὸν κροκωτὸν ἐνδυό-

ἐνδυόμενος. καὶ ἦν κατὰ τακτὰς μὲν ἡμέρας ὡσεὶ διὰ παραπετάσματος ὀλίγοις τῶν ἐκ τῆς βασιλείου αὐλῆς ὀπτανόμενος, καὶ τούτων οἵπερ ἐκείνῳ μάλιστα προσῳκειοῦντο. αὐλητρίσι δὲ καὶ ἑταιρίσιν ἀναπεταννὺς πᾶσαν πάροδον, καὶ πάντα καιρὸν εἰς ὁμιλίαν αὐταῖς χαριζόμενος, ἐχώρει τε κατὰ Σαρδανάπαλον ταῖς ἀνέσεσιν, ὃς τόσσ' ἔχειν, ὅσσ' ἔφαγε καὶ ἐφύβρισε, τῷ ἐπιταφίῳ ἐνεκόλαπτε γράμματι. Ἐπικούρειός τε ἦν καὶ Χρυσίππειος, καὶ λαγνείαν δυστυχῶν πολύποδος ἵμερον ἐδίωκε. καὶ φιλότητι μαργαίνων, καὶ τὸν Ἡρακλέα μιμούμενος, ἀτεχνῶς κατὰ τὴν τῶν πεντήκοντα καὶ μόνον θυγατέρων Θυέστου φθοράν. οὐκ ἔχων δὲ τὴν ἴσην πρὸς τὸ ἀκολασταίνειν ἰσχύν, ὡς Ἰόλεων ἐκεῖνος κατὰ τῆς παλινφυοῦς ὕδρας συνέριθον, οὕτω καὶ οὗτος τὰ ὑπὸ γαστρὸς πρὸς συνουσίαν ἀλοιφαῖς καὶ περιττοῖς σκευάσμασιν ἀνερρώννυεν. ἤσθιε δὲ καὶ ζῷον Νειλῷον, κροκοδείλῳ πάνυ τοι ἐμφερές, σκίγγον λεγόμενον, ἀπόσιτον μὲν τοῖς μὴ τὰ τοιαῦτα βρωτέα κρίνουσι, διερεθίζον δὲ ὅμως καὶ διανιστῶν ἐν ταῖς ὁμιλίαις πρὸς συνουσιασμόν. κατὰ δὲ τὰ ἀρχεῖα γινόμενος ἀπὸ τῶν ἔξωθεν διατριβῶν τε καὶ διαχύσεων, οὐκ ὀλίγον μὲν καὶ τὸ περὶ αὐτὸν εἶχε δορυφορικόν, καὶ τοῦτο ἐκ βαρβάρων ἰλῶν καὶ ἀνδρῶν λοιμῶν χαιρόντων ἀπαιδευσίᾳ, καὶ τὰ πλεῖστα μηδ' ἐπαϊόντων Ἑλληνίδος φωνῆς. καὶ τοὺς προκοίτους δὲ καὶ προφύλακας ἐσαεὶ τοιούτων ἀναγώγων συνείληχεν ὁμηγύρεων. τελευτῶν δὲ καὶ κύνα κάρχαρον, οἷον καὶ λέουσιν ἀντιπλέκεσθαι, καὶ ἄνδρα ἔφιππον ὁπλίτην κατενεγκεῖν ἔραζε, συνοικὸν ἑαυτῷ πεποίητο. οἱ μὲν γὰρ σωματοφύλακες καὶ δορυφόροι ἄποθέν που τοῦ βασιλικοῦ κοιτῶνος νυκτὸς κατηυνάζοντο· ὁ δέ γε κύων

certis diebus à paucis aulicis, iisque intimis, veluti per transennã videbatur: tibicinis verò & meretricibus omnem aditũ patefaciebat, easque quouis tempore ad colloquium admittebat, voluptati vt Sardanapalus indulgens, qui sepulchro suo incidit, ea se habere quæ comederit, & pro libidine egerit.

Vultum hominum fugit, vt lenones & meretrices ad se admittat.

Erat Epicureus & Chrysippeus, morbo luxuriæ corruptus, & amore perditus: Herculem L Thyestis filiabus stuprandis imitabatur. Sed quia tantùm illi roboris ad lasciuiam non suppetebat, vt ille Ioleum contra rediuiuam hydram implorabat, sic ipse virilia vnctionibus & deliciis firmabat.

Naturam ipsam violare nititur, & senectuti suæ notam infamiæ inurit.

Vescebatur item Nilotica bestiola, crocodilo non absimili, quem scincum vocant: à quo cibo cum plerique abhorreant, tamen tentiginem excitat, & ad rem veneream paratos facit.

Victus rationem non ad naturam, sed ad fœdissimas voluptates accõmodat.

In palatium à deambulationib. & recreationibus reuersus, non paucos secum habebat satellites, eosque ex barbaricis cohortibus & pestilentibus hominibus, quibus immodestia cordi est, linguæ Græcæ maxima ex parte ignaris: & qui ante cubiculũ & fores excubabant, ex istiusmodi petulantibus cœtib. conflati erant.

Pestilẽtes & crudelissimos nebulones sibi satellites deligit.

Tandem etiã canem asperum, qui & cum leonibus pugnare, & armatum equitem humi sternere poterat, in suo conclaui habuit. Nã satellites & custodes noctu procul ab eius cu-

Et qui tot proceres ac ciues nõ modò allatrauerat, sed etiã suppliciis cõsciderat, cãnem asperũ in conclaui retinet.

biculo cubabant: canis verò ad ianum alligatus, ad exiguum ſtrepitum horrendum in modum latrabat. Ita paulatim Conſtantinopolitanorum ſimplicitati inſultabat, & quaſi naribus ſuſpẽſos trahebat: & vt ad omnem imperatorum obſeruantiam & cultum paratos (ignarus, ſe ab illis imperio deiectũ grauiſſimas pœnas daturũ eſſe) deridebat. Itaq; cornua ceruorum, quos venatus erat, inſignia, & rari aliquid habentia, in porticibus fori ſuſpendebat, per ſpeciem oſtentandæ magnitudinis ferarum quas cepiſſet: cum reuera ciuitatis, & vxorum quas ipſe corrũpebat, laſciuiam notaret. Quo verò die ex Propontidis deliciis & amœnitatibus in vrbem reuertebatur, is dies omnino nefaſtus habebatur. Neq; enim alia de cauſa rediiſſe putabatur, niſi vt mactaret & perderet eos, quos ſibi ſtrue re inſidias ſuſpicabatur. Ita Andronici aduentus multis detrimentum, & mœrorem, aut vitæ iacturã, aut aliud extremum malum portendebat. Is enim vir cum eam veluti lineã in animo ſuo deſſcripſiſſet, ad quam crudelitatis ſuæ amuſſim exigeret: cum ſibi diem periiſſe putabat, quæ non excellentem aliquem virum aut iugulaſſet, aut excæcaſſet, aut ſaltẽ obiurgaſſet, aut Titanico vultu terruiſſet. Nam ſæuo pædagogo ſimilis, ſubinde flagellum in pueros quatiẽti, tẽpeſtiuè & intempeſtiuè

Vulgi ſimplicitati inſultat, & miſeros ciues naſo trahit.

Sceleráque ſua paſſim & palàm oſtẽtat.

Delicias ſuas ſanguine fœdat.

Aduentus tyranni ſubditis pernicioſus.

Tyrannicum axioma, cui regiũ opponatur, diem principibus periiſſe, quo non ſubditis benefecerint aut aliquos ſibi obſequentiores pietate & iuſtitia ſua effecerint.

πρὸς ταῖς θύραις ἐδέδετο, χαλκεόφωνος ὤν, καὶ πρὸς βραχεῖαν διαταραττόμενος ψόφησιν, καὶ κινούμενος ὑλακόμωρος. προϊὼν δὲ οὕτω κατετρύφα τῆς τῶν Κωνσταντινουπολιτῶν εὐηθείας, καὶ ὡς ἀπὸ ῥινὸς ἑλκομένους ἐχλεύαζε, καὶ πρὸς πᾶσαν τὴν κρατούντων θεραπείαν τε καὶ θωπείαν ἑτοίμως ἔχοντας ἐκωμῴδει, οὐκ εἰδὼς ὡς ὑπ' αὐτῶν καθαιρεθήσεται τῆς ἀρχῆς, καὶ τὰ τῶν ὅλων ὑποστήσεται χείριστα· ὥστε καὶ τῶν παρ' αὐτοῦ θηρευμένων ἐλάφων τὰ κέρατα ὅσα δωδεκάδορκα ἦν, καὶ εἶχόν τι θαύματος, ταῖς κατὰ τὴν ἀγορὰν ἀψίσιν ἀνήρτα, τὸ μὲν δοκεῖν εἰς ἔνδειξιν τῶν παρ' αὐτοῦ ἁλισκομένων μεγέθους ἀγρίων, τῷ δ' ὄντι διαμωκώμενος τὸ πολίτευμα, καὶ διασύρων εἰς ἀκρασίαν τὰς γαμετάς. ὁπηνίκα δὲ κατὰ τὴν μεγαλόπολιν γένοιτο, τῶν τῆς Προποντίδος τρυφηλῶν χωρίων καὶ περιπάτων ἀπανιστάμενος διαιτήσεων, οὐκ ἦν μὴ ἀποφράδα κρίνεσθαι τὴν τότε ἡμέραν. οὐ γὰρ δι' ἄλλα ἄττα παρεῖναι ἐδόκει ἢ ὡς θύσων καὶ ἀπολέσων, ὁπόσον ὡς ἐπίβουλον ὑπωπτεύετο. καὶ ἡ Ἀνδρονίκου ἐπιδημία τοῖς πολλοῖς ζημία καὶ ἀθυμία, ἢ καὶ τοῦ βίου ἐκδημία, καὶ πᾶν ἄλλο τι ἔσχατον κακὸν συλλελόγιστο· ἐπειδήπερ ὁ ἀνὴρ ὡσεὶ καὶ γραμμὴν μονοδιάστατον, καὶ μηκιζομένην εἰς τὸ λεπταλέον καὶ ἀπλατὲς ἐν τῷ ἐδαφιαίῳ τῆς ψυχῆς καθάπαξ τὴν ὀξυχολίαν προϋποθείς, καὶ πρὸς ταύτην ἅπαν ἀποστενῶν τὸ πραττόμενον, ἀβίωτον ᾤετο τὴν ἡμέραν, καθ' ἣν οὐ ξυνειλήφει τινὰ τῶν ἐν ὑπεροχαῖς, ἢ λύχνους οὐκ ἔσβεσε σώματος, ἢ ὅτου δή τινος οὐ καθήψατο φιλονείκως, ἢ ἐπιτιμητικῷ βλέμματι καὶ Τιτανικῷ ἐμβριμήματι μὴ ἐξέστησε τοῦ φρονεῖν. παιδαγωγῷ γὰρ ἐμβριθεῖ ἐικὼς, θαμὰ τῶν μειρακίων καταφέροντι τὴν σκυτάλην, εὐκαίρως ἀκαίρως ἐπέπληττεν

ἐφιστάμενος, καὶ πρὸς πᾶσαν ἀκοὴν ἐκείνῳ ἀνήδυντον παρωξύνετο. κατηφιῶντες οὖν οἱ τότε ἄνθρωποι, καὶ συννάζοντες ἐβίωσκον, οὐδ' ὁ ὕπνος ἄφροντις τοῖς πολλοῖς, καὶ ὀδυνῶν ἀδαὴς καὶ μαλακός, ἀλλ' ὀφθαλμοῖς ἐφιζάνων ἄκροις ἀφίπτατο, καὶ διεψευσμένος ἦν τὰ πολλά, ἢ Ἀνδρονίκῳ διασοβούμενος ὄναρ πολλάκις ἐφισταμένῳ, ἢ ὅσοις ὁ τραχὺς οὗτος καὶ δυσεκβίαστος καὶ ἀπαραίτητος τὴν ὀργὴν, τῆς οἰκείας ἀπηνείας ἔθετο πάρεργον. ὃ γὰρ ἐπὶ τῶν ἐσχάτων συμβήσεσθαι ἡμερῶν ὁ Θεάνθρωπος προηγόρευσε, δηλονότι ἔσονται, οἱ δύο ἐπὶ κλίνης μιᾶς, ὁ εἷς παραλαμβάνεται, καὶ ὁ ἕτερος ἀφίεται· τοῦτο ἀτεχνῶς κατὰ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἐγίνετο, ἑνός τινος τῶν συνεύνων ἐξάπινα συλλαμβανομένου, καὶ ἀπαγομένου πρὸς σωματικὴν κάκωσιν (οὐδὲ γὰρ καὶ γυναῖκες ἀπῆσαν τοῦ μὴ ὑπὸ δίκην πίπτειν, καὶ τὰ ἀπολυκταῖα ὑφίσασθαι, ἀλλὰ καὶ τούτων οὐκ ὀλίγαι τὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἀπώλεσαν φῶς, καὶ λιμὸν, καὶ φρουρὰν, καὶ αἰκισμοὺς ὑπέστησαν σώματος) καὶ πατὴρ ἠλόγει τέκνων, καὶ υἱεῖς ὀλιγώρουν πατρός· καὶ διεμερίζοντο πέντε ἐν οἴκῳ ἑνὶ, τρεῖς ἐπὶ δυσὶ, καὶ δύο ἐπὶ τρισί. πολλοὶ δὲ καὶ ὡς σοδομιτικὸν ἐμπρησμὸν τὸν τοῦ Ἀνδρονίκου θυμὸν ἐκτρεπόμενοι, φυγάδες ὅλῳ ποδὶ τῆς πατρίδος γεγόνασιν, καὶ τοῖς ἐκ γειτόνων Ῥωμαίοις παρενέβαλον ἔθνεσι, οἳ καὶ εἶχον αὐ ἑαυτοὺς ἀπαθεστάτους κακῶν, εἰ τὴν φυγὴν τῇ Ἀνδρονίκου ζωῇ συνεμέτρησαν. νῦν δὲ τῶν κατ' οἶκον μεταποιούμενοι, εἰς στήλην μὲν ἁλὸς κατὰ τὴν γυναῖκα Λὼτ οὐκ ἐπάγησαν, οὐδὲ νεκρὸς ἐγεγόνεισαν ἅλς, ἄλλως δὲ μωρανθέντες, τὸ ζῆν κατέστρεψαν κακῶς.

3 Οὕτω δ' ὀργιλότητος ἔχων, καὶ σκληρὸν τὸ ἦθος αὐχῶν, καὶ ἀμετάθετος

obiurgabat, & ad quodlibet verbum suis auribus ingratum commouebatur. Quo fiebat, vt ea tempestate homines mœsti & solliciti viuerent, nec securi somnum caperent, sed subitò territi expergiscerentur, Andronicum in se irruere rati: aut eos cernere, quos asper ille, implacabilis & inexorabilis trucidarat. Nam quod Deus & homo Christus, extremis temporibus futurum esse dixit, vt binis in eodem lecto cubantibus, alter assumatur, alter relinquatur: id omnino illis diebus accidebat, cum alter coniugum ad pœnas corpore luendas subitò raperetur (neque enim mulieribus cōcessa erat impunitas: quin & harum non paucæ oculis orbatæ carcerem, famem, verbera tolerarunt) pater filios negligeret, filij patres non curarēt: si in iisdem ædibus quini essent, terni binis, & bini ternis aduersarentur. Multi etiam Andronici iracundiam, vt Sodomiticum incendium remis & velis fugiētes, quàm longissimè à patria discedebant: qui si exilium vsque ad illius obitum extendissent, omnis mali expertes permansissent. Nūc dum rei familiari consultum volunt, non quidem in statuam salis sunt mutati, vt Loti vxor, neque sal emortuum euaserūt, sed alioqui mentis errore affecti, mala morte perierunt.

3 Etsi autem Andronicus adeò iracundus, asper, & inexorabilis erat, vt aliorum

Vt optimorū principū vultus, subditis est velut vmbra in æstu, & sol in tenebris aut frigore: contra sub tyrānos homines pauore correpti marcescunt, hisque illis vita amara.

Quàm miserum sit viuere, vel potius in dies mori sub sæuissimo principe.

Mulierum atrocia supplicia.

Dissidia inter domesticos.

Fuga prudentium ciuium, vt incendium tyrannicum vitarent.

Incōsulta aliorum temeritas qui in periculo perierunt.

Andronici præclaræ virtutes, aliis tyrannis ad omnia inutilibus litē intentant.

malis gauderet, & aliis euertendis se suum suorumq; liberûm imperiũ stabilire putaret, ac voluptatem inde caperet: tamen non pauca rectè administrauit, nec planè ab omni virtute degenerauit: sed vt ex viperæ carnibus, ita ex ipso quoq; Panacęã venari licebat, & salutare antidotum consequi, & ex aspe ris spinis suaueolentem rosã decerpere, & ex helleboro & aconito suauem victum præbere * psaris & coturnicibus. Nam subditos pauperes largitionibus fouebat, si qua modò spes suberat, eum qui opem implorabat, Andronico ob scelera non infensum esse. Procerum auaritiam ita mulctauit, & manus alieni auidas ita compressit, vt eo imperãte multæ prouinciæ colonis auctæ sint, cum quisque, secundũ Propheticum dictum, sub vmbra suarum arborum recubaret, & vindemia peracta & frugibus comportatis, hilariter epularetur, & suauiter dormiret, non quæstoris minas timens, non exactorẽ auarum expectans: sed si Cęsari dederat, quæ erant Cæsaris, nemo erat, qui plus ab eo postularet, aut etiam tunicam aliquando eriperet, & violenter ad necem adigeret. Nam quæstores ad Andronici appellationem ita terrebantur, vt rapaces alio-

Variæ similitudines ad rem accommodatæ.

Benignitas in pauperes.

Seueritas in proceres auaros.

Subditis quietem facit & iucundum otium.

Exactores dissipat.

Rapaciũ vngues abscindit.

ὢν τὸ κολάζειν, καὶ παίζων ἐν ταῖς τῶν πέλας συμφοραῖς καὶ κακώσεσι, τῶν ἄλλων τε ταῖς καθαιρέσεσι τὴν ἰδίαν ἐπιτειχίζειν δοξάζων ἀρχήν, καὶ τοῖς ἑαυτοῦ παισὶν ἐπικρατύνειν τὴν βασιλείαν, καὶ τὸ τῆς ψυχῆς ἐντεῦθεν αὔξαν ἡδόμενον, ὅμως καὶ ἀγαθῶν μετεῖχεν οὐκ ὀλίγων πράξεων, καὶ οὐ παντάπασι δήπουθεν πρὸς τὴν ἐναντίαν ἀπονενεύκει διάθεσιν, σκηνοβατῶν τὰ ὀλέθρια, ἀλλ᾽ ἦν ὡς ἀπὸ ὄφεως σαρκῶν ἐκείνου πανάκειαν θηράσασθαι περιμάχητον, καὶ σώζουσαν εὑρέσθαι ἀντίδοτον, καὶ ὥσπερ ἐξ ἀκανθῶν τρυγῆσαι ῥόδον ἡδύπνοον, ἢ γοῦν ἐξ ἐλλεβόρου καὶ κωνείου ψαρσὶ παραθέσθαι καὶ ὄρτυξιν ἡδεῖαν ἑστίασιν. ἐπεὶ καὶ δωρεαῖς ἔθαλπε τῶν ὑπηκόων τοὺς ἐνδεεῖς, εἰ μόνον ἐλπίδος τι διεφαίνετο, ὡς ὁ αἰτῶν οὐκ ἀποσυγεῖ ἐκεῖνον, παθαινόμενος τὴν ψυχήν, ἐφ᾽ οἷς κακοεργὸς δείκνυται. καὶ τὴν τῶν μέγα δυναμένων πλεονεξίαν οὕτως ἐκόλασε, καὶ χεῖρας τ᾽ ἀλλότρια διψώσας οὕτως συνέστειλεν, ὡς τοῦ βασιλεύοντος ἐκείνου αἱ πλείους ἐπαρχίαι πρὸς πληθυσμὸν ἐπέδωκαν τῶν οἰκούντων. ἕκαστος γὰρ κατὰ τὸ προφητικὸν παράγγελμα, ἐπὶ τὴν σκιὰν τῶν δένδρων αὐτοῦ ἀνεκλίνετο, καὶ τὸν τῆς ἀμπέλου καρπὸν κομίζων, καὶ γῆς εἰσοικιζόμενος τὰ ἐκφόρια ἀσμένως ἤσθιε, καὶ ἡδέως ἐκάθευδε, μὴ φορολόγου ἀπειλὴν δεδιττόμενος, μὴ πλεονέκτην ἢ συζητητὴν εἰσπράκτορα κατὰ νοῦν στρέφων, μὴ τὸν ἐκφυλλίζοντα ὑποβλεπόμενος, μὴ τὸν καλαμώμενον φανταζόμενος, ἀλλὰ τὰ τοῦ Καίσαρος Καίσαρι ἐπιδιδούς, οὐδένα τὸν ἐπιδιπλοῦντα εἶχε τὸ κέρμα, καὶ τὸ τάλαντον πολυπλασιάζοντα, ἔστι δ᾽ ὅτε καὶ τὸ χιτώνιον προσαπαιτοῦντα, καὶ τὸ ψυχάριον αὐτὸ πολλάκις ἀναχρέμψασθαι βιαίως ἐγκείμενον. ἦν γὰρ ἡ Ἀνδρονίκου ἐπίκλησις οἷά τι ὀλέθριον καὶ διασκεδαστικὸν τῶν φορολόγων ἔπασμα φαρμάκευμα, καὶ δυσήκοον φόβητρον τοῖς, ὅσοι παρὰ τὰ διατεταγμένα εἰσέπραττον

εἰσέπραττεν, καὶ νάρκασις καὶ πάρεσις χει-
ρῶν, αἳ πρὸς μόνον ἀφεώρων πρότερον
τὸ λαβεῖν· πολλοῖς δὲ καὶ τὸ ἐθελουσίως ἀ-
ποχαριζόμενον ἀπεπέμπετο, ὥσπερ σῆς
ὑφερπόμενον τῶν ἐκείνοις προσόντων, ἢ ἑ-
τέρα τις φθαρτικὴ δύναμις τὸ προσεγγί-
ζον ἀπολλῦσα. τὸ δὲ δὴ μεῖζον, καὶ ἁδρεῖς
ὀψωνίοις ἐνιαχοῦ ἐφοδιάζων τοὺς τὰς δη-
μοσίους ἀναζωννυμένους ἀρχάς, καὶ ὅσα
πείσονται δεινὰ τὰς αὐτοῦ παραβλεψά-
μενοι ἐντολὰς προαγγέλλων, οὕτως ἐξέ-
πεμπεν, οὐκ ὠνίους ταύτας τοῖς βουλομέ-
νοις προβάλλων, καὶ τοῖς ἐκ τελόδων
ἀποδιδοὺς ὁποιονδήτινος δόματος, ἀλ-
λὰ δωρεὰν τὰς ἀρχαιρεσίας καὶ ἐπιλέκτην
παρεχόμενος. ὅθεν οἱ πάλαι τῷ χρόνῳ
παρασυρέντες, καὶ τοῖς κοινοῖς πράγμασι
νοσοῦσι κατενεχθέντες εἰς θάνατον, ὥσπερ
ἀρχαγγέλου τινὸς εἰς τὰ ἐκείνων ὦτα περι-
σαλπίσαντος, τὸν χρόνιον ἀπεσείσαντο
κάρον, καὶ τὴν παλαιὰν ἀπέθεντο νέκρω-
σιν· καὶ καθὼς ἡ τοῦ Ἰεζεκιὴλ ὅρασις βού-
λεται, ὀστᾶ συνήγοντο πρὸς ὀστᾶ, καὶ ἁρμο-
νίαι πρὸς ἁρμονίας, καὶ ἐν βραχεῖ αἱ πλεῖ-
σται τῶν πόλεων ἀνεβίωσαν, καὶ τὸ πρὶν ἀ-
πέλαβον εὔδαιμον. εἰ δὲ δεῖ τι καὶ τῶν τοῦ
ψαλμῳδοῦ Δαβὶδ ἐνταῦθα προσεπα-
γαγεῖν, ἔθετο ἔρημον εἰς λίμνας ὑδάτων,
καὶ γῆν ἄνυδρον εἰς διεξόδους ὑδάτων.
* καὶ τὰς διασπορὰς ἐπισυνῆξε τῶν τοῦ δη-
μοσίου τελεστῶν ἐκ τοῦ παῦσαι τοὺς ἐκ τῶν
πρακτόρων κονδυλισμούς, καὶ συστεῖλαι
εἰς ὡρισμένον τι ζήτημα τὰς ἐπαλλήλους
ἀπαιτήσεις, ὁπόσας οἱ δεινοὶ τῶν φόρων ἐ-
φευρεῖν ζητηταί, καὶ εἰς ὄφλημα ἐκράτυ-
ναν ἐνιαύσιον, οἱ ἐν βρώσει ἄρτου τὸν ὑπο-
πίπτοντα λεὼν κατεσθίοντες. ἔθους δὲ ἀλο-
γωτάτου παρὰ Ῥωμαίοις, ὥς ἔοικε, μόνοις
ἰσχύοντος, τὸ δέ ἐστι τὸ τὰς χειμαζομένας

qui manus facilè ab alieno abstinerent, ac munera vltrò à prouincialibus oblata tanquam pestes aliquãdo auersarentur. Et quod maius est, quũ magistratus in prouincias ablegabat, larga eis stipẽdia dabat: simulq; denunciabat, quas pœnas sua iussa negligentibus irrogaturus esset. Neque enim publica munera vendebat, aut leui munusculo conciliatus conferebat: sed gratuitò, habitóq; delectu magistratus ordinabat. Itaq; multi olim pro fugi, & publicis calamitatibus penè immortui, quasi archangeli tuba audita, ex diuturno veterno experrecti, reuixerunt, pristina felicitate recuperata: & vt Ezechielis visio docet, ossa ad ossa cõgerebantur, artus artubus coniungebantur, & breui tempore pleræque vrbes & vitam & pristinas opes receperũt. Quòd si quid e Psalmis Dauidicis inserẽdum est: desertum mutauit in paludes, & terram aridam in riuos aquarũ. publica vectigalia rapinis exactorum reprimendis auxit, & crebras exactiones ab auaris quæstoribus obnoxiũ populum veluti panem deuorantibus repertas, & quotannis quasi debitum efflagitatas, ad certum numerum reuocauit. Cum autem apud Romanos, eósque solos, vt opinor, iniquissima consuetudo valeret, vt naues tempestatibus in littus eiectæ nõ

Magistratus inferiores, vt decet, ordinat.

Publica munera neque vẽdit neque munusculis cõciliatus cõfert, sed gratuitò, & habito delectu.

Nicetas pro more sed parum aptè sacra miscet profanis. Andronicus enim dum aliis panẽ porrigit, alios immaniter excarnificat.

Vectigalia sanè ordinat, sed proceribus vitã aufert, & innoxio sanguine polluitur.

Naufragorũ spoliatores reprimit, nec imperij tamen propter tot immania facta naufragium patientis rectam curam gerit.

modò à nemine adiuuarentur. sed ab accolis quouis tur bine sequioribus diriperētur, si qua fluctus reliqua fecerāt: iniquissimæ isti rationi tam acriter est aduersatus, ita piraticam illam rapacitatē cōpescuit, vt hæc vna res amplissimas eius laudes cōplectatur. Nam aulici quidem proceres ad malum deploratum & immedicabile iudicabant, & vetustate confirmatū: ac multos ex superioribus Imperatoribus, fasciculis literarum in prouincias missis, extrema naufragorū spoliatoribus minitatos: sed conatum illū fuisse irritum, & intra scripta substitisse, rubricam Imperatoriam illius mali vndis eluentibus, vt literæ illæ planè in aqua scriptæ viderētur, & edicti frustra subnotarentur.

Immedicabile malum homines pręsertim aulici & nullo modo tractādū iudicant, præsertim si illi sint extra teli iactum.

4 Quæ cum hi dixissent, Andronicus circumstantem senatum acriter intuitus, & suspirio ex imis præcordiis ducto, *Nihil, inquit, est, quin ab Imperatorib. emēdari queat: nec vllum peccatum est, quod vires eorum superet. Superiores autem Imperatores, aut rē stultè sunt aggressi, aut se dolere iniuriis simularunt. Nam si corruptelam illam verè suppressam, & liberè agi ea quæ ad æquitatem pertinent, voluissent: rubricatis*

At rigidus Imperator a liter sentit & teneris auribus occinit. Andronici grauis oratiō de Imperatorum negligētia.

ναῦς, ὑπὸ πνευμάτων καὶ φλοίσβων θαλαττίων ταλαντευούσας, μηδένα ἔχειν τὸν συναιρόμενον, καθ' οὓς ἂν λιμένας ἢ τόπους ἐκβράσσωνται, κύμασιν ἐλαυνόμεναι. τοὐναντίον μὲν οὖν καὶ κατωλίσθος χείρεις ὁρᾶν τοὺς ἐκεῖσε περὶ λαχόντας τὴν οἴκησιν, διασπῶντας καὶ διαρπάζοντας, ὁπόσα μὴ παρέσυρε θάλασσα· οὗτος τοι πρὸς τὴν τοιαύτην ἀτοπίαν πολὺς ἀντέπνευσε, καὶ εἰς δεξιὰν αὔραν μετέβαλε τὴν τῶν πλοίων καταποντιστικὴν τῶν πλείστων ὁρμὴν, ὡς ἀντὶ πολλῶν ἓν εἰς εὐφημίαν ἐκείνῳ τοῦτο τὸ ἔργον ἀρκεῖν. οἱ μὲν γὰρ περὶ τὸ βασίλειον βῆμα δυσίατον τὸ κακὸν, ἢ τέλεον ἀμετάβλητον εἰς ἕξιν ἐληλυθὸς, καὶ προκόψαν ἐπὶ τὸ χεῖρον, ᾤοντο. πολλοὺς μὲν γὰρ καὶ τῶν πρότερον αὐταρχησάντων Ῥωμαίων βουληθῆναι, τὴν τοῦ ἔθους τούτου παῦσαι παραλογότητα, καὶ φακέλλοις ἀπολῦσαι διαταγμάτων βασιλικῶν, τὰ ἀνήκεστα διαπειλουμένων τοῖς ὁπλιζομένοις κατὰ πλοίων τῶν ναυαγῶν, καὶ διαρπάζουσι τὰ ἔνδον αὐτῶν. ἐν γράμμασι δὲ μόνοις τὰ τοιαῦτα θεσπίσματα κεῖσθαι, οἷα κατὰ κλύδωνα τοῦ κακοῦ κορυφουμένου, καὶ μεταρσίως αἰρομένου, καὶ τὸ βασιλικὸν ἀπαλείφοντος ἐρυθρόδανον, ὡς γράφειν ἄντικρυς τοὺς γράφοντας καθ' ὑγρῶν δοκεῖν, καὶ ὑποσημαίνεσθαι μάτην τὰ οἰκεῖα κελεύσματα.

4 Καὶ οἱ μὲν τοιαῦτα ἐφθέγγοντο. ὁ δὲ δριμέως τὸ περιεστὸς ἐκεῖνον σύμπαν περιβλεψάμενος γερούσιον, στενάξας εἶπε βαθὺ, ὡς οὐδὲν τοῖς βασιλεῦσιν ἀδιόρθωτον, οὐδ' ἔστι τι τῶν πλημμελῶς γινομένων, ὃ τὴν ἰσχὺν αὐτῶν ὑπερπέπαικεν. ἐβλακεύοντο τοίνυν, ὡς ἔοικεν, οἱ πρότερον αὐτοκράτορες, ἢ ἐπλάττοντο τὸ ἐπὶ τοῖς κακίστοις ἀχθόμενον. εἰ γὰρ ἀληθῶς ἠβούλοντο στῆναί ποτε τὰ βιοφθόρα, καὶ παρρησίᾳ ἄγειν, ὁπόσα τὴν εὐνομίαν συνίστησι, παρηγκωνίσαντο ἂν τὸ ἐν

τοῖς

τοῖς γράμμασιν ἐρυθρὸν, καὶ τὸν χάρτην ὡς οὐδὲν ὀνησιφόρον παραβλεψάμενοι, ἐβάλλοντο ἂν κατὰ νοῦν, ὡς αἵμασι πενθοῦσιν, ἀλλ' οὐχὶ δάκρυσιν ἐπιστένουσιν, οἱ σπιλάδων καὶ πετρῶν ὑφάλων τραχυτέροις εὑρίσκοντες, παρ' οἷς αἱ νῆες αὐτῶν ἐκβράσσονται ὑπὸ κλύδωνος, καὶ κατ' αὐτῶν ἐχρήσαντο ἂν τῷ ξίφει, μὴ φορουμένῳ μάτην μηδὲ εἰκῇ, καὶ ἔβαλλον ἂν εἰς κεφαλὰς ἀνόμων θάνατον. νῦν δὲ ὡς πέπεισμαι, γράφοντες, αὐτὸ χρῆμα πονηρίαν ἔγραφον, κἀπὶ τοῖς ἄλλων κακοῖς οὐκ ἐπαινετῶς ἐπιδεικνύμενοι τὸ μακρόθυμον, τοῖς πάσχουσι συνεπετίθεντο καὶ αὐτοὶ, καὶ ἐπεκράτυνον μᾶλλον τὰ οὐκ ἐπαινετέα ἔθιμα, οἷς τὴν τούτων διόρθωσιν ἑκόντες ἐκπεριΐσαντο. ταῦτ' εἰρηκὼς, ἄνδρες, προσεπῆγεν, οἱ καθ' αἷμα μοι προσῳκείωσθε, καὶ ὅσοις ἡ πρὸς ἐμὲ πίστις εὔνοιαν ἐπεβράβευσε, καὶ τὸ περιεστηκὸς δὲ λοιπὸν, ὅσον τε εἰς γερουσίαν ἐγκέκριται, καὶ ὅσον ἐς τὸ ἄλλως ὑπουργικὸν τῇ βασιλείᾳ Ῥωμαίων ἀποκεκλήρωται, ἀκούσατέ μου, ἀκούσατε. φθέγξομαι γὰρ οὐχ ὅσαπερ ἀὴρ διαφορήσει ἀτέλεστα, ἀλλ' ὁπόσα εἰ μὴ τὸν εἰκότα χρόνον εἰς ἔργον ἐκβήσονται, τὸν μὲν τὸ ποιητέον ἐμὲ διακελευόμενον ἐκμηνύσουσιν εἰς ὀργὴν, ἡ δὲ βαρεῖά τις καὶ δυσύποιστος ἐπενσκήψει τοῖς παρὰ τὰ διατεταγμένα μοι πράττουσι, καὶ ἀρχικῶν οὐκ ἐμπαζομένοις ὅλως φωνῶν. χρεὼν μὲν οὖν, καὶ τἄλλα τὰ κοινοβλαβῆ καὶ κηρεσιφόρα Ῥωμαίοις παύσασθαι, καὶ ἔστωσαν εἰδότες οἱ τὸν πλεονέκτην βίον μεταδιώκοντες, ὡς εἰ μὴ λήξουσιν ἐθελονταὶ τῆς τῶν ἀλλοτρίων ἐφέσεως, καὶ τὰ οἰκεῖα προσαπολέσουσι, καὶ τοῖς τῶν πενήτων ἐκφυσηθήσονται στεναγμοῖς, ὥσπερ ἐν σφοδρᾷ λαίλαπι χοῦς ἀπὸ προσώπου γῆς ἐκριπίζεται. μάλιστα δὲ τὸ ταῖς ναυ-

literis omissis, & chartis inutilibus despectis, cogitassent, sanguinem flere, nõ lachrymas fundere eos, qui homines, apud quos fractæ naues eiiciuntur, occultis in mari saxis & rupibus duriores experiuntur: & ense illos coercuissent, qui non frustra gestatur, & capitis iniquos dãnassent. Nũc, vt mihi videtur, nihil nisi malitiam scripserunt, & in alienis malis contrà quàm decet patiẽtes, afflictos ipsi quoque sunt insectati, dum prauos mores non corrigendo, cõfirmarunt Quæ cum dixisset, subiecit: *Viri, qui sanguine mihi iuncti, aut fide vestra meam beneuolentiam cõsecuti estis, & reliqua circunstans corona, siue in senatum asscripta, siue aliis Imperii muneribus destinata, audite, audite me. Loquar enim non ea quæ aer frustra dissipet, sed ea quæ nisi suo tempore ipsa re apparebunt, me edicti autorem graui ira commouebunt: ea verò acris & intolerabilis in eos desæuiet, qui dicto magistratus non audientes, secus ac iussi fecerint. Quum autẽ alia quoque Reipublicæ incommodantia, & cladem Romanis importantia, abroganda sint: homines ex rapto viuere soliti sciunto, nisi vltrò appetere aliena desierint, etiam sua amissuros & pauperum suspiriis non secus eiectum iri, quàm puluis à vehementi turbine dissipatur. eos præsertim, qui naufragiis insidiantur, & sarcinas diripiunt, & aliquando ipsas naues dis-*

Non minacibus verbis sed acutis & fulmineis ensibus coercẽdi Reipublicæ crudeles prædatores.

Qui leges cõtra reos figunt, ij malitiam figũt, & in alienis malis sunt iniquè patientes.

Attẽtionem captat sibi Andronicus, argumentis ductis ab auditorum officio.

A seueritate inexorabili, quam experturus est in præfractos.

Rem ipsam proponit, nẽpe piraticæ artis prohibitionem.

Vitæ & facultatum iacturam piratis minitans.

Adstantes officij sui admonet.

secant & comminuunt. Si quis vestrûm igitur nostra autoritate magistratum aliquem gerit, si quis fundos maritimos possidet: is primùm se ipsum, deinde subditos quoque ad iustam Dei & imperii nostri obseruantiam ac reuerentiam confirmet. Profectò pœna delicti multiplex ab eo exigetur, qui vel prouinciæ præest, vel agrum possidet. quod si ipse & animo à facinore abhorruerit, & manus abstinuerit, sed ministri eius scelus id admiserint, id ipsi imputabitur.

Mala mente impulsos territat, & omnes iubet esse in suum munus intentos.

Nam si sceleratus dominus flagellabitur, seruitia resipiscent. & vt subditi in illaudatis rebus principem imitari solent: ita etiam, si is flagelletur, & publicæ vtilitati seruire cogatur, hi eum, vt matrem filius, sequentur. Vt autem pœnæ quoque modum noueritis, quam edicti mei contemptor luet, in malo nauis pendebit. Sin eum fluctus marinus deturbarit, in olto littore, editaque specula altissimæ arbori quæ in iis montibus cædi poterit, affigetur: vt qui medio mari nauigant, eum conspiciant, velut de antenna velum, prominentem, atque in terra naufragum: suo exemplo cæteros monentem, ne naufragia inuadant, & naues spolient: quemadmodum Deus arcum suum in nubibus suspendit, qui argumento esset, non fore amplius diluuium.

Rationē huius seueritatis reddit.

Et suppliciū reis cōstitutum declarat.

Publicorum suppliciorū vsus.

Principū seueritas reipublicæ vulneribus non raro medetur.

5 Quæ cum dixisset, magnum dolorem præ se ferens, eumque exprimens,

σιν ἐπιτίθεσθαι, καὶ διαρπάζειν τοὺς φόρτους· ἐνίοτε δὲ καὶ αὐτὰς κατατεμμαχίζειν καὶ ἀπογομφοῦν. εἴ τις τοίνυν ὑμῶν ἀρχὴν ἐκ τοῦ ἡμετέρου κράτους χειρίζει εἴ τις ἀκινήτων παραλίων κύριος, καταρτισάτω πρότερον ἑαυτόν· εἶτα καὶ τὸ ὑπήκοον εἰς δέος τὸ τοῦ Θεοῦ καὶ τῆς ἐμῆς βασιλείας ὑποστελλῶ, καὶ αἰδῶ, ἢ μὴν ἐκ τῆς ψυχῆς ζητηθήσεται πολλαπλάσιον τὸ ἀδίκημα τοῦ τὴν ἐπαρχίαν διέποντος, ἢ τὸν ἀγρὸν κατέχοντος. κἂν εἴη αὐτὸς μὲν ἀθῷος χερσὶ, καὶ καθαρὸς τῇ καρδίᾳ, οἱ δ' ὑποδρηστεύοντες ἐκείνῳ τὴν ἄθεσμον πρᾶξιν ἀποτελέσωσι. λοιμοῦ γὰρ μαστιγουμένου κυρίου, τὸ ὑπὸ χεῖρα νοῦν οἴσει. καὶ ὥσπερ ἐξομοιοῦσθαι τῷ ἄρχοντι φιλεῖ τὸ ἀρχόμενον, πονηροτέρῳ δρῶντι τὰ μὴ ἐπαινετὰ ἐφεπόμενον· οὕτω καὶ μαστιζομένῳ, καὶ ἀναγκαστῶς μεταμανθάνοντι τὸ κοινῇ συνοῖσον, ἐφέψεται τὸ ὑπήκοον κατὰ πόδας, ὅσα καὶ μητρὶ παῖς. ἵνα δὲ εἰδῆτε καὶ τὸν τρόπον τῆς ἐκδικήσεως, ᾗ καθυποβληθήσεται ὁ τῆς ἐμῆς παρήκοος ἐντολῆς· ἐπὶ τοῦ ἱσοῦ ἀπαιωρηθήσεται τῆς νεώς. εἰ δὲ τοῦτον παρέσυρε φλοῖσβος θαλάττιος, ἐφ' ὑψηλῆς ἀνασκολοπισθήσεται σκοπιᾶς, μεγίστης τινὸς καὶ ἰθυτενοῦς ἐκ τῶν ἐκεῖσέ που ὀρέων ἀποτμηθείσης δοκῶν, ἵν' οὕτω καὶ τοῖς κατὰ τὰ ἀχανῆ ναυτιλλομένοις πελάγη περίοπτος ἔσοιτο, ὡς λαῖφος ἐν κεραίᾳ προφαινόμενος, καὶ ναυαγὸς ἐν γῇ δεικνύμενος. καὶ εἰς σύμβολον παραλαμβανόμενος, τοῦ μὴ προβῆναι καὶ εἰσέτι θραῦσιν νηῶν καὶ τῶν ἐνόντων αὐταῖς προνόμευσιν· καθὰ καὶ θεὸς ἐν ἀέρι τὸ ἑαυτοῦ τόξον ἐνέτεινεν εἰς σημεῖον, τοῦ μηκέτι ἔσεσθαι ὕδωρ εἰς κατακλυσμόν.

5 Καὶ ὁ μὲν φάμενος ταῦτα πρὸς ἑτέροις, εἶχε τὸν νοῦν, τὸν ἄγαν χαρακτηρίζων παθαινόμενον,

καὶ

καὶ εἰκάζων τὸν μηδόλως παραδεξόμενον τῶν δοξάντων μεταποίησιν, ἢ ῥοπὴν φιλανθρωπότερον ἐφ' οἷς ἀπεφήνατο. οἱ δ' ἀκηκοότες ἀπολιθωθέντες τῷ δέει μικροῦ (πεῖραν γὰρ ᾔδεσαν, ὡς οὐκ οἶδε παίζειν Ἀνδρόνικος, οὐδ' ἄλλα μὲν ἐν τοῖς τοιούτοις φθέγγεσθαι, ἄλλα δὲ κεύθειν ἐν ταῖς φρεσὶν) ὀψὲ καὶ μόλις ἐν τῷ καθεστῶτι γενόμενοι, ἐπιστολὰς γράψαντες διὰ ταχυδρόμων ἐξέπεμψαν τοῖς τῶν σφετέρων ἐπιστάταις κτημάτων, καὶ τοῖς ἀντ' αὐτῶν διέπουσι δημοσίας ἀρχάς. πολλὰ τούτοις ἐπισκήπτοντες, καὶ παράκλησιν πᾶσαν ἐπάγοντες, προσέχειν τε καὶ ἐπαγρυπνήσειν, μή πως ναυαγίῳ ἐγκύρσασα ναῦς, ἔσεταί τι πεπονθυῖα δεινόν· εἰ δὲ δυνατὸν, καὶ τοῖς ἀνέμοις αὐτοῖς ἐπιτιμᾶν, ἢ κατὰ τὴν αἰόλου μυθολογίαν, ἀσκοῖς τὰ πνεύματα συλλαμβάνειν, ἵνα μὴ καταιγίδας ἐγείρωσι, καὶ τὴν ἅλμην διατινάσσωσιν, ἀμέλει τοι ἐκ τοῦδε οὐκ ἦν ὁρᾶν πλοῖον ὃ περιπεσὸν κλύδωνι παρά τι τῶν ἁπάντων διηρπάγη τι τοῦ φόρτου, ἢ μέρος τι καταστρωμάτων ἀφῄρετο, ἢ καθῄρητο τὸν ἱστὸν, ἢ ἀγκύραν ἀπέβαλλετο, ἢ τῶν ὅπλων τινὸς ἐστέρητο, μέχρι καὶ μηρίνθου λεπτῆς· ἀλλὰ πνεύμασι τῇ χέρσῳ ἐκδιδόμενα ἢ ἐκπτυόμενα, ἢ χοιράσιν ἀρασσόμενα πέτραις, ἢ περιβόλοις καταρρηγνύμενα, ὡσεὶ καὶ Χαρωνικὰ ψυχαγωγὰ ἀκάτια ἐκ στομίου ᾅδου ἀναγόμενα, ὑπεβλέποντο ἀντιπαρερχόμενα, ἢ ὡς θεοειδεῖς νῆες ἀμφιπεριείποντο, καὶ μεθ' ὑποστολῆς εἶχον ἀμφιπονούμενον αὐτὰς τὸν πολὺν καὶ λαώδη ὅμιλον, καὶ τὸ χειρίζον τὰς ἀρχὰς, μή πού τι κατὰ χέρσον ἀπολέσωσιν, ὃ μὴ κλύδων ἠφάνισεν ἅλιος, καὶ ἦν ἀτεχνῶς γαλήνη διαγελῶσα ἐκ ζάλης καὶ δεξιᾶς ὄντως θειοτέρας ἀλλοίωσις τὸ ὁρώμενον. οὗτος ἀνεκαίνισε μεγίσταις δαπάναις καὶ τὸν παλαιὸν ὑπόγειον ἀγωγὸν, ὃς περὶ μέσην ἔξεισιν

qui nec consilium mutaturus, nec de sententiæ seueritate quicquam remissurus esset: aliis rebus intẽtus fuit. Auditores verò experientia edocti, nescire iocari Andronicum, nec alia loqui, alia sẽtire in rebus huiusmodi metu trepidabant: & vix tãdem animis receptis, per veredarios, procuratores suos, & in magistratibus suam vicem obeuntes, seuerissimè monuerunt, ac obtestati sũt, vt vigilantissimè caueant, ne tempestate fracta nauis lædatur: sed potiùs, si fieri possit, ipsos etiam ventos increpẽt, aut, vt de Aeolo fabulantur, vtribus includant, ne turbinibus mare exagitent. Ab eo tẽpore nulla nauis iactata fluctibus, vllã sarcinarum iacturam fecit, aut parte tabulatorum spoliata est: aut malum anchoramve, aut minimum funiculũ, nedum vlla armamenta amisit. Imò siue ventis in terram ageretur, siue scopulis occultis allisa frangeretur, non aliter spectabatur, quã cymba Charontis, qua ex faucibus inferni animæ veherentur: aut vt sacræ naues à populo & magistratib. submissè curabantur, ne quid in terra amitterent, quod mare non abstulisset. Ita ex tempestate, subita tranquillitas extitit, vt ea mutatio diuinitùs instituta videretur. Idem maximum aquæductum subterraneum, qui in medio foro,

Nesciunt iocari principes, qui gladium è vagina sæpius extrahere gaudent.

Mira seueri & iusti edicti efficacia.

Eiusdem edicti vtilitas, ad oppressos an tea subditos vndique perueniens, & longè latéq; dimanans.

Seueritas Andronici cunctis formidabilis.

Aquæ ductus Andronici.

non ſtagnantem & morbidã, ſed fontanam & potabilem aquam effunderet, maximis ſumptib. renouauit, Hydrale fluuio in eũ deriuato: ad cuius primos fontes turrim extruxit, & ædes ad æſtiuandũ idoneas. Ex eo fonte adhuc aquantur, qui ad Blachernas, & interius etiam in vrbe habitant. Nam id opus morte eius interruptum eſt, quo minus aqua in medio quoq; foro exiliret. Secuti autem Imperatores in hunc vſque diem id opus ita curarunt, vt Iſaacius, qui Andronico vnà cum imperio vitam eripuit, & turrim & ædes amœniſſimas diruerit, ex inuidia nimirũ pulcherrimi iſtius facinoris. In prætoriis magiſtratibus reficiendis, viros præſtantes & ſenatorij ordinis optimos delegit, & ampliſſimis muneribus donatos ablegauit, vt beneficiis tãtis ornati, minus graues eſſent ciuitatibus & defendẽdis ac ſubleuandis pauperibus ſemper intenti. Qui, cum abundè ſuppeteret vnde viuerent (nam quadragenas & octogenas argenti minas ſecum auferebant) tãquam ſacrilegio etiã iis abſtinebant, quæ à prouincialib. vltrò offerebantur, quòd aut è manu potentis erepti, aut aliis beneficiis affecti eſſent. Vnde ciuitates exiguo tempore creuerunt, terra centuplum fructũ tulit, annona paruo væniit. Facilè quoque ſe ab iis adiri paſſus

Iſaacij inuidia dirutæ Andronici ſubſtructiones. Vitę principum vanitas, in qua alij conſtruunt, alij deſtruunt.

Magiſtratuũ abſtinentia.

ἀγορὰν, ὑετίζων κάτωθεν ὕδωρ, οὐχ ἑστὸς καὶ νοσῶδες, ἀλλ᾽ ἥδιον πηγαῖον καὶ πότιμον ὡς πλανώμενον, καὶ τὸν ποταμὸν Ὑδράλην ἐποχέτευσε, τῷ αὐλῶνι τούτῳ τοῦ ὕδατος, καὶ περὶ τὰς πρώτας τούτου πηγὰς πύργον τε ἀνῳκοδόμησε, καὶ οἰκήματα ἤγειρε, πρὸς θερινὴν δίαιτησιν ἐπιτήδεια. καὶ νῦν ἐκ τούτου ὑδρεύονται, ὁπόσοι περὶ τὰς Βλαχέρνας καὶ ἔτι ἐνδοτέρω τῆς πόλεως τὴν οἴκησιν ἔλαχον. οὐδὲ γὰρ ἅπαν τὸ ὑδροδοχεῖον ἐπεσκεύαστο, ἵνα καὶ κατὰ μέσην τὴν ἀγορὰν ἐκδίδωσι τὸ ὕδωρ διαυλωνιζόμενον. ὁ γὰρ μῖτος ἐκεῖνον ἐπιλέλοιπε τῆς ζωῆς. τοσοῦτον δ᾽ ἐμέλησε τοῖς μετ᾽ ἐκεῖνον ἄρξασιν, ὅσοι τέως ἐς δεῦρο ἀνάσσουσι, πέρας ἐπιθεῖναι τῷ κοινωφελεῖ τούτῳ ἔργῳ, ὥστε καὶ ὁ τοῦτον μεταστήσας τῆς ἀρχῆς ἅμα καὶ τῆς ζωῆς Ἰσαάκιος. τόν τε πύργον κατήρειψε, καὶ τὰς χαριεστάτας οἰκήσεις κατέβαλε, φθονῶν ὥσπερ Ἀνδρονίκῳ τῆς καλλίστης ταυτησὶ πράξεως. ἀναποιῶν δὲ καὶ τὰς πραιτωρίας ἀρχὰς, ἄνδρας λογίμους τὴν ἀπὸ τῆς βουλῆς ἀρίστους αὐταῖς ἦν ἐφιστῶν. ἀλλὰ καὶ ἁδροτάτοις ἐπαίρων φιλοδωρήμασι, τεθραμμένους εἴπῃ ἄν τις ταῖς εὐποιΐαις ἐξέπεμπε, προμυθούμενος ἐντεῦθεν τοῦ ἀνεπαχθῶς ταῖς πόλεσι στέλλεσθαι, καὶ τοῦ σφᾶς ἐπιμόνως προσανέχειν τῷ ἐλέῳ καὶ τῇ χειρὶ τῶν ταπεινῶν. οἱ δὲ διαρκῶς τῶν ἐπιτηδείων ἔχοντες (ἀνὰ τεσσαράκοντα γὰρ καὶ ἀνὰ ὀγδοήκοντα νομίσματος ἀργυρέου μνᾶς ἀπέφερον) ὥσπερ ἱερῶν χρημάτων ἐφείδοντο, ἃ παρά τινων καὶ αὐθαιρέτως σφίσι παρείχοντο, ἀνθ᾽ ὧν ἐκ χειρὸς δυνάστου ἐῤῥύσθησαν, ἢ τινὸς ἄλλως ἀγαθοῦ μετεσχήκασιν. ὅθεν διὰ βραχέος εἰς πληθυσμὸν αἱ πόλεις ἐπέδωκαν, ἥ, τε γῆ τὰ ἐκφόρια κατὰ ἑκατοστύας ἀνέδωκε, καὶ ὀλίγου τὰς πρὸς τὸ ζῆν ἀπεδίδοτο. ἦν δὲ καὶ τοῖς κατειπεῖν

ἔχουσι

ἔχουσι τῶν χειροδικῶν εὐέντευκτος, καὶ πρόσωπα μὴ λαμβάνων, οὐκ ᾖρεν ἀπὸ τοῦ δικαίου τὸ δίκαιον· ἀλλ' ἐπίσης τοῖς τὴν τύχην χθαμαλοῖς καὶ γένος οὐ πάνυ τι σεμνὸν παράγων ἐπὶ τὸ κρίνεσθαι, ἀμφοτέρων νουνεχόντως κατηκροᾶτο, καὶ ἐπέπληττεν ἱκανῶς· καὶ δίκην ἐπετίθει ἀνάλογον τοῖς γαύροις, καὶ ἀδοξοῦντι μετὰ πένητος κρίνεσθαι, εἰ πεφώραται ἀδικῶν, ἢ ἐκθλίβων καὶ πλήττων πυγμῇ τὸ ἐλάχιστα. ποτὲ οὖν καιροῦ περιέστησαν αὐτὸν ἐξ ἀγροικίας τινὲς, καταβοῶντες τοῦ Δαδιβρηνοῦ Θεοδώρου, ὡς καταλύσαντος παρὰ σφίσιν ἐν τῷ παροδεύειν, καὶ ποιησαμένου μὲν ὅσων ἐσπάθιζεν αὐτὸς, καὶ ἡ ὑπηρεσία αὐτοῦ ἅπασα, καὶ τὰ ὀχήματα ξύμπαντα, μηδὲν δ' ἀπόδομα καταθεμένου ἐν τῷ μεθίστασθαι. ἔστι δ' ὁ Δαδιβρηνὸς οὗτος, ὃν ὁ λόγος ἐδήλωσεν ἄνωθεν ὑπηρετῆσαι μεθ' ἑτέρων τῇ τοῦ βασιλέως Ἀλεξίου συνιγμονῇ. δικάσας οὖν μετὰ τῶν ἀγροτέρων ἐκεῖνον, καὶ ἀληθείας εὑρὼν ἐχόμενα τὰ λεγόμενα, αὐτὸν μὲν δὶ ἀλλακτῶν ἐπαίδευσε δώδεκα, τὴν δὲ τῶν ἀναλωμάτων τιμὴν ἐς τὸ πολλαπλάσιον ἐκέλευσε καταθέσθαι τοῖς ἐπὶ τῶν χρυσωνῶν τῶν βασιλικῶν. ἔγραψε δὲ καὶ πρός τινας τῶν τὰ δημόσια ἐνεργούντων ἐπιστολὴν ἔχουσαν οὕτως· ἀλήθινε τοῦ ψεύδους πρωτάγγελε· σὺ ἀσυνετέ μοι συνίστε· καὶ σὺ ἀγοραῖε λαχανᾶ ἤκουσαι τῇ βασιλείᾳ μου, ἀδικεῖν ὑμᾶς τὰ πολλά· καὶ ἢ τὸ ἀδικεῖν ἐάσατε, ἢ τὸ ζῆν. τὸ γὰρ ἀδικεῖν ὑμᾶς καὶ ζῆν. οὔτε τῷ Θεῷ ἀρεσόν ἐστιν, οὔτ' ἐμοὶ τῷ δούλῳ αὐτοῦ ἀνεκτόν. τοσοῦτον δ' ἀπεῖχε τὴν τότε καὶ νῦν περὶ δογμάτων θείων κρατοῦσαν κατάστασιν ἐπαινεῖν, ἢ περὶ Θεοῦ τι λέγειν καὶ ἀκούειν καινότερον ἤθελε, καὶ ταῦτα τῆς ἡμετέρας σοφίας οὐκ ἄκρῳ λιχανῷ γεγευμένος, ὥ-

est Andronicus, qui de violentia potentum querebantur, nulla personarum habita ratione: nec ius à iusto remouit, sed genere & opibus illustres æquè ac tenuis fortunæ homines in ius adductos, ex æquo audiuit: insolentes, quos cum obscuris hominibus iure agere pudebat, si conuicti essent iniuriarum, quòd pauperes opprimerent aut pugnis cęderent, grauiter castigatos pro delicti modo mulctabat. Aliquādo Dadibrenum Theodorum, quem suprà Alexij imperatoris præfocationem adiuuisse ostendimus, quidam agricolæ accusarunt, quòd apud se diuertisset, ac cum seruitiis & & iumentis suis, omnib. necessariis acceptis, discedens nihil soluisset. Quod vbi verum esse cōperit, ipsū XII * plagis fuste castigauit, & ex fisco agricolis lōgè plus quā quanti erat damnum, solui iussit. Scripsit & ad quosdam magistratibus fungētes, huiusmodi literas: *Verè mendacii princeps: prudenti meo iudicio imprudēs: Et tu holitor venalicie: auditum est nostro imperio, vos studere iniuriis. Enimuerò aut iniurias aut vitam relinquite. Nam vos iniurios esse & viuere, neque Deo acceptum est, neque mihi seruo eius tolerabile.* Tantùm porrò abfuit, vt consuetudinem & tunc & nunc receptam, de diuinis dogmatibus disputādi, probaret, aut de Deo noui aliquid vel dicere vel audire vellet (idque, cum nostrā doctrinā non summis tantū labris attigisset)

Aliæ Andronici virtutes, subditis quidem, nō ipsi Andronico vtiles, vt qui aliorum mulctam, suiipsius verò nullam rationē haberet. Esto autem princeps in seipsū rigidus, subditos deinde seuerè reuocet ad officium.

Theodori Dadibreni pœna, quam si quis princeps hodie renouare conetur, fustes illi prius deficient quàm fures & exactores fustibus castigandi.

Acerbū sed conueniens ad corruptos iudices rescriptum.

Andronicus doctorum amans, sed disputatiōibus de religione infensus.

vt nouarum Patrarum episcopum Euthymium, virum eruditissimum, & Cinamum Ioannem, ad Lopadium de illo Christi dicto (PATER MAIOR EST ME) in suo tabernaculo differentes, obiurgarit, & in Rhyndacum amnem abiecturum minatus sit, ni desisterent. Fuit autem illud argumento, non planè efferatum fuisse Andronicũ, quod eruditionis rationem habuit: & eruditos non procul à purpura, sed prope solium suũ collocatos, & muneribus frequentibus fouit, & honores eis non minimos habendo, cœlestem sapientiam diuinarumque rerum doctores, disertos & iurisperitos, magnam rem & summi precij se æstimare declarauit.

Sacra mysteria religiosè tractãda sũt: nec quibusuis licet de fide disputationes instituere.

Nemo est qui non mitescere possit, si modo pietati patientem cõmodet aurem.

6 Iam quia se in æde pulcherrima & amplissima, & in media vrbe sita, XL martyrum, sepeliri volebat: omnes eius templi partes ruinosas studiosè refecit, & exolescẽtem pulchritudinem reconcinnauit: & Christi seruatoris nostri imaginẽ, per quam olim cum Imperatore Mauricio collocutus esse fertur, magnis impensis ornauit: & ingens illud Porphyreticum solium, cuius labra duo horrendi serpentes sinuosis voluminibus amplectũtur, mirabile opus, ex hortulo magni palatij, in eius tẽpli vestibulum transtulit, ibidemque prioris suæ coniugis reliquias ex Ancurij monasterio translatas reposuit. Extrinsecus iuxta Septentrionales eius templi fores,

Andronicus quid ferus vesper vehat minimè expendens, de magnifica se pultura parũ prudẽter cogitat. Ita in rebus grauissimis ludit hominũ ambitio.

Et nugis ac leuib. curis, quæ seruulis erant relinquendæ, grauiter incumbit.

στε καὶ τῶν νέων Πατέρων Εὐθυμίῳ (μέγας δ' ἐν λόγοις οὗτος ἦν ὁ ἀνήρ) καὶ τῷ Κινάμῳ Ἰωάννῃ οὐ μόνον ἐπέπληξεν ἐντὸς τῆς βασιλείου σκηνῆς κατὰ τὸ Λοπάδιον, διαλεγομένοις περὶ τοῦ (ὁ πατήρ μου μείζων μού ἐστι) τοῦ θεανθρώπου φωνῆς, ἀλλὰ καὶ κατὰ τοῦ Ῥυνδακοῦ ποταμοῦ ἀκοντίσειν χαλεπῶς ἠπείλησεν, εἰ μὴ παύσαιντο ποιούμενοι περὶ θεοῦ τὴν διάλεξιν. καὶ μὴν κἀκεῖνό γε σημεῖον, τοῦ μὴ πάμπαν ἐκτεθηριῶσθαι Ἀνδρόνικον. τοῦ γὰρ λόγου λόγον τιθέμενος. οὐ πόῤῥω τῆς ἁλουργίδος τοὺς πατέρας λόγων ἐτίθετο, ἀλλ' ἐγγὺς ἄγων τοῦ θρόνου, καὶ δωρεαῖς διαθάλπων συχναῖς, καὶ τιμῆς οὐκ οὔσης ἐλαχίστης μεταδιδοὺς, ἐδείκνυ ἑαυτὸν καὶ φιλοσοφίαν οὐρανοβάμονα ὡς μέγα τι χρῆμα οἰόμενον καὶ πλείστου τιμώμενον, καὶ σοφιστὴν ἐγκωμιάζοντα καλλιῤῥήμονα, καὶ τοὺς νομοτριβεῖς ἄνδρας περὶ πλείστου μάλα τιθέμενον.

6 Τὴν δέ οἱ τοῦ σκήνους κατάθεσιν ἐς τὸν ναὸν τῶν ἁγίων τεσσαράκοντα μαρτύρων βουληθεὶς ποιήσασθαι, ὡς κάλλει κάλλιστον καὶ μεγέθει μέγιστον, καὶ περὶ τὸ καίριον καὶ μέσον ἀνεγηγερμένον τῆς πόλεως, ἅπαντα φιλοτίμως τὰ πεπονηκότα μέρη τοῦ τεμένους ὑπέλαβε, καὶ τὸ ἀποσβεσθὲν ἀνέθαλψεν ἀγλαόμορφον, τήν τε τοῦ σωτῆρος ἡμῶν εἰκόνα Χριστοῦ, δι' ἧς ὁμιλῆσαί ποτε τῷ βασιλεῖ Μαυρικίῳ λόγος αἱρεῖ, πολυτελῆ περιέβαλε κόσμον, καὶ τὴν πορφυρᾶν μεγίστην πλυνὸν, ἧς τοῖς χείλεσι φρικώδεις δύο ἀμφελίττονται δράκοντες εἰς ὁλκοὺς λορδούμενοι, θαῦμα ἰδέσθαι, ἐκ τοῦ κατὰ τὸ μέγα παλάτιον κηπίου, περὶ τὴν αὔλειον μετήνεγκε τοῦ νεὼ, κἀκεῖσε τὰ τῆς ὁμοζυγέτιδος αὐτοῦ μετακεκόμικε λείψανα ἐκ τῆς τοῦ Ἀγκουρίου μονῆς, ἔνθα πρότερον ἐτέθαπτο. ἔξωθεν δὲ περὶ τὰς ἀρκτῴας καὶ κατ' ἀγορὰν τετραμμένας τοῦ νεὼ τῶν τεσσαράκοντα πύλας,

ἐπὶ μεγάλου πίνακος ἀνέστησεν ἑαυτὸν, οὐκ ἐσταλμένον βασιλικῶς, οὐδὲ χρυσοφοροῦντα ὡς ἄνακτα, ἀλλά τινα πολύτλαν ἐργατικὸν ἐκ κελαίνου βαφῆς, ἐνδεδυμένον ἀμπεχόνην ἐς γλουτὸν ἀμφιχιδῆ καταβαίνουσαν, καὶ λευκαῖς κρηπῖσι περιστελλόμενον τοὺς πόδας ἀναβαινούσαις εἰς γόνατα, καὶ δρέπανον περικαμπὲς κατέχοντα τῇ χειρὶ, βριθὺ καὶ μέγα καὶ στιβαρὸν, σύμμετρον τῷ ἐπικλινεῖ σχήματι, καὶ σαγηνεῦον ἐν τοῖς ἀγαλματίαν μειρακίσκον ἕως φάρυγγος καὶ ὤμων περιφαινόμενον, ἐκεῖνα διὰ τῆς εἰκόνος τοὺς παροδεύοντας μυῶν ἀτεχνῶς καὶ διδάσκων στηλῶν καὶ κύρβεων πασῶν ὑψηλότερον. καὶ τιθεὶς τοῖς βουλομένοις ὑπόψια, ἅπερ εἶχεν ἐπὶ τῶν ἔργων ἠνωμηκῶς, τὸν κληρονόμον ἀπεκτονὼς, καὶ τὴν ἀρχὴν ἅμα καὶ τὴν ἄκοιτιν ἐκείνου ἑαυτῷ μνηστευσάμενος. ἀλλὰ καὶ ἐπὶ κίονος κατὰ τὸ χαλκοῦν μετέωρον Τετράπλευρον, ἐν ᾧ γυμνοὶ περιβλημάτων μηλοβολοῦσιν ἀλλήλοις οἱ Ἔρωτες, ὃ Ἀνεμοδούλιον κέκληται, ἑαυτὸν ἀναστῆσαι ἐμελέτα χαλκοῦν, καίπερ τὰς εἰκόνας τῆς βασιλίδος Ξένης τῆς τοῦ βασιλέως Ἀλεξίου μητρὸς, ἣν διὰ πνιγμονῆς τοῦ ζῆν ἀπεξέωσε, πρὸς γραιοτάτην καὶ ῥικνὴν μεταζωγραφῶν μορφὴν, τὸν ἐκ τῶν παριόντων καὶ θεωμένων τὸ λαμπρὸν ἐκεῖνο καὶ περικαλλέστατον εἶδος, καὶ τοῦ θαυμάζεσθαι ἀξιώτατον ὑποβλεπόμενος ἔλεον. τὰς δὲ πλείους καὶ ἀπαλείφειν ἐνδοὺς τοῖς ἐθέλουσι, καὶ μετεγγράφειν αὐτὸν ἐν σχήματι βασιλικῷ, τῇ Ἀλεξίου μνηστῇ συνιστάμενον, ἢ καὶ καθ' ἑαυτὸν ἰδίᾳ τυπούμενον, ἐπὶ πᾶσιν ἀνεγείρας κατὰ τὸν νεὼν τῶν τεσσαράκοντα μαρτύρων πολυτελῆ οἰκήματα, ἑαυτῷ ἀφώρισεν εἰς ἐνοίκησιν, ἡνίκα ἂν ἀφίκοιτο πρὸς τὸ τέμενος. μὴ ἔχων δ' οὖν ἐκ τῶν προσφάτων καὶ νεαρῶν αὐτοῦ

in maxima tabula ſtatuã ſuã collocauit, non imperatorio regióve habitu, nec aureo ornatu, ſed inſtar ærumnoſi operarij, nigra veſte induti, fiſſa vſque ad ſuras, cum albis ocreis vſque ad genua aſcendentibus: qui falcem grauem & magnam manu tenens, formoſiſſimum adoleſcentem vſque ad humeros & fauces prominentem, velut incuruatus, comprehendat & implicet, qua imagine prætereũtibus clariſſime ſua facinora depingebat: & quo ſuis edocebat, vt hærede imperij occiſo, ſponſam illius ſibi matrimonio iunxiſſet. Habuit etiam in animo æream ſuam ſtatuam ſuper columna in ſublimi æneo Tetrapleuro, vbi nudi Cupidines pomis ſe inuicem petunt, quod Anemodulium vocant, erigere. Imagines Xenæ imperatricis, Alexij matris, quã ſuffocauit, prius ibi depictas, in rugoſæ aniculæ faciem transformauit: commiſerationem prætereuntium, ſi illuſtrem illam & pulcherrimam formam, atque omni admiratione digniſſimam ſpectarent, veritus, pleraſque aboleri paſſus eſt, & ſuam imaginem habitu Imperatorio aut Alexij ſponſæ aſtantem, aut ſeorſim reponi. Poſt omnia, iuxta ædem S. Quadraginta magnificas ædes ſtruxit: in quibus, cum templum vellet ingredi, verſaretur: & quia recentibus ſuis factis parietes

Non in virtutis & pietatis albo, ſed in corruptibilibus tabulis includi geſtit.

Atq. de ſuo ſcelere non ſemel ſdque palam gloriatur.

Mortuorum hoſtiũ imagines ferre nequit.

Sed omnib. modis dominationẽ crudeliter vſurpatã retinere ſtudet.

S.XL. martyrum templũ ab Andronico inſtauratũ; nec propterea tot reip. templa euerſa negligenda erant. Leges nõ lapides erigendæ & in integrum ſunt reponendæ.

coloribus, aut aliorum calculorum interpositionibus adornare non poterat, ad ea conuertit animum, quibus ante imperium fuerat occupatus. Ea erant, aurigationes, venationes, strepitus auium, latratus canum, ceruorum, leporúmque venatus, aprorum & zumbrorum confossio (est autem Zumbrus fera, quæ apud Tauroscythas potissimùm nascitur, & vrso & leopardo maior) & vita agrestis in tentoriis, & conuiuia ex venatu simplicia, & Andronicus ceruinam aut aprugnam suis manibus in frusta secans, & diligenter assans, & id genus alia, quæ vitam hominis repræsentāt, arcu, gladio, & velocibus equis freti, patria siue ob simplicitatem, siue virtutē suam exulantis. Verùm Andronicus fortunam suam cum Dauidica comparabat, séq; inuidiæ retia æquè vt illum euitasse, multis exiliis actum aiebat. Interdū suas res amplificando, illum parum à Palæstina Sicelagam peruenisse, & Amalechitam gladio confecisse, & adeò sordidè vixisse, vt Nabalem etiam occisurus fuerit, quòd postulatis non statim annuisset: se verò totum penè Orientem peruagatum ad omnes gentes Apostolico more Christi nomen pertulisse, & prædicasse. & quocunque transisset, summis affectum esse honoribus, & cum honorifico comitatu recessisse. Hæc nō indisertè commemorabat, præsertim si cum viris eru-

Priora Andronici facta ludus & iocus, si cū rebus sub imperio gestis cōparantur. Malus seruus pessimus dominus.

Exiliis suis gloriatur, vt solent qui ex tenui fortuna ad summā inimicis prostratis perueniunt.

Ineptæ Andronici profani, & propter scelera sua fugiētis, cum Dauide comparationes.

πράξεων καταπάττειν τοὺς δόμους τῷ τῶν χρωμάτων συγκερασμῷ, ἢ ταῖς λεπταῖς καταποικίλλειν τῶν ψηφίδων ἐνθέσεσιν, εἰς τὰ πρὸ τῆς βασιλείας ἔβλεψεν ἔργα. καὶ τὰ ἱππηλάσια καὶ κυνηγέσια ζωγραφούμενα, κλωγμὸς πτηνῶν, θωϋσμὸς κυνῶν, ἐλαφηβολίαι, καὶ λαγῶν θηρεύσεις, καὶ χαυλιόδους σῦς διωκόμενος, καὶ ζουμπρος διελαυνόμενος δόρατι (ζῷον δὲ οὗτος τὸ μέγεθος ὑπὲρ ἄρκτον μυθικήν, καὶ πάρδαλιν στικτήν, κατὰ τοὺς Ταυροσκύθας φυόμενον μάλιστα καὶ τρεφόμενον) καὶ βίος ἀγροικικὸς καὶ σκηνίτης, καὶ ἑστίασις ἐκ τῶν θηρευομένων χέδιος, καὶ αὐτὸς Ἀνδρόνικος μισύλλων αὐτοχειρὶ κρέας ἐλάφειον, ἢ κάπρου μινάζοντος, καὶ ὀπτῶν περιφραδέως πυρί, καὶ τοιαῦθ' ἕτερα, ὁπόσα τεκμηριάζειν ἔχουσι βίοτον, ἀνδρὸς πεποιθότος ἐπὶ τόξῳ καὶ ῥομφαίᾳ καὶ ἵπποις ὠκύποσι, φεύγοντός τε τὴν ἐνεσκημμένην δι' οἰκείαν ἀβελτηρίαν ἢ ἀρετήν. ὁ δ' Ἀνδρόνικος καὶ εἰς Δαβὶδ ἀνῆγε τὰ ἑαυτοῦ, καὶ κατ' ἐκεῖνον ἔλεγε καὶ αὐτὸς τὰ τοῦ φθόνου ἐκδιδράσκειν πάλαι θήρατρα, καὶ πρὸς τὴν ἀλλοτρίαν πολλάκις μετασκευάσασθαι. ὑπερχαίρων δ' ἔσθ' ὅπῃ τὰ ἑαυτοῦ, τὸν μὲν καθίσαι τῶν ὁρίων τῆς Παλαιστίνης ἄποθεν βραχὺ κατὰ τὴν Σικελὰν ἔλεγε, καὶ συγκόπτειν τὸν Ἀμαληκίτην μαχαίρᾳ. καὶ γλίσχρως ἀποζῆν, ὥστε καὶ τὸν Νάβαλ ἀ'κτενὰς ἦν ἂν ὅτι μὴ οὐκ εἶχεν ἀνὰ χεῖρας τὸ αἰτηθέν· ἑαυτὸν δὲ δι' ἐθνῶν τῶν ἑῴων ἁπάντων σχεδὸν ἰέναι, καὶ ἐπὶ πᾶσι τὸ τοῦ Χριστοῦ βαστάσαι καὶ κηρῦξαι ἀποστολικῶς ὄνομα, τιμῶν τε τῶν ἀνωτάτω μεταλαχεῖν δι' ὧν ἤρχετο, καὶ περιπεμπόμενον ἀπανίστασθαι. καὶ ταῦτα μὲν διεξῄει μετὰ πειθανάγκης ἱκανῆς, ὁποῖος ἐκεῖνος, καὶ μάλιστα τοῖς ἀνδράσιν

ὡμίλει

ὡμίλει λόγου καὶ σοφίας μετέχουσιν, ἔτι τῶν πραγμάτων γαληνιώντων, καὶ ἠρεμαίαν ἐχόντων κατάστασιν.

7 Τὰ δὲ τελευτῶντι αὐτῷ μελετώμενα, ἤδη δὲ καὶ ἀρχὴν λαμβάνοντα γίνεσθαι, ἐσχάτης ἦν ἀπονοίας ἀποκυήματα, καὶ παρεληλακότα πᾶσαν ἀπανθρωπίας ὑπερβολήν. ὅσον γὰρ τὰ μὲν τῆς ὑπ' ἐκείνου ἀρχῆς σμικρυνόμενα. τοὺς δὲ πολεμίους κατὰ τοὺς ἐξ ὄμβρων πλήθοντας ποταμοὺς, καὶ τὰς ὄχθας ὑπερανιόντας, τὰ ἐν ποσὶν ἐξερημοῦντας καὶ κατακλύζοντας, κατὰ βραχύ τε τὴν πολιτείαν ἐλευθεροστομοῦσαν, καὶ πρὸς ἀποστασίαν ὑποκινουμένην, οἷς μὴ φροντιδοκοπεῖται ὑπὲρ αὐτῶν, ἀλλ' ὥς εἰς κάρωμα ὕπνου κατενεχθεὶς, οὐθ' ὁρᾶν οὔτ' ἀΐειν ἔχει τὰ ὑπὸ τῶν ἐπιστρατευσάντων ἐθνῶν ἀνομούμενα, ὠδίνησέ τε πόνον, καὶ ἀνομίαν ἀπέτεκεν, οὐ τόσον οἴκοθεν, ὅσον ὑφ' ἑτέρων εἰς τὰ ἄτοπα ἐποτρυνόμενος. ἡ δὲ ἦν τὸ μὴ μόνον ὅσους συνείληφεν ἐν φρουραῖς θανάτῳ ὑποδικάσαι, καὶ οὓς μὲν μαχαίραις ἀνελεῖν, οὓς δὲ θαλάσσης ἀκοντίσαι βυθῷ, ὧν δὲ ἀκινάκαις ἀναρρῆξαι τὰς γαστέρας, καὶ ἄλλοις ἄλλως ὑπεξαγαγεῖν τοῦ βιοῦν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τῶν συναπτομένων τούτοις πρὸς γένος ἠκονηκέναι τὸ ξίφος. τί γὰρ, φησὶν, ὄνειαρ, εἰ κόρσης ἐκτμηθείσης μιᾶς, πλείονα ἐκφυήσονται κάρηνα, τοῖς δὲ οὐκ ἐπάγει τις τὸν σίδηρον σίζοντα. ἐπαινετέος ἐν τούτῳ μάλιστα ὁ ἡμίθεος καὶ ἥρως Ἡρακλῆς, ὅτι τὸν Ἰόλεων ἐπικάοντα εἶχε, καὶ τὸ τῆς ὕδρας παλιμφυὲς ἀφανίζοντα. ἔνθεν τοι καὶ ἐκκλησιάσας, τὸ φίλιον ἐκείνῳ σύστημα, καὶ τῶν δικαστῶν ὁπόσοι χρημάτων ὤνιοι, καὶ τὴν βασιλικὴν περιπταίνοντες τράπεζαν, καθάπερ οἱ γῦπες τὰ θνησιμαῖα, ἐκτραγῳδεῖ ὁπόσα ἐπονηρεύ-

ditis & eloquentibus colloqueretur, rebus adhuc integris & tranquillis.

7 Quæ autem postremò instituit, & ex parte inchoauit, & extremi furoris erant, & omnem crudelitatis immanitatem superabāt. Nam cùm imperium imminui, & multitudinem hostium instar hybernis niuibus aucti torrentis, & extra ripas effusi, obuia quæque vastare, & subditos paulatim incipere liberiùs loqui, & defectionem spectare animaduertit: quòd nullam imperij curam susciperet, sed veluti veterno oppressus, hostium grassationes neque videret neque audiret: parturiit laborem, & peperit iniquitatem, non tam sua sponte, quàm aliorum consiliis incitatus: qui monebant, vt quot quot in carceribus tenerētur, capitis damnati, alij iugularentur, alij in fundum maris demergerentur, aliorum ventres dissecarentur, alij denique aliis modis è medio tollerentur. Imò vt damnatorum cognati quoque eādem gladij aciem sentirent. Neque enim quicquam profici, si vno capite resecto plura renascantur, nec ferro stridenti tollantur. In ea re maximè laudādum esse heroem & semideum Herculē, quòd Iolaum asciuerit, qui rediuiuam hydram exureret. Itaq; amicorum & mercenariorū iudicum cōcilio coacto, qui mensam imperatoriam, vt vultures cadauera consecta-

Andronici crudele consilium de tollendis omnibus seditiosorū cognatis. Leo semper Leo, etsi gestet purpuram.

Non emendare sed euertere rēp. malus princeps nititur.

Nebulonum cōsiliis paret.

Sāguine delectantur belluæ aulicæ.

Malis cōsiliis quæruntur prætextus.

Et heroum exempla adhibentur.

Nēpe à gnatonib. & mēsarū affectis.

bantur: atrocibus verbis commemorat, *quanta fuerit Italorum improbi-*

Cum quibus malus princeps de suo exitio captat consilia. Qui enim in subditos innocẽtes sęuire cogitat, in viscera sua gladium acuit.

tas, & quantis cladibus Occidentales prouincias afficiant, quot vrbes vi expugnarint. Causam earum rerum non nisi Romanis, qui sibi aduersentur, eorúmque cognatis & amicis ascribendam esse: Eos sitire Andronici interitum: & omnem mouere lapidem, vt imperio deturbatus, miserrimè concidat. Quã cupiditatem cum per populares ad exitum perducere nequeant, alienum ex longinquo exercitum accersere, ac locustas imitari, quæ flammis euitatis, aqua suffocentur. Verùm senectutem hanc (inquit) *testor, non gaudebunt inimici & hostes Andronici. Sed quæ in Andronicum moliuntur, ea ab Andronico perpetientur. Sin fata ad inferos adigunt etiam Andronicum, ipsi antecedent, & viam præparabunt: sequetur Andronicus.*

Oratio ad crudelis principis ingeniũ accommodata, sed patri patriæ nullo modo conueniens.

Hæc locutus, adiectáque Paulina illa sententia: Non faciam quod volo bonum, sed malum quod nolo peragam, aduersariis contra me militantibus, & ad ea me compellentibus, à quibus abhorreo: malorum remedium quærebat. Cum autem coniurati eius, magnis vocibus exclamassent, tollendos eos è terra, ac nemini parcendum esse: in omnes eos qui vel in carceribus tenebantur, vel in exilium acti erant, in omnes eorum cultores & cognatos, sententia capitalis lata est, & in libellos relata. Protosecretario dictante, libellorum supplicum magistro laborante, Protonotario Dromi accla-

Impia verbi Dei profanatio.

Cõdemnatio vniuersarum familiarum.

Pessimi consiliarij malũ principẽ pessundant.

σαντο Ἰταλοὶ, καὶ οἵοις κακοῖς περιβάλλουσιν ἐπαρχίας τὰς Ἑσπερίας, καὶ ὅσας παρεστήσαντο πόλεις νόμῳ πολέμου· καὶ τὴν οὐκ ἄλλοις τὴν αἰτίαν τούτων ἀνατιθεὶς, ἀλλ' οἵπερ ἐκείνῳ ἀντίφρονες, ὁπόσοι τε τούτοις καθ' αἷμα καὶ εὔνοιαν προσῳκείοντο. τούτοις γὰρ τὴν Ἀνδρονίκου διψᾶν ἀπώλειαν, καὶ πάντα κάλων κινεῖν, εἴ πως τῆς ἀρχῆς ἐκσφαιρισθείη Ἀνδρόνικος, καὶ πεσεῖται πτῶμα παγχάλεπον. μὴ ἔχοντας δ' οὖν ὅμως διὰ συνάρσεως ὁμοφύλων δοῦναι τὴν ἔφεσιν πέρατι, ἀλλοτρίαν καὶ ὑπερόριον εἰσενεγκεῖν στρατιὰν, καὶ ταὐτὸν ἄντικρυς δρᾶν τοῖς τῶν ἀκρίδων ἔθνεσι, αἳ τὸ πῦρ ἐκδιδράσκουσαι, τοῖς ὕδασιν ἀποπνίγονται. ἀλλ' οὐ μὰ τὸ γῆρας τοῦτο φησὶ, χαιρήσουσιν οἱ φίλεχθροι, καὶ πολεμοχαρεῖς Ἀνδρονίκῳ. ἀλλ' ὃ παθεῖν Ἀνδρόνικον γλίχονται, τοῦτ' αὐτοὶ πρὸς Ἀνδρονίκου πείσονται. εἰ δὲ τὸ μόρσιμον εἰς ᾅδου δώματα ἐφέλκεται καὶ Ἀνδρόνικον, αὐτοὶ καθηγήσονται, καὶ ὑπανοίξουσι πρότερον τὴν ὁδὸν. εἶθ' οὕτως ἐπιπορεύσεται Ἀνδρόνικος. ταῦτ' εἰπὼν, καὶ τὸ τοῦ Παύλου παραφράμενος, ὥς τε οὐχ ὃ θέλω τοῦτο δράσαιμι ἀγαθὸν, ἀλλ' ὃ οὐ θέλω κακὸν τοῦτο διαπραξαίμην, ἀντιστρατευομένων μοι τῶν ἐναντίων, καὶ αἰχμαλωτιζόντων εἰς τὰ παρὰ προαίρεσιν, θεραπείαν ἐζήτησε τοῦ κακοῦ. ἀράντων δὲ τὴν φωνὴν τῶν ἐκ τῆς ἐκείνου φρατρείας πάντων, καὶ μέγα κραξάντων, αἴρειν αὐτοὺς ἐκ τῆς γῆς, καὶ φείσασθαι μηδενὸς, κυροῦται ἡ τῶν ὅλων ἀφάντωσις, ὅσους τε εἶχε συνειληφὼς ἐν φρουραῖς, καὶ ὅσοι τὴν ὑπερορίαν κατεκρίθησαν, καὶ τὸ θεραπευτικὸν τούτων καὶ συγγενὲς, καὶ δὴ τόμος εὐθὺς ἐδέχετο τὰ ὑποτυπούμενα, ὑπαγορεύοντος τοῦ πρωτασηκρήτις, ἀμφιπονουμένου τοῦ ἐπὶ τῶν δεήσεων· τοῦ δὲ πρωτονοταρίου τοῦ Δρόμου

ταῖς

ταῖς φωναῖς ἀλαλάζοντος. τὰ δὲ ὀνόματα τούτων καὶ νῦν παρείσθω μοι, καὶ τῶν καθεξῆς ὁμοίως συμπραττόντων, ὅσοι τῆς περὶ τοῦ κενοῦ δοξαρίου ἔχοντες, ὠρακίων τότε καὶ ὠρρώδουν Ἀνδρόνικον· ὧν πρωτοστάτης ἦν καὶ ταξίαρχος ὁ Ἁγιοχριστοφορίτης Στέφανος, τῷ τοῦ φθέγματος βροντώδει καταδουπῶν τὰ ἀνάκτορα, καὶ καθά τι ῥεῦμα ποτάμιον ὀξὺ καχλάζων καὶ παρασῦρον τὸ δοκοῦν Ἀνδρονίκῳ ὑποπτεύσιμον.

8 Εἶχε δὲ τὰ ὑπομνηματιζόμενα οὑτωσί πως τῆς προοιμιάσεως, θεόθεν κινηθέντες, καὶ οὐκ ἐξ ὁρισμοῦ τοῦ κραταιοῦ καὶ ἁγίου ἡμῶν αὐθέντου καὶ βασιλέως, ψηφηφοροῦμεν καὶ ἀποφαινόμεθα συνοῖσον εἶναι κοινῇ, καὶ ἰδίᾳ λυσιτελὲς Ἀνδρονίκῳ, τῷ σωτῆρι Ῥωμαίων, ἄρδην ἀπολωλέναι, οἵπερ ὡς αὐθάδεις καὶ στασιώδεις συλληφθέντες, φυλακαῖς ἐνείργνυνται, ἢ τὴν ἀλλοτρίαν οἰκεῖν ἀφωρίσθησαν. συγχεθῆναι δὲ καὶ τοὺς τούτοις προσήκοντας καὶ καθ᾽ αἷμα συναπτομένους, καὶ θανάτῳ πάντας ὑποβληθῆναι. οὕτω γὰρ καὶ Ἀνδρόνικον γένοιτο, τὸν ἀγαθῇ τύχῃ Ῥωμαίων τὰ τῆς βασιλείας σκῆπτρα διέποντα, βραχύ τι γοῦν ἀναπνεῦσαι, ταῖς κοιναῖς φροντίσι βαλλόμενον, καὶ τὰς τῶν ἐπιβούλων κακογνωμοσύνας ὑποβλεπόμενον, καὶ αὐτοὺς δὲ τοὺς ἀλλοεθνεῖς Σικελιώτας ᾆσαί ποτε παλινῳδίαν, μηδένα ἔτι τὸν αὐτοῖς ὑφηγούμενον ἔχοντας, ὁπόσα χρὴ κατὰ Ῥωμαίων ποιεῖν. πάντες γὰρ οὗτοι συγχεθέντες, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξορυχθέντες, ἀμεταθέτως ἔχουσι τῆς κακονοίας, καὶ οὐδείς ἐστι τοῦ λοιποῦ τρόπος ὁ σωφρονίσων αὐτούς, μόνη δὲ ἡ τοῦ ζῆν ὑπολείπεται στέρησις, ἣν ὡς τελευταίαν καὶ σωτήριον ἄγκυραν δεῖ ἡμᾶς ἐπιχαλᾶν τοῖς κακόφροσιν. οἱ τοσοῦτον εἰσὶ φρενοβλαβεῖς τε καὶ ἀποτρόπαιοι, ὡς

mante. quorum nominibus parcam in præsentia, vt & eorum, qui pòst in eiusmodi rebus vanæ gloriolæ causa, aut Andronici metu operas nauarunt, quorum dux & autor fuit Hagiochristophorites Stephanus, cuius vox quasi tonitru in palatio resonabat, & instar torrentis eos abstrahebat, quos suspectos habebat Andronicus.

Hagiochristophorita Stephanus tyrannidis minister sedulus, domini sui feritatē, vt inter huiusmodi mōstra fit, longè superans.

8 Fuit autem eius scripti huiusmodi exordium. *Diuinitus impulsi, non iussu magistratus & principis ac Imperatoris nostri, decernimus & pronunciamus, è republica esse, & priuatim Andronico Romanorum seruatori vtile, vt contumaces & seditiosi funditus intereant, qui comprehensi in carcere tenentur, & in exilium acti sunt: eorúmque necessarii & cognati capiantur, & omnes vltimis suppliciis afficiantur. Sic enim & Andronicus, qui numine propitio imperii sceptra gerit, à publicis curis & insidiarum metu nonnihil respirabit: & Siculi cœptis desistent, vbi neminem habuerint, à quo, quemadmodum Romani oppugnandi sint, doceantur. Nam cum & ii qui in vincula coniecti, & qui oculis priuati sunt, consilia improba non referant in melius, sed in priore sententia perseuerent: nulla ratio superest, qua improbi ad sanam mentem reducantur, nisi vitæ ereptio: quæ, vt sacra & salutaris anchora contra vecordes & dementes est vsurpanda. quorum eæ sunt intemperiæ, vt non animaduer-*

Exordium crudelis edicti, in quo occurrunt blasphemia in Deum, horrenda in viros innocentes conspiratio, mendacium multiplex, falsissimi prætextus & putidæ calumniæ. Hæ sunt aulicæ artes impiorū, qui neq. morbū neq. remedia ferre norunt.

Pessimū consiliū, vt respubl. serues, spirantia eius membra abscindere.

Atqui non prorsus malos prudens princeps tolerat: nec suspicionibus ita concedit locum, vt in subditos indifferenter sæuire velit.

tant, se contra stimulum calcitrare, & gladium contra semetipsos acuere. Hęc & huiusmodi alia, vt ex multis pauca referam, nefarium illud decretum continebat. Sequebatur eorum enumeratio, qui comprehendendi & mox occidendi erant: exprimebatur & modus, quo quisque tollendus esset. Ego verò cùm alia illorum hominum acta demiror, & sceleratissima iudico, tum decreto isto obstupesco: neque perspicere possũ, quid in eo secuti sint, aut quo iudicio suum parricidium Deo adscripserint, diuinúmque motum id impudenter appellarint, quod primus humani generis hostis eis haud dubiè suggessit. cũ aliud sumere principiũ modestius & probabilius licuisset, atque à contumelia Dei abstinere: *qui cædibus haud delectatur, nec mortem fecit, sed hominem ad vitam condidit: in cuius conspectu vox sanguinis Abeli clamat: qui apertè denũciat, se malle, vt peccator conuersus viuat, quam vt moriatur.* Enimuerò illi damnatis omnibus, è concilio discesserunt. Andronicus verò iudicum nefarias sententias, haud scio quo consilio, in scrinio suo diligenter asseruauit, prouiso fortassis imminenti exitio. Nam cum comprehensus esset, & à cõcursu populi facinorum suorum rationem reddere iuberetur: culpam in iudices & senatum transferebat, qui

Impij & crudelissimi e-dicti, quod Andronici exitium procuidubio maturauit excogitatio & cẽsura Nicetæ.

Parricidę isti impudenter, & in vanum nomen Dei assumunt.

Deus enim cædibus innocentiũ minimè delectatur.

Andronici astutia incẽpestiua. Etenim ne in manus populi incideret non sententias nefarias asseruare, sed nefarios iudices cruci affigere debuit.

πρὸς κέντρα λακτίζειν, καὶ μὴ συνιέναι ὅλως, ὡς καθ' ἑαυτῶν οἱ λασιόκωφοι τὴν μάχαιραν θήγουσιν. οὕτω μὲν οὖν καὶ τοιαῦτα (ὡς ἐκ πολλῶν ὀλίγα εἰπεῖν) διεξῄει τὸ ἄθεσμον ἐκεῖνο θέσπισμα. ἐφεξῆς δ' ὁ τῶν συλληφθησομένων καὶ τεθνηξομένων ἦν κατάλογος. ὑπεδηλοῦτο δὲ καὶ ὁ τρόπος, καθ' ὃν ἀποθνήσκειν ἕκαστοι ἤμελλον. ἐγὼ γοῦν καὶ τὰς ἄλλας μὲν τῶν ἀνδρῶν τουτωνὶ πράξεις διὰ θαύματος τίθεμαι, καὶ ἀνοσίας παντάπασιν ἥγημαι, τὴν δὲ νῦν ἀφηγουμένην ἀπόφασιν καὶ λίαν ὑπερεκπέπληγμαι, καὶ θαυμάζω πρὸς τί περατωθησόμενον ταύτην ἐκύρωσαν· ἢ πῶς ποτε κρίνοντες, τὴν ἑαυτῶν μιαιφονίαν προσῆπτον Θεῷ, καὶ κίνησιν θεόθεν ἀνερυθριάστως ὠνόμαζον, ἣν ὁ ἀρχῆθεν ἀνθρωποκτόνος σκέψιν αὐτοῖς ὑφηγήσατο, δέον ἑτέρως προοιμιάζεσθαι, καὶ μὴ ἀναιδῶς οὕτω καὶ ἀπαραθαμβήτως φθέγγεσθαι, μηδὲ γυμνῇ τῇ κεφαλῇ τὸ θεῖον συκοφαντεῖν, ὡς χαῖρον αἵμασιν. ὁ πρώτως εἰς τὸ εἶναι τὸν ἄνθρωπον ἔκτισε, μὴ πεποιηκὸς θάνατον, καὶ οὗ ἐνώπιον φωνὴ αἵματος Ἄβελ βοᾷ, καὶ ὃ διαρρήδην κέκραγε, μὴ βούλεσθαι τὸν τοῦ ἁμαρτωλοῦ θάνατον, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι αὐτὸν καὶ ζῆσαι. καὶ οἱ μὲν οὕτω παντὸς ἀπώλειαν καταψηφισάμενοι, τὸν σύλλογον διέλυσαν. Ἀνδρόνικος δὲ τὰς ἐπὶ ταῖς πράξεσι ταύταις ταῖς μυσαραῖς ἐκτιθεμένας δικαστικὰς ψήφους ἀνὰ χεῖρας δεχόμενος, ἐφύλαττεν ἐν φωριαμοῖς ἀσφαλῶς οὐκ οἶδ' ὅτι διανοούμενος, οἶμαι δὲ τὸ ἐσόμενον προσκοπούμενος, καὶ δειλιῶν φόβον, ὃς ἐπῆλθεν αὐτῷ μετέπειτα. συσχεθεὶς γὰρ, καὶ λόγους ὧν διεπράξατο παρὰ τῶν συνεληλυθότων εἰσπραττόμενος, ἑαυτὸν ἀπηλλοτρίου τῶν γινομένων, ἐφ' οἷς τινας παρελύπησεν, ἢ κακώσεσι σωματικαῖς καθυπέβαλε, καὶ τοὺς μὲν

δικαστὰς

δικασταῖς ἔφησε καὶ τὴν γερουσίαν ἀπο-
φαίνεσθαι τὰς τιμωρίας ἃς ὑπέστησαν, καὶ
ὁποίας πεπόνθασιν οἱ προσκεκρουκότες
αὐτῷ περὶ τῆς ἀρχῆς καὶ κατὰ τὴν βασιλείαν
αὐτήν, αὐτὸν δὲ ταῖς ἐκείνων γνώμαις ὑ-
πηρετεῖν (μηδὲ γὰρ εἰκῆ φορεῖν τὴν μάχαι-
ραν) καὶ ἄγειν τὴν χεῖρα εἰς πέρας ὧν ἀ-
πεφαίνοντο. τότε δ' οὖν τὴν ἐξενεχθεῖ-
σαν ψῆφον πληροῦν ἐπεβάλετο, πρὸς ἣν
ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὁ Σεβαστοκράτωρ ἀπεπήδησε
Μανουήλ, εἰπών, μηδαμῶς συντίθεσθαι
πράξει, ἥτις μὴ καθ' ὁρισμὸν τελεῖται
βασιλικόν, ὡς οἱ θεσπίζοντες προαναβάλ-
λονται. καὶ ἄλλως δὲ μὴ ἀναγκάζεσθαι ὁπω-
σοῦνποτε ἀπόφασιν οἰκειώσασθαι, ὑπὸ κρί-
μα θανάτου τεθεῖσαν σχεδὸν τὸ πανρώ-
μαιον, καὶ μὴ μόνον ἀφανίζουσαν ὁπόσοι
Ῥωμαίων προσήλθοσαν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐξ
ἐθνῶν οὐχὶ βραχεῖς διαφθείρουσαν. εἰς
γὰρ ἄπειρον ἀποτελευτήσειν τὴν τελευτήν,
τοῦ μὲν διὰ τόνδε ξυλλαμβανομένου τε καὶ
ἀναιρουμένου, κἀκείνου μὴ ἀπὸ λίθου εὑ-
ρισκομένου, μηδὲ φύντος ἀπὸ δρυός,
ἀλλ' ἐκ πατρὸς καὶ μητρός, ἢ ἐξ ἀγχι-
στείας τὸ συναπτόμενον εἰς γένος καὶ τὸ
φίλιον ἀναφαίνοντος. καὶ δὴ ἀπὸ διαταγ-
μάτων βασιλικῶν ἀρχὴν δεξάμενον τὸ
δικαστικὸν τοῦτο γνωμάτευμα, ἤμελλον
ὡς πρόβατα σφαγῆς εἰς ἓν συνάγεσθαι
ἄθροισμα, οἱ ἐν διαφόροις ἐπαρχίαις ἐκ-
τοπισθέντες, καὶ ταῖς ὁπουδήποτε καθειρ-
γνύμενοι φυλακαῖς, ὥστε ἕκαστον ὑφίστασθαι
θάνατον, εἰς ὃν ἀφώριστο, εἰ μὴ κατὰ τὸν προ-
φήτην εἰπεῖν, τὴν οἰκείαν μάχαιραν ἐπέ-
βαλεν ὁ Θεὸς, ἐπὶ τὸν ἀποστάτην δράκον-
τα, τὸν σκολιόν, τὸν ἐν τοῖς ὕδασιν ὑπο-
φεύγοντα τῇ καθύγρῳ ταύτῃ, ὡς ἔδει-
ξεν, βιοτῇ, καὶ μηδὲν ὑπὲρ τὰ ὁρώμενα, καὶ
βίον τὸν ἡδονικὸν φανταζόμενον.

supplicia decernerēt in eos, à quibus ante imperium & in ipso imperio offensus esset. Se verò illorum sententiis inseruisse (neque enim frustra gestasse gladium) & manum eorum suffragiis accommodasse. Tum autem cum latas sententias executurus esset: filius eius Manuel Sebastocrator refragatus, pernegauit, se consensurum in acta, quæ non fiant autoritate Imperatoris, vt ipsi iudices in exordio fateantur.

Manuel Sebastocrator pius princeps prudēter recusat tyrannicū edictū exequi.

Præterea se nullo modo ea suffragia probaturum, quæ penè Romanos omnes capitis cōdemnent, atque etiam prouincialium non paucos perdant. Carnificinam enim illam in infinitum grassaturam, alio ob aliud crimen comprehenso & occiso, qui nō extorris sit, nec ex quercu natus, sed parentes, cognatos, affines, amicos habeat.

Consilij sui rationes explicat.

Cæterum illud iudicum decretum, iussu Imperatoris editum, eos omnes qui in diuersis prouinciis dispersi, & vbiuis in carceribus erant, in vnum locū, velut oues mactationi destinatas in vnum macellum, cogebat: ac suas quisque pœnas dedissēt, nisi, vt Propheta loquitur, Deus suum gladium in fugitiuum draconem, obliquum illum, in aquas refugientem, strinxisset: qui, vt molli & delicata illa vitæ ratione indicauit, nihil aliud expetebat, nihil aliud cogitabat, nisi vitam voluptariam.

Et non sine numinis benignitate crudelissimorū istorum iudicum consilia euertit. Præstātissimi Consiliarij vox impiorū artes eludit.

Andronicus nō sanguine sed voluptatū cœno gaudet.

Vt pœnas tot scelerum tādē daret Andronicus, cōtra stimulū calcitrās, remediáq. morbis priuatis & publicis conueniētia, spernens ad salutis suæ hostē confugit, auxilium & consilium à miseria & infirmitate ipsa petens.

9 Accidit etiam aliud quiddam, quod eum in tantam immanitatem impulit. Nam cum vndique in arctū suas copias cogi, & Siculos iam iam suo capiti imminere, & tanquam Typhonem c. capitum oppressuros: ciues verò mortem suam sitire, & suum interitum diuinū beneficium & malorum remedium existimare cerneret: prætereáque se propter multiplices procerum cædes à Deo desertum iudicaret, quanuis se ad Christi mandram pertinere affirmaret, iisdémque elementis constaret, quibus ij quos extirpabat: ad futura per noxiorum dæmonum cultum cognoscenda se conuertit, vt & Saulus olim ad Engastrimythos tandem abiit, quos antè placandi numinis gratia pepulerat. Nam cum aruspicinam ante plurimos annos obsoleuisse, & penitus abolitam esse, auguralem item superstitionem, vt & somniorum & omnium interpretationem iam olim è Romanis finibus auolasse: solos verò eos impostores, qui è pelui diuinant, & qui astrorum positus rimantes, æquè fallunt ac falluntur, superesse: tum quidē Astrologiam, vt magis familiarem, & futura obscurius innuentem seposuit: séque totum permisit iis, qui futura ex aquis, quasi per caliginem coniiciunt, & imagines futurarum rerum velut ex vmbra solarium radiorum consectantur. Ac ipse quidem iis nocturnis sacris interesse noluit, metu

Andronico ab Engastrimytho prædicitur exitium. Et hæc est impię curiositatis merces.

Astrologia iudiciaria neglecta, hydromantiam colit.

9 Συνέβη δέ τι καὶ ἕτερον, εἰς τὴν τοιαύτην αὐτὸν ἐκβαχηλίσαν ἐνθύμησιν. ὁρῶν γὰρ ἁπανταχόθεν στενὰ οἱ τὰ πράγματα, καὶ τοὺς ἐκ Σικελίας ὅσον οὐδέπω ἐπιστησομένους, καὶ ὡς ἑκατοντακέφαλον Τυφῶνα καταπεσοῦντας, τοὺς δ' ἐντὸς τὸν αὐτοῦ θάνατον διψῶντας, ἐπισκοπήν τε ἡγουμένους Θεοῦ, καὶ λύσιν δοξάζοντας τῶν κακῶν τὴν αὐτοῦ ἀνάλυσιν ἐκ τοῦ σώματος, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ θείου δὲ ὑφορώμενος ἐγκατάλειψιν, εἰς πολυτρόπως τὸ ὑπερέχον ἐδάμασε· καὶ ταῦτα διατεινόμενος ἐκ τῆς αὐλῆς εἶναι Χριστοῦ, καὶ τὸ αὐτὸ γένος τοῖς ἐκθλιβομένοις λαχών· πρὸς τὴν διὰ θωπείας εἴτε καὶ θεραπείας τῶν ἐναγῶν δαιμόνων πρόγνωσιν τῶν μελλόντων ὁρμᾷ· καθὰ καὶ ὁ παλαιὸς ἐκεῖνος Σαοὺλ εἰς τοὺς Ἐγγαστριμύθους ὕστερον ἔβλεψεν, οὓς ἐδίωκε πρότερον τὸ θεῖον ἑαυτῷ ἱλεούμενος. καὶ δὴ τὴν θυτικὴν καταργηθεῖσαν πάλαι ὁρῶν, καὶ τὴν διὰ ταύτης δήλωσιν τῶν ἐσομένων τεθνηκυῖαν καὶ ἄφαντον ἤδη παντάπασιν· ὁσαύτως καὶ τὴν δι' ὀρνίθων περιεργίας πάλαι ἀποπτᾶσαν ἐξ ὁρίων Ῥωμαϊκῶν, ἐνυπνιασμούς τε καὶ κληδονισμούς· μόνους δὲ τοὺς διὰ πλυνῶν καὶ λεκανίδων φενακομάντεις περιλειπομένους, καὶ τοὺς ὅσοι τὰς τῶν ἄστρων θέσεις περισκοπεύουσιν, οὐχ ἧττον πλανῶντες ἤπερ πλανώμενοι· τὴν μὲν Ἀστρονομίαν τέως ὡς συνηθεστέραν καὶ ἀξυμφανῶς τὰ μέλλοντα ὑπεμφαίνουσαν, ὑπερέθετο· ἐφίησι δ' ὅλον ἑαυτὸν τοῖς οἵ τινες ἀμυδρῶς ἐν ταῖς πλυνοῖς ὕδασι τεκμαίρονται τὰ ἐσόμενα, καὶ ὡς οἷά τινας ἀκτῖνας ἡλίου περιαυγαζούσας ἰνδάλματα τῶν ἔμπροσθεν ἐκεῖθεν ἐνοπτρίζονται· αὐτὸς μὲν οὖν παρεῖναι τοῖς τελουμένοις ἀπείπατο ἐκκλίνων, ὡς ἔοικε, τὴν κωτίλον φήμην, ἢ τὰ ἐν κρυπτῷ δρώμενα διορᾷ,

διορᾷ, καὶ πίθησι τοῖς ἅπασιν ἔκφορα, ἀναπίθησι δὲ τὴν μυσαρὰν νυκτεργασίαν ταύτην τῷ Ἁγιοχριστοφορίτῃ Στεφάνῳ, οὗ πολλάκις ἐμνήσθημεν. ὁ δὲ τὸν Σὴθ παραλαβὼν, ἐκ βούπαιδος τετελεσμένον τὰ τοιαδὶ, καὶ τούτων ἕνεκεν ἐκκοπέντα τὰς κόρας παρὰ τοῦ βασιλέως Μανουὴλ, ὡς ἐν τοῖς περὶ ἐκείνου λόγοις εἰρήκαμεν, ἐρωτήσιν πίθησι δι' ὧν ἔδρασεν (ὅσα ἐμοὶ μὲν γνῶναί τε καὶ μαθεῖν οὐχ ἡδὺ, μαθεῖν δὲ ἑτέρωθεν ἔξεστι τοῖς βουλομένοις) εἰδέναι, ὅς ἐστιν ὁ μετὰ τὴν βασιλέα ἄρξων Ἀνδρόνικον, ἢ καὶ παραλύσων αὐτὸν τῆς ἀρχῆς; τὸ δὲ πονηρὸν ὑποκρίνεται πνεῦμα, ἢ μᾶλλον ἀμυδρὰς, ὡς ἐν ὕδασι, καὶ τούτοις θολεροῖς, διαχαράττει τῶν γραμμάτων τινὰ, Ἰσαάκιον ἐννοεῖν ὑπεμβάλλοντα, οὐχ ἅπαν ξυνθὲν τὸ ὄνομα, ἀλλὰ δὲ προφῆναι, ὁποῖον τὸ τῆς Σελήνης ἡμίτομον, καὶ τούτου ὄπισθεν προδιατυπῶσαν Γ'άτα, εἰς τὸ ἀξυμφανὲς ἄγον ἐντεῦθεν τὸ μάντευμα. ὃ περὶ τοῦ ἐσομένου προκέντημα· ἢ, ἀληθέστερος εἰπεῖν, ὃ μὴ ἀκριβῶς ἠπίστατο, τοῦτο τῇ ἀσαφείᾳ ὑπομελαῖνον, τὸ πολυμερὲς τὴν κακίαν νυκτινόμον δαιμόνιον, τὸν τοῦ ψεύδους ἐκτρεπόμενον ἔλεγχον. ὡς τε καὶ Ἀνδρόνικος Ἰσαυρον ὑπετόπασεν, ἐξ ὧν ἤκουσε, τὰ ὀφθέντα διασημαίνειν, καὶ τοῦτον εἶναι ἰσχυρίζετο τὸν Κομνηνὸν Ἰσαάκιον, ὃς τῆς Κύπρου κατετυράννησε, καὶ ὃν ἐνήγετο ὑποπτεύειν ἐνδελεχῶς ὡς διάδοχον αὐτῷ τῆς ἀρχῆς· ἐπειδὴ καὶ Ἰσαυρίας ἀπάρας, εἰς Κύπρον ἀφίκετο, κακοεργὸς ὡς οὔπω τις ἕτερος, καὶ φθοροποιὸς τελχὶν, καὶ θάλασσα πελαγίζουσα συμφορὰς, ἢ γοῦν ἐριννὺς ἐπιμανεῖσα τοῖς πρώην εὐδαίμοσι τῆς νήσου ταύτης οἰκήτορσι. συμπαθητικῶς γὰρ ἐν ῥήμασι, τοῖς ἐν πράγμασι περιστα-

famæ, vt arbitror: quę ea quę in occulto fiunt, perſpicit, & omnibus enarrat. Sed nefarium illud arcanum Hagiochriſtophoritæ Stephano, cuius ſæpè mentionem fecimus, mandat. Is verò Setho adhibito, qui ab ineunte ętate iſtiuſmodi oraculis deditus, oculos propterea Manuelis Imperatoris iuſſu amiſerat, vt ſuprà expoſuimus, certo ritu (quem mihi nec ſcire, nec explicare iucundum eſt, & aliunde petere licet) percontatur, quis poſt Andronicum ſit imperaturus? aut imperium ei erepturus? reſpondet malus genius, ac potiùs obſcurè, vt in aquis, iiſque turbidis, aliquot primas literas, integro nomine non expreſſo, deſignat, vnde Iſaacius intelligeretur: ſed primum oſtenſa litera S, inſtar dimidiatę Lunæ, ac deinde ſubiuncta litera I: vt oraculum eſſet obſcurius, & fati veluti ſtimulus, aut, vt verius dicam, quòd non ſatis norat nocturnum illud & infinitæ improbitatis dæmonium, perplexitate inuoluerat, ne argui mendacij poſſet. Itaque Andronicus eas Iſaurum ſignificare putabat, & eum eſſe affirmabat Iſaacium Cōnenum, qui Cyprum per tyrannidem oppreſſit: cúmque perpetuò ſuſpectum habebat, vt Imperij ſucceſſorem. Nam ex Iſauria in Cyprum venerat, homo maleficétiſſimus, perniciosus Telchin, mare calamitatibus exæſtuans, & atrox furia, in beatos antè inſulares crudeliter graſſata. Nam ſcriptis eos miſeror, qui ipſis factis publicum illud infor-

Et tenebras tenebricoſi principis mancipium adire nō audet, ſed ſuo ſatelliti negotiū tractandum relinquit.

Hic verò, adhibito mago de Andronici ſucceſſore percontatur: ſed deluditur à malo genio.

SI PRO IS.

Mendacij princeps ambiguè loquitur.

Andronicus Iſaaciū Comnenum ſuſpectum habet.

Cypriorum ſub Iſaaci iſtius tyrannide miſerrima conditio.

tunium sunt experti. Andronicus verò miratus oraculũ, *Non modò*, inquit, *de successore interrogato, sed tempus etiam adiicito.* Facta etiam de tempore quæstione, aerius ille & terrestris spiritus, carminibus quæ proferri nefas est, euocatus, & cum strepitu in aquam illapsus, Intra exaltationem crucis respõdit. Hæc autem initio Septembris acta sunt. Secundo etiam responso audito, cum insuaui & falso ac planè Sardonio risu, *Vanum*, inquit Andronicus, *est istud oraculum.* Quî enim Isaacius intra tam paucos dies Cypro aduenire, méque imperio euertere poterit? eáque verba penitus neglexit. Cum autem Ioannes Tyranus, Beli iudex ab Andronico designatus, eáque de causa cupiditatum eius feruidus minister, dixisset: Isaacium Angelum è medio tollendum esse, ne fortè oraculo ad illum pertinente, ipsi longinqua imaginarentur, iis quæ ante pedes essent, neglectis: ne sic quidem diuinationi assensus est: ac potius hominẽ derisit, quòd tale aliquid de Isaacio Angelo suspicaretur, quem, vt mollem & ignauum, nec ad vllam rem gerendam idoneum, contemnebat. Nam fata vrgebant, & Deus vtique illo prudentior erat.

Andronici curiositas.

Insultatio itẽ in spiritus mendacis oraculum.

Sapientia humana fati ministra.

Isaacium Angelum, à quo euersus est, spernit Andronicus.

10 Cæterùm Hagiochristophorita Stephanus, homo impiger, quouis modo domini & Imperatoris sui saluti consultum volens, Isaacium Angelum comprehendere statuit, ac primũ in custodiã dare, deinde Andronici arbitratu occidere.

Hagiochristophorita dum Angelũ Isaaciũ occidere studet, occiditur.

μένοις τοῦ κοινῇ συμπεσόντος ἐκείνοις κακοῦ· ἀγασάμενος δ' Ἀνδρόνικος τὸν χρησμόν, μὴ ἐρώτα, εἶπε, μόνον τὸν διαδεξόμενον, ἀλλὰ προσέθες καὶ τὸν καιρόν. γενομένης οὖν καὶ περὶ τοῦ καιροῦ ἐρωτήσεως, ἐμπεσὸν καὶ ψοφῆσαν τῷ ὕδατι τὸ ἀερικὸν καὶ γεωχαρὲς πνεῦμα, πεφοίβασται δι' ἐπασμάτων, ὁποῖα μὴ ἐκφαίνειν χρεών, ὡς ἐντὸς τῶν ἡμερῶν τῆς ὑψώσεως τοῦ σταυροῦ· ἦν δὲ ἀρχόμενος ὁ Σεπτέμβριος μήν, ὅτε ταῦτα ἐγίνετο· ὡς δὲ ἠκηκόει καὶ τὰ περὶ τῆς δευτέρας Ἀνδρόνικος πεύσεως, ἀηδές τι καὶ διεψευσμένον μειδιάσας καὶ ἀτεχνῶς Σαρδώνιον, καὶ εἰπὼν ὡς λῆρος ὁ χρησμὸς οὗτος. ποῦ γὰρ δυνήσεται Ἰσαάκιος κυπρόθεν καταπλεῦσαι διὰ μετρίων πάνυ τοι τουτωνὶ ἡμερῶν, καὶ καθελεῖν αὐτὸν τῆς ἀρχῆς; οὐδ' ὅλως προσέσχε τοῖς εἰρημένοις. φήσαντος δὲ τοῦ ἀπὸ Τύρου Ἰωάννου (ἦν δ' οὗτος κριτὴς τοῦ βήλου παρ' Ἀνδρονίκου προβεβλημένος, καὶ θερμὸς διὰ τοῦτο τῶν αὐτοῦ θελημάτων ὑπηρέτης) ὡς δεῖ συλληφθέντα ἐξ ἀνθρώπων γενέσθαι τὸν Ἰσαάκιον Ἄγγελον, μήπως εἰς τοῦτον ἀφορῶσι τὰ τοῦ μαντεύματος, αὐτοὶ δὲ τὰ πόρρωθεν φαντάζονται τὰ ἐν ποσὶν ὑπερβαίνοντες, οὐδ' οὕτω τῷ χρησμῳδήματι ἔθετο. τοὐναντίον μὲν οὖν καὶ μωκίαν κατέχεε τοῦ ἀπὸ Τύρου, εἰ τοιαῦτα ὅλως φαντάζεται Ἰσαακίου ἕνεκα τοῦ Ἀγγέλου, ἐξουθενῶν ἅμα ἐς μαλακότητα ἤθους τὸν ἄνδρα καὶ πρὸς οὐδὲν κατόρθωμα τοῦτον ἐνδέξιον εἶναι διατεινόμενος. ἤγγιζε γὰρ τὸ μόρσιμον, καὶ ἦν τὸ Θεῖον αὐτοῦ συνετώτερον.

10 Πλὴν θερμουργὸς ὢν ὁ Ἁγιοχριστοφορίτης Στέφανος, καὶ τοῦ κυρίου βασιλέως παντοίως κηδόμενος, τὸν Ἰσαάκιον Ἄγγελον προσέθετο συλλαβεῖν, καὶ πρῶτα μὲν ἐνεῖρξαι φυλακῇ, εἶτα καὶ θανάτῳ ὑπαγαγεῖν, ᾧ Ἀνδρόνικος δοκιμάσειεν.

οὐκοῦν εἰς τὴν οἰκίαν Ἰσαακίου παραγενόμενος, ἐγγὺς οὖσαν τῆς μονῆς τοῦ Περιβλέπτου, περὶ δείλην τῆς ἑνδεκάτης τοῦ Σεπτεμβρίου μηνὸς τοῦ ἑξακισχιλιοστοῦ ἑπτακοσιοστοῦ ἐνενηκοστοῦ καὶ ἐνάτου ἔτους, καὶ τὴν αὔλειον εἰσελθὼν, ἐπέταττεν Ἰσαακίῳ κατελθεῖν, καὶ ἕπεσθαί οἱ ἔνθα ἂν προάγῃ. τοῦ δὲ, ὡς εἰκὸς, ἀναβαλλομένου, ὅτι καὶ μόνον ὀφθεὶς ἐκεῖνος κακὸν ἔσχατον συλλελόγιστο, ὁ δὲ καὶ βίαν προσεπῆγε, καὶ τοῖς συνοῦσιν ἐπετίμα, μὴ καὶ πρὸς τὴν πρώτην ἀναβολὴν ἀπτομένοις αὐτοῦ τῶν τριχῶν, καὶ λαζομένοις ἐκ τοῦ γενείου, καὶ ἀτίμως τοῦ δωματίου κατάγουσιν ἐπὶ κεφαλὴν ὠθούμενον καὶ τυπτόμενον, εἰς ἣν αὐτὸς καθηγήσεται κάθειρξιν· καὶ οἱ μὲν ὀπαδοὶ πρὸς τοῖς ἐπιτεταγμένοις ἦσαν. ὁ δ' Ἰσαάκιος τὴν θήραν ἰδὼν ἄφυκτον, καὶ ἀνυπεξάλυκτον τὴν σαγήνην, ἣν ἐφήπλωσεν ὁ ἐπελθὼν ἐκείνῳ ἀσπαλιεὺς, καὶ ἤδη συνέχουσαν, οὐ δειλανδρεῖ, οὔτε μὴν φιλοψυχεῖ, ἀλλ' ὡς τεθνηξόμενος προτίθεται μαχέσασθαι, εἴπως οὐχὶ τεθνήξεται, ἢ μᾶλλον μὴ ἔχων ἄλλα κεραίνειν ὡς ὁ ἀκοστήσας ὁμήρειος ἵππος, καὶ ποσὶ κατὰ πεδίων ἐλευθέρῳ φέρεσθαι (ἡ γὰρ ἀρπὴ ἤδη ἐτέτατο, καὶ ἡ σύλληψις οὐκ ἦν δυσχερὴς) μιμεῖται τὸν πολεμιστήριον, καὶ τὸ οὖς ἀναστήσας ὡς πρὸς σάλπιγγα ἠχοῦσαν τὸ ἐνυάλιον, καὶ φρίξας κόμην τὴν ἐπαυχένιον καὶ φριμάξας, ὁμόσε χωρεῖ, καταφρονητὴς ξιφῶν, ὑπερόπτης ἄρεος, ἀπειλῶν μηδ' ὁπωσοῦν ἐμπαζόμενος.

Igitur ædes Isaacij, quæ prope Periblepti monasterium sunt XI Septēbr. anno sexies millesimo DCC † LXXXXIX vesperi ingressus, Isaacium descendere ac se sequi iussit. Illo verò cunctante, vt fit, & solum conspectum eius extremum malum iudicante, vim adhibuit: & ministros suos increpauit, quòd nō statim in cunctaris capillos & barbam inuolantes, præcipitem abreptum, & per ignominiam pulsatum, in carcerem à se monstratum ducerēt. Quibus iussa executuris, Isaacius, qui se iam intra casses ab illo extensos esse cerneret, & metu & vitæ cupiditate abiecta, si quo modo mortem euitaret, vel potiùs, quia fuga vndique interclusa erat, nec vsquam elabi poterat, fortiter pugnare instituit: &, vt erat nudo capite, bicolore tunica ad lumbos descendente, ac deinde bifariam diuisa indutus, conscendit equum, & stricto ense in Hagiochristophoritæ caput ruit. Is Isaacij impetu apertè in cædem ruentis territus, calcaribus mula subditis fugam molitur: sed antequam porta egrederetur, letalem Isaacius plagam ei infert, cal-

† lxxxxiiii.

Tandē carnificis & nebulonis aulici Hagiochristophoritæ venit summa dies & ineluctabile fatum.

Necessitas imbellem in prælia trudit.

ἀμέλει καὶ ὡς εἶχε τὸ ξίφος σπασάμενος, εἶχε δὲ ἀπερικαλύπτως τῆς κεφαλῆς, τὸ δὲ σῶμα λωπίῳ διχρώμῳ συνεῖχε περὶ τὴν ἰξὺν καταβαίνοντι, ἔκτοτε δὲ διῃρημένῳ διχῆ, καὶ τὸν ἵππον ἀναβὰς, τὴν χεῖρα ἀνατείνει ξιφήρη κατὰ τῆς τοῦ Ἁγιοχριστοφορίτου κεφαλῆς. ὁ δὲ τὴν Ἰσαακίου ὁρμὴν πτοηθεὶς, ἐκξιφισαμένου καὶ θανατῶντος προδήλως, μεταστρέψας τὴν ἡμίονον ἧ ἔποχος ἦν, καὶ συχνὰ κεντρίζων τὴν ἡμίκερκον, τῆς ἐξόδου ἅπας γίνεται. ἀλλ' οὔπω ἀκριβῶς τὴν πύλην διεληλύθει, καὶ Ἰσαάκιος καιρίαν κα-

Hagiochriſtophoritæ horrēda ſed iuſtiſſima laniena.

ua per mediū diſſecta, eúmq; pecudis inſtar in ſuo ſanguine palpitātem à canibus deuorandum relinquit. & cum ex eius miniſtris alium ſolo ſtricto gladio fugaſſet, alij auriculam amputaſſet, alios diſieciſſet, vt domum quiſque ſuam reuerteretur, laxis habenis ad magnum templū contendit: & dum per mediam viam & forum curſitat, alta voce clamat, ſe eo enſe, quem ſtrictum adhuc ſuſtinebat, Hagiochriſtophoritam Stephanum occidiſſe. Templum eo habitu ingreſſus, eam ſedem conſcendit, in qua homicidæ ſuum facinus exponentes, ab ingredientibus & egredientibus veniam petunt. Vrbana verò multitudo, quæ partim Iſaacium equitantē viderat, partim ex aliis id facinus audierat, maximo numero ſtatim ad templum confluit: tum vt ipſum videat Iſaacium, tum vt quid de eo futurum ſit coràm intueatur. Omnes enim putabant, eum ante Solis occaſum ab Andronico comprehenſum, nouis & exquiſitis tormentis occiſum iri, à veteratore in ea re ingenioſiſſimo. Eôdem ſe confert, candémque ſeditionem fouet, Iſaacij patruus Ducas Ioannes, eiúſque filius Iſaacius, non quòd in Hagiochriſtophoritæ cædem conſpiraſſent, eóque facinore ſe obſtrinxiſſent, ſed quòd noxam ſpōſionis comitem eſſe norant. Nam alij pro aliis ſpondere coacti, fidē Andronico ſyngraphis firmarant.

Iſaacius Angelus in templo ſupplex populū concitat.

Populi nouarum rerū cupidi ad Iſaacium confluxus, & ſuſpenſum de recenti clade iudicium.

Conſanguineorum pro aliis ſpōdentium miſera conditio.

τέχνῃ, καὶ πλήττει κατὰ μέσον τὸ κρανίον τὸν δείλαιον. καὶ διχῇ διελὼν, ἐκεῖνον μὲν ἐᾷ κύρμα προκεῖσθαι κυσὶν, ὡς βόσκημα σφοκελίζοντα, καὶ τῷ ἰδίῳ παλυνόμενον αἵματι. αὐτὸς δὲ τῶν ἐκείνου ὀπαδῶν ὃν μὲν διαθροήσας τῷ γυμνῷ μόνῳ τῷ ξίφει, ἑτέρου δὲ τὸ ὠτίον ἀφελόμενος, καὶ ἄλλον ἄλλοσε διαστήσας, ὡς ἐπὶ τὰ σφῶν ἕκαστον ἀπαλλάσεσθαι, ὅλῳ ῥυτῆρι πρὸς τὸν μέγαν ἵεται νεὼν, διὰ τῆς λεωφόρου μέσης καὶ τῆς ἀγορᾶς διϊὼν, καὶ πᾶσι διαπρυσίως φθεγγόμενος, ὡς διεχρήσατο τῇ σπάθῃ (ἔτι γὰρ γυμνὴν ἔφερε τῇ χειρὶ) τὸν Ἁγιοχριστοφορίτην Στέφανον. καὶ ὁ μὲν ὡς εἶχε τὸν θεῖον εἰσιὼν ναὸν, ἄνεισι τὸν ἀνάσταθμον. ὃν οἱ φονεῖς ἀνερχόμενοι, τὸ οἰκεῖον ἀνακεκαλυμμένως διαξανοῦσι πλημμέλημα, τὴν ἐκ τῶν εἰσιόντων τε καὶ ἐξιόντων τὸ ἱερώτατον τέμενος αἰτοῦντες συγχώρησιν. τὸ δὲ πλῆθος τῆς πόλεως ὃ μὲν αὐτόψει τὸν Ἰσαάκιον ἐνοπτευκὸς, ἐς τὸν μέγαν νεὼν ἐπελαύνοντα· ὃ δὲ εἰς ἀκοὴν ὠτίου δεξάμενον τὸ πραχθὲν, συρρέει κατὰ χιλιοστύας αὐτίκα, αὐτόν τε ὀψόμενον Ἰσαάκιον, καὶ τὸ ἐπ' αὐτῷ γενησόμενον ὀφθαλμοῖς ἐθέλον παραλαβεῖν. πάντες γὰρ ᾤοντο, μὴ ἂν ἐπιδεδυκέναι τὸν ἥλιον, καὶ Ἰσαάκιον συλληφθέντα παρ' Ἀνδρονίκου, τίσειν δίκας τὰς ἀνηκέστους, καὶ τιμωρίας καινὰς εἰς αὐτοῦ κάκωσιν ἐπινοηθῆναι, παρὰ τοῦ κομψοῦ τὰ τοιαῦτα μαγγανευτοῦ. συμπαραγίνεται δέ οἱ, καὶ τὴν αὐτὴν στάσιν ἀσπάζεται ὁ πρὸς πατρὸς Ἰσαακίῳ θεῖος, Ἰωάννης ὁ Δούκας, καὶ ὁ τούτου υἱὸς Ἰσαάκιος, οὐχ ὅτιπερ Ἰσαακίῳ ἦσαν συμμέτοχοι τῆς τοῦ Ἁγιοχριστοφορίτου σφαγῆς, καὶ κοινωνοὶ τοῦ αἵματος τούτου, ἀλλ' ὅτι παρεπομένην ᾔδεσαν ἐγγύῃ τὴν ἄτην, ἣν ὑπὲρ ἀλλήλων ἔδοσαν Ἀνδρονίκῳ, τὴν ἐς αὐτὸν κρατυνάμενοι πίστιν ἀναγκαστῶς.

ἀμέλει

ἀμέλει καὶ οἱ μὲν ὡς ὅσον οὐδέπω συλληφθησόμενοι, καὶ πρὸ ὀφθαλμῶν τὸν θάνατον ἔχοντες, περιδεεῖς ἦσαν, καὶ τοὺς ὀδόντας ἐκεστάλιζον ἀτεχνῶς, καὶ τοὺς συνεισδραμόντας ἐς τὸ ἱερὸν ξύγκλυδας, καὶ ἀεὶ ἐπιστρέοντας γλωττηματικώτερον ὁμιλοῦντες καθικέτευον συμπαραμεῖναι σφίσι, καὶ ἐπαρήξειν ὡς ἔχουσι, τὰ ἔσχατα πείσεσθαι κινδυνεύουσι. καὶ ἦσαν οἱ κατένευον πρὸς τὴν αἴτησιν, καὶ ᾤκτειρεν τῆς ἐνεστώσης τύχης τοὺς ἄνδρας. ἐπεὶ δὲ τῶν ἐκ τοῦ βασιλέως οὐδεὶς παρῆν ἀγανακτῶν ἐπὶ τοῖς γεγενημένοις τούτοις, οὐ τῶν γένει λαμπρῶν, οὐ τῶν Ἀνδρονίκῳ τηρούντων εὔνοιαν, οὐ πελεκυφόρος Βάρβαρος, οὐχ οἱ τὰ ὑσγινοβαφῆ φοροῦντες ῥαβδοῦχοι, οὐ τῶν ἁπάντων τὶς ἕτερος· ἔτι μᾶλλον οἱ συλλεγέντες ἦσαν θρασεῖς, καὶ λελυμένῃ καὶ ἀχαλίνῳ γλώττῃ ἐχρῶντο, τῇ τῶν κωλυσόντων ἐρημίᾳ πτερούμενοι· καὶ πᾶσαν βοήθειαν συνεισενεγκεῖν ἐπηγγέλλοντο. ὅλην μὲν οὖν τὴν τότε νύκτα οὕτω παρέπεμψεν Ἰσαάκιος, οὐ λόγον βασιλείας τιθέμενος, ἀλλὰ περὶ τοῦ μὴ καταπυθῆναι δεόμενος. ᾔδει γὰρ Ἀνδρόνικον ὡς βοῦν αὐτὸν ἱερεύσοντα ἢ μᾶλλον καὶ ὠμῶν τῶν αὐτοῦ σαρκίων ἀπογευσόμενον κατὰ κύκλωπα, καὶ θερμῷ ἔτι σταζομένων αἵματι. ἐκ δὲ τῆς ἐπιμελοῦς ἱκετείας, ἔσχε τινὰς τῶν συνειλεγμένων τὰς πύλας ἐπικλίναντας τοῦ νεὼ, καὶ φῶτα εἰσενέγκαντας, καὶ τῷ καθ᾽ ἑαυτοὺς ὑποδείγματι τούτῳ πολλοὺς συμπείθοντας μὴ μεθίστασθαι οἴκαδε. πρωΐας δὲ γενομένης, οὐκ ἦν ὅστις οὐ παρῆν οἰκήτωρ τῆς πόλεως, οὐδ᾽ ἐθεοκλύτει αὐτοκράτορα ἤδη μὲν Ἰσαάκιον, Ἀνδρόνικον δὲ καθαιρεθῆναι τῆς βασιλείας, καὶ συλληφθέντα παθεῖν ὁπόσα δέδρακε, τῇ τῶν ὅλων σχεδὸν ἐπιβουλεύων ζωῇ.

Ad hæc alij, vt iamiam comprehendendi & occidendi, præ metu dentibus stridebant, & promiscuam turbam, quæ in templum confluxerat, ac subinde accurrebat, magna contentione rogabant, vt secum maneret, & pro virili opem ferret in summo periculo constitutis. Neque deerant, qui iis precibus & aduersæ fortunę casu ad misericordiam adducti, annuerent. Cum verò nemo ab Imperatore adesset, qui illas res ægrè ferret, non genere illustres, non Andronici amici, non bipenniferi Barbari, non purpurati lictores, denique nemo prorsus: crescebat audacia factionis, vt in illa impunitate liberrimè quiduis loquerentur, & promptissimam opem pollicerentur. Totam igitur noctem sic exegit Isaacius, vt non de regno cogitaret, sed exitium deprecaretur. Norat enim Andronicum, se vt bouem immolaturum, & more Cyclopico carnes suas calidum adhuc stillantes sanguinem deuoraturum. Est autem diligenti supplicatione id consecutus, vt quidam ex eo cœtu fores templi clauderent, & illatis luminibus, exemplo suo multos impellerent, ne domum abirēt. Vbi diluxit, omnes vrbis incolæ adfuerunt, omnes Deũ orarunt, vt Isaacius imperio potiretur: eóque pulsus Andronicus, & cōprehensus, dignas crudelitate sua pœnas daret, qui omniũ penè vitæ insidiaretur.

In istis turbis fauor vulgi multũ promouet.

Et sibi consulunt, qui populi manibus muniuntur.

Andronicus autem, cui summi iudicis gladius imminebat, de tumultu cōpescendo, aut in herba opprimendis aduersariorũ consiliis minimè cogitat

Diuina verò prouidentia, sapienter omnia disponens, Isaaciũ in desperationis abysso conclusum tenet, vt illustriores postea fiant liberationes & vindictæ.

Precibus cōseruatur innocens princeps, & imperij vsurpator Andronicus fugatur.

Andronicus frustra seditionem comprimere studet. Nec enim vt princeps agere potuit, qui à Deo & populo ad supplicium trahebatur,

II Ac diuinitùs profectò accidit, vt is vrbe tum abesset, & ad orientalem partem Propontidis in Meludiano palatio versaretur: vbi cæde Hagiochristophoritæ sub primam vigiliam audita, ea nocte ibi permansit: nec fecit aliud, nisi vt ciues breui scripto moneret, vt nouis rebus studere desinerent. cuius hoc fuit initium: *Qui habet, habet. Pœna sublata est.* Manè verò, cultores Andronici turbam fluctuantẽ compescere studuerunt, & ipse Andronicus Imperatoria triremi ad magnum palatium peruehitur. Verùm nec iis verbis, nec nuncio reditus Andronici populus quicquã mouebatur, vt cœptis desisteret: quæ ad comprimendum motum afferebantur, surdis auribus accipiebantur omnia: ac multi vitæ periculum adierunt, quod rem illã parum bellam esse dixissent.

Nec amplius audit currus habenas aurigæ quem summus rerum arbiter deturbare cogitabat.

Omnes enim quasi vno signo dato concurrebant, ac veluti numine afflati, aut furore perciti, in diuini VERBI maximum templum, alios alij acuentes, & subsannãtes eos qui ignaui spectatores astarent, nec quouis telo armarentur. Qui vero literis eruditi erant, eosdem membra putrida vocabant, qui dolore publico non afficerentur. Deinde seris & repagulis carcerum effractis, liberum exitum inclusis patefaciebant: qui quidem non omnes malefici erant, sed

Ideo alij alios in Andronici perniciem concitant.

Nemo imbecillis aut ociosus in populo, quoties malum principem mũdi iudex euertere constituit.

A linguis ad manus tandem illi veniunt, & Andronici tyrannide oppressos liberant.

II Ἔτυχε μὲν οὖν τῷ τότε καιρῷ θεῖον, ὡς ἔοικε, μὴ παρεῖναι τοῖς ἀρχείοις Ἀνδρόνικον, ἀλλ' ἐς τὸ ἑῷον μέρος τοῦ ἀναπλεομένου τῆς Προποντίδος πορθμοῦ, περὶ τὰ τοῦ Μηλουδίου κεκλημένα διατρίβειν βασίλεια. ἐνθένδε τοι καὶ περὶ τὴν πρώτην φυλακὴν τῆς νυκτὸς τὸν τοῦ Ἁγιοχριστοφορίτου θάνατον ἐνωτισάμενος, τότε μὲν ἔμεινε κατὰ τόπον, μηδέν τι ἐπιτάξας ἕτερον, ἢ γραμματίῳ βραχεῖ τοὺς Μεγαλοπολίτας δεξιωσάμενος, παύσασθαι παραινῶν τοῦ νεωτέροις ἐγχειρεῖν πράγμασιν, οὕτω πως ἀρχομένῳ· ὁ λαβὼν ἔλαβεν, ἡ δὲ δίκη ἐκόπη. ἡμέρας δὲ διαγελασάσης, ὅσοι τε Ἀνδρόνικον ἐθεράπευον, κατασέλλειν ἐπειρῶντο τὸν ὄχλον κυμαινόμενον, καὶ αὐτὸς Ἀνδρόνικος κατὰ τὸ μέγα παλάτιον παραγίνεται τριήρει βασιλικῇ. ἀλλ' οὐδὲ μία τις ἦν ἀναστολὴ τῆς τοῦ λεὼ συῤῥοῆς, οὔτ' αὐτὸς Ἀνδρόνικος εἰς τὸ ἀρχεῖον εἶναι ἀπαγγελλόμενος, ἐξεκρουσέ τινας τῆς ὁρμῆς· ἀλλ', οὐδὲ ὁ εἰσηγούμενός τι ἕτερον παῦον τὴν συνδρομὴν, εἰς ὦτα ἐῴκει λέγειν ἀκουόντων. πολλοὶ μὲν οὖν καὶ ἐγγὺς τοῦ τεθνάναι ἤλθοσαν, μόνον ὑπογρύξαντες, καὶ μὴ καλὸν ἔργον γίνεσθαι φάμενοι, ἀλλ' ὡς ἐξ ἑνὸς συνθήματος πάντες παρῆσαν ἤ τε καὶ πανδημεὶ ἔθεον ἔνθοις, καὶ ἀτεχνῶς κορυβαντιῶντες, εἰς τὸ τοῦ θεοῦ λόγου μέγιστον τέμενος ἀλλήλους παραθήγοντες, ἐρεσχελοῦντες τοὺς μὴ ταὐτὸ ζήλους, οὔτε μὴν τὰς χεῖρας ὁπλίζοντας ὅπλῳ ὁτῳδὴ, ἀλλ' ἀργοὺς οὕτως ἑστῶτας, καὶ θεωμένους τὰ παρ' ἄλλων γινόμενα. οἱ δὲ λογικῶν μαθημάτων ἐν μεθέξει, καὶ μέλος ἀπεκάλουν αὐτοὺς σεσηπὸς, μὴ συμπάσχον τῷ λοιπῷ τῆς πολιτείας σώματι καὶ πληρώματι. ἐπὶ τούτοις διαθλῶσι τὰς κλεῖς καὶ τοὺς ὀχέας τῶν δημοσίων φρουρῶν, καὶ τοῖς φυλακίταις πεδέασι τὴν ἔξοδον ἀνετον, οὐ πᾶσιν οὖσι κακούργοις.

ἀλλὰ

ἀλλὰ καὶ γένους μετειληχόσι λαμπροῦ, κακουχουμένοις δ' ὅμως ἐν δεσμωτηρίοις διά τι συμπεσὸν βραχὺ ἁμάρτημα, ἢ παρεφθεγμένον ῥῆμα, ἢ καὶ φίλου κακούργημα προσβὰν ἐς Ἀνδρόνικον. τοῦτο δ' ἔτι μάλιστα τὸ πλεῖον συνηγήοχε τοῦ λαοῦ, καὶ τοὺς κατ' Ἀνδρονίκου τὸν θορύζοντας πρότερον, καὶ ὀκνοῦντας τὴν πρᾶξιν ὡς κίνδυνον ὑποφαίνουσαν, εἰς ἐναντίαν μοῖραν μετέστησεν ἀκραιφνῶς. ἦν οὖν ἐκ τοῦδε ἰδεῖν ξιφηφοροῦντας οὐκ ὀλίγους καὶ θυρεοφόρους, καὶ πεφραγμένους θώραξιν οὐ βραχεῖς, τοὺς δὲ πλείστους ῥοπάλοις καὶ τοῖς ἐκ τῶν ἐργαστηρίων ξύλοις τὰς χεῖρας ὁπλίσαντας. καὶ συναγωγῆς πλείστης μεθ' ὁρμῆς τοιαύτης γεγενημένης, βασιλεὺς αὐτοκράτωρ Ῥωμαίων ἀναγορεύεται Ἰσαάκιος, τινὸς τῶν νεωκόρων τὸ τοῦ Μεγάλου Κωνσταντίνου στέφος ὅπερ ἄνωθεν ἀπῃώρητο, τραπέζης τῆς μυστικῆς κατενεγκόντος διὰ κλίμακος, καὶ τῇ τοῦ Ἰσαακίου κεφαλῇ ἐφαρμόσαντος. ἵνα δὲ μηδὲ τοῦτο εἴη ἀνιστόρητον, καὶ ἀκοαῖς ἀπροσήχητον τῶν ἐς ἔπειτα, ὁ μὲν Ἰσαάκιος ἐδυσκόλαινε πρὸς τὴν στεφηφορίαν, οὐχ ὡς ἔρωτα μὴ τρέφων ἀρχῆς, ἀλλ' ὡς ὑποτρεφόμενος τὸ τοῦ πράγματος ἐργῶδές τε καὶ δυσέφικτον, καὶ ὄναρ οὐχ ὕπαρ ἄντικρυς ἐπιτελεῖσθαί οἱ τὰ παρόντα οἰόμενος. ὑποβλεπόμενος δὲ καὶ τὴν Ἀνδρονίκου ὀργιλότητα, καὶ μὴ ἐντεῦθεν ἐκμειλίξῃ τοῦτον πλεόνως βουλόμενος· συνεστὼς δὲ ὁ δηλωθεὶς ἄνωθεν Δούκας, τὸν πῖλον τῆς κεφαλῆς ἀφελόμενος, ἑαυτῷ περιθέσθαι ἱκέτευε τὸ διάδημα, ἐψιλωμένον τριχῶν προδεικνὺς κρανίον, καὶ τὴν φαλάκραν ὡς πλησιφαῶσαν σελήνην ὑποφαίνουσαν. ὁ δ' ὄχλος ἀπηνήνατο φάσκοντες, μηκέτι γέροντα ἄρχειν βούλεσθαι, ἢ βασιλεύειν ἐπ' αὐτούς. πολλῶν γὰρ ἐμφορηθῆναι κακῶν ἐκ τοῦ πολιότριχος Ἀνδρονίκου, καὶ δι' αὐτὸν μισεῖν τε καὶ

nonnulli claris orti familiis, ob fortuitum erratum, aut dictum inconsideratius, ant amici delictum in Andronicum, eò compacti fuerant. Ea res omnium maximè populi concursum auxit: ac effecit, vt qui prius periculi metu submurmurabant, & dubitabant, haud dissimulanter factioni sese iungerēt. Ex eo ensibus accinctos, scutatos, & thoracatos non paucos cerneres: plures tamen fustibus & lignis, quæ ex officinis rapuerant, armatos. A tali cœtu concitatissimæ multitudinis, Romanorum Imperator salutatur Isaacius, cùm quidam ex ędituis Magni Constantini coronam quæ supra mysticam mensam pendebat, scalis depromptam, eius capiti imposuisset. Ne autē hoc quoque à posteris ignoretur, Isaacius eam coronationem ægrè ferebat, non quòd ab Imperij cupiditate abhorreret, sed quòd rei summam difficultatem pertimesceret: & quæ tum agerentur, vigilantis quoddam somnium existimaret. Huc accedebat metus, ne Andronici acerbitatem eo facto magis etiā irritaret. Cæterùm Ducas, cuius antè meminimus, illi astans, detracto capiti pileo, orabat, vt sibi diadema imponeretur, caluitio ostenso, quod instar plenæ lunæ relucebat. Turba autē respondit, se nolle deinceps parere seni, quòd ab Andronici canicie plurimas clades accepisset: ob eúmque omnem

Concursus popularis in maxima ciuitate descriptio.

Effectus mirus in multitudine momento concitata.

Isaacius Angelus Imperator salutatus noua quadam ratione, vt Andronicū prodigiosis gradib. ad thronum euectum daret præcipitem.

Ioannes Ducas frustra ambit Imperium.

ſenem Acheronticum & capularem odiſſet, præſertim ſi bifurcatam haberet barbam, ex altera parte breuiorem. Sic inaugurato Iſaacio, aliud accidit relatu dignum. Nam cum equi Imperatorij aureis ornati phaleris, per traiectũ Cioniorum adueherentur, vnus ab equiſone vi auulſus, & per publicas vias curſitãs, comprehenditur, & ad Iſaacium adducitur. Is eo conſcenſo, ex maximo templo diſcedit, etiam Baſilio Camatero patriarcha comitante: quem populus, quamuis inuitum, approbare acta illa compulerat. Andronicus verò vbi ad magnam Curiam peruenit, primum confuſo clamore, pòſt etiam re ipſa viſa turbatus, cẽturiare ſuos & confligere cum populo inſtituit. Sed cum paucos ad ſuum conſilium paratos videret, ipſe arcu correpto, pro virili ad pugnam ſe parat: & ex maximæ turris, quæ Centenarium appellatur, pinnaculis, ſagittas in accedentes coniicit. Quem conatum quia irritum videbat, alloqui populum inſtituit: ſéque imperium filio Manueli traditurum profeſſus, tumultũ ſopire, & præſentiſſimum periculum propulſare ſtudet. Verùm populus iis verbis magis exaſperatus, nulla non atrociſſima conuicia in eum, & quem Imperij ſucceſſorem relicturum aiebat, congeſſit. Poſtquam verò effracta porta, quæ Carea dicitur, in palatium penetrarunt,

Iſaacius Angelus Imperator deſignatur.

Nunquã dat manus crudelitas: imò ignem terræ miſcere conatur.

Et in naturã ipſam inſurgit, vt ſuę cupiditati litet.

Varias facies induit, pro conditionis ſuæ ſtatu, & leniter eos alloquitur quos paulò ante euertere ſtudebat. Nulla autem tyrannis pax cum populo exaſperato.

ἐξαισίων, ἀλλὰ τῶν ἀναιρουμένων ἀποκ-
τεινόντων τοὺς φονευτὰς, τῶν ἐξαίφνης εἰς
ἀποτόμους ὑπὸ Θεοῦ μεταβληθῆναι πο-
λεμιστάς. ἐπεὶ καὶ δειλόν τι πρᾶγμα ἡ
πονηρία, ἰδίῳ καταδικαζόμενον μάρτυ-
ρι, καὶ προσείληφεν ἀεὶ τὰ χαλεπὰ, τῇ οἰ-
κείᾳ συνειδήσει συνεχόμενον. τί γὰρ καὶ εἶ-
χον δεινὸν ἐπεγκαλεῖν Ῥωμαίοις οἱ Σι-
κελοὶ, οἷς

οὔρεά τε σκιόεντα θάλασσά τε ἠχήεσσα
πλεῖστον ἀφ᾽ ἡμῶν ἐξετόπισαν; ἀλλ᾽ εἴπερ
ἔστι τῶν βαθυτέρων ἀνεπιπλήκτως ἅψασθαι
κριμάτων Θεοῦ, Κύριος ἔπαισεν ἡμᾶς, ὅτι
ἔγνωκεν ἁμαρτήματα ἡμῶν. ἀλλ᾽ ἐπειδή-
περ ἦσαν ἰταμοί τε καὶ ἀνελεήμονες οἱ θεό-
θεν εἰληφότες ἡμᾶς εἰς μαστίγωσιν· οὐδ᾽
αὐτοὶ, τοῦ τὸν ἔλεον θέλοντος, καὶ ψωμίζον-
τος ἄρτον δακρύων, καὶ ποτίζοντος ἐν δά-
κρυσιν ἐν μέτρῳ, τὸν δίκαιον χόλον ἐξέ-
φυγον· ἀλλ᾽ ὡς ἐκ δρυμοῦ λέων ἐμπίπτον-
τες, καὶ ὡς λυκιδεῖς ὀλοθρεύοντες, καὶ ὡς
πάρδαλις ἐφαλλόμενοι, γεγόνασιν αἰχ-
μάλωτοι οἱ αἰχμαλωτίσαντες, καὶ κα-
τεκυριεύθησαν οἱ κατακυριεύσαντες, καὶ
κεκέρακεν αὐτοῖς Κύριος ὕδωρ πλανή-
σεως, δείξας ὡς καὶ σφίσιν ἦσαν κηλῖδες,
διὰ τὸ τοῦ τρόπου φονικὸν εἰς φοινικοῦν χρω-
ζόμεναι, καὶ νίτρου δεόμεναι. οὐκοῦν καὶ
τὰ οἰκεῖα ὅρια ὑπερβάντες, εἰσέδραμον τὰ
ἡμέτερα, μαστιγοῦντες ἡμᾶς βραχέα, καὶ

menter moderatur, & omnium miseretur, quia potest omnia: is res nostras lancibus impositas omni bona spe firmauit: & nobis leniter castigatis, flagris nostros hostes longè pluribus affecit: nõ quidem mutatis elementis, nec terra productis culicibus, non fluuiis ranas eructantibus, neque crabronibus ante exercitum præmissis, aut vllo veteri prodigio edito: sed illud diuinitus accidit, vt qui occidebantur, percussores occiderent, pristina timiditate in summam audaciam conuersa. *Nam timida res est improbitas, ac suopte testimonio conuincitur: & arguente conscientia, nihil boni expectat.* Nam quid Siculi de Rom. queri potuerunt? quos

Vmbrosiq. procul montes pelagúsque sonorum.

à nobis remouerunt? Sed si arcana Dei iudicia rimari fas est, Dominus percussit nos, quia peccata nostra norat. Sed quia superbi & crudeles erant ij, qui nos castigandos ab eo susceperant: nec ipsi eius, qui misericordiam vult, & cibum potúmque lachrymarum suppeditat, iustam indignationem effugerunt, & quia, vt è sylua leones irruebant, & vt lupi vastitatẽ efficiebant, & vt leopardi insultabant: capti sunt, qui captabant: oppressi sunt, qui opprimebant: & temperatũ à Domino erroris poculum exhauserunt, expertíq; sunt sibi quoque inesse maculas, eásque coccineas ob sanguinariam immanitatem, quæ eluendæ essent. Itaque extra suos limites euagati, nostros fines incursarũt: & paucis plagis nobis illa-

Non vna vetò & eadem, sed multiplici ratione, in qua eius bonitas & omnipotentia cõspicua fit.

Improbi, omnium timidissimi.

Cur Deus homines nomen suum profitentes percutit.

Deinde iræ suæ instrumenta violenter abiicit & pedib. atterit.

tis,ipſi plures tolerarunt. Ac equitatus has pœnas exoluit.

Siculæ claſſis calamitates.

3 Longæ autem naues, amplius CC nec ipſæ malorum expertes, retrò vela dederunt. Nam cùm ad Aſtacenum ſinum deſcenſum feciſſent, multi à Romanis copiis cæſi ſunt, quę paſſim in littoribus prohibebant, quo minus appellerent, nec vſquam eos continentem attingere patiebantur, quòd ſi quando Siculi aut terram ſpectabant, aut ſcalas proferebant, ſtatim telis tanquam fluctibus obruti, non aliter quàm teſtudines conchas, nauium tabulata ſubibant. Etſi autem tantum numerum nauium habebant, tamen noſtræ non amplius C cum eis confligere cupiebant. Neque verò claſſici duntaxat feruebant, ſed multi etiam ex vrbis incolis, nauiculis conſcenſis & armis obiter arreptis inſtructi, ad hoſtes inuadendos parati erant. Sed id ab Imperatore & ſenatu eis conceſſum non eſt, qui non tantum alacritatem ciuium ſpectabant, ſed etiam hoſtilium nauium multitudinem conſiderabant: eáque de cauſa noſtræ naues ad Cionicum littus in anchoris ſtantes, vlterius non progrediebantur. Claſſis verò hoſtilis, cùm ad dies ſeptendecim in inſulis conſediſſet, nec popularium quenquam terra accedere vidiſſet, moram illam nihil boni portendere arbitrati, de reditu cogitarunt. incenſáq; Calonymo inſula, & finitimis in ſinu Helleſpontio locis, domum verſus perrexerunt. Ferunt autem

Qui terram & maria appetunt, in terra & in mari pereunt.

De nauium ſuarum gloriantes à paucioribus profligantur. Victoria noſtro ſeculo in Mediterraneo & Oceano ſæpius, ante paucos annos autem in Britannico mari feliciſſimè de crudeliſſimis hoſtibus, mortaliúmq. ſuperbiſſimis reportata.

Siculæ claſſis miſeria. Qui in metu exſpectant, mil lies vno quoque die pereunt.

μαστιγωθησόμενοι πλείονα· καὶ τὴν μὲν ἵππον ἔτως ἡ δίκη μετῆλθεν.

3 Αἱ δὲ μακραὶ νῆες ὑπὲρ τὰς δὶς ἑκατὸν οὖσαι, οὐδ᾽ αὗται τῶν κακῶν ἀπαθεῖς πρύμναν ἐκρούσαντο. ἀποβᾶσαι γὰρ κατὰ τὸν Ἀστακηνὸν κόλπον, πολλοὺς ἀπεβάλοντο τῶν πλωτήρων, Ῥωμαϊκαῖς ἐγκύρσασαι στρατιαῖς, αἳ τὰς ἐνορμίσεις αὐτῶν ἀπεκώλυον, ἀμφὶ τὰς ἀκτὰς ἑλισσόμεναι, καὶ πᾶσαν ἄβατον ἐποίουν ἤπειρον. τὸ γὰρ Σικελικὸν ναυτικὸν εἴποτε κατὰ χέρσον προὔκυψεν, ἢ ἀποβάθραν ἔβαλεν, εὐθὺς τοῖς βέλεσιν ὡς ὕδατος σταγόσι πάντοθεν καταντλούμενον, ὡς κέλυφος χελώνης τὰ τῶν νηῶν ὑπέτρεχε καταστρώματα. ταῖς δὲ ναυσὶ τοσαύταις οὔσαις τὸν ἀριθμὸν, αἱ ἡμέτεραι εἰσάπαξ ἑκατὸν συγκροτούμεναι, μάχεσθαι ἀπεθάρρουν· καὶ οὐ τὸ ναυτικὸν ἐκαρδίωτο μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλοὶ τῶν Ἀστυπολιτῶν ταῖς ἁλιάσιν ἐμβάντες, καὶ ὅτῳ τύχοι καθοπλισάμενοι, τὸν πλοῦν ἐς τοὺς πολεμίους ἔσφυζον θέσθαι· οὐ συνεχωρεῖτο δὲ πρὸς τοῦ βασιλέως, καὶ τῶν συνδιασκεπτομένων αὐτῷ τὰ κοινὰ, οὐκ εἰς τὸ πρόθυμον τῶν ἡμετέρων ἀφορᾶν μόνον ἐχόντων, ἀλλὰ καὶ τὸ ὑπέρπαιον προορωμένων τῶν ἀντιμαχομένων νηῶν, καὶ κατὰ τοῦτο περὶ τὴν τῶν Κιόνων ἠϊόνα αἱ τριήρεις σαλεύουσαι, οὐ περαιτέρω προῄεσαν. ὁ δὲ τῶν ἐναντίων στόλος περὶ τὰς ἑπτακαίδεκα ἡμέρας τὴν κώπην χαλάσας ἐν ταῖς νήσοις, ὡς οὐδένα πως ἑώρα τῶν ὁμοφύλων κατὰ χέρσον προσιόντα, οὐκ ἀγαθὴν εἰκάσας τὴν ἀναβολὴν, μεθαρμόζεται πρὸς ἀπόπλοιαν. καὶ δὴ τὴν νῆσον τὴν Καλώνυμον πυρπολήσας, καὶ ὅσα πάραλα κεῖται κατὰ τὸν κόλπον τὸν Ἑλλησπόντιον, εἴχετο τοῦ οἴκαδε πλοῦ. φασὶ

δὲ, ὡς καὶ τούτων πολλαὶ αὔτανδροι τῷ βυθῷ κατέδυσαν, ἀντιπνοίαις περιπεσοῦσαι, καὶ καταιγιδώδεσιν ὁμιλήσασαι πνεύμασι. καὶ λιμὸς δὲ καὶ νόσος ἔστιν ἃς ἐξεκένωσε. καὶ οὕτω μὲν οὐ μὲν οὐ μεῖον ἢ δέκα χιλιάδες μαχίμων ἀνδρῶν ἐν τοῖσδε τοῖς πολέμοις ἀπώλοντο. αὐτοὶ δὲ οἱ ζωγρηθέντες κατ᾽ ἀμφοτέρους τοὺς πολέμους ὑπὲρ τὰς τέσσαρας χιλιάδας ἀριθμούμενοι, ταῖς δημοσίαις φυλακαῖς ἐνειρχθησαν. μὴ ἐκ βασιλικῶν δὲ ψωμιζόμενοι ταμιείων, ἢ τινὸς τῶν ὅσα τὸ ζῆν συνίστησι μεταλαγχάνοντες ἄλλοθέν ποθεν, ἄρτῳ δὲ μόνῳ διαζῶντες χορηγουμένῳ πρὸς τῶν θεοφιλῶς ἐπισκεπτομένων τοὺς ἐν εἱρκταῖς, κακῶς ἐφθείροντο. ὥσθ᾽ ὁ τὴν ἀρχὴν τῆς Σικελίας χειρίζων, καὶ τὴν τότε κατὰ Ῥωμαίων κίνησιν θέμενος, τοῦτο πυθόμενος, διὰ γραμμάτων τὸν βασιλέα ἐχλεύαζεν, ὡς ἀφιλανθρώπως ἐῶντα λιμῷ καὶ γυμνότητι παραπόλλυσθαι τηλίκων καὶ τοσούτων στίχας ἀνδρῶν, ἐναργῶς μὲν τραπομένων ὅπλα κατὰ Ῥωμαίων νόμῳ πολέμου, Χριστιανῶν δ᾽ ὅμως ὄντων, καὶ οἱ παραδεδομένων εἰς χεῖρας ὑπὸ Θεοῦ, χρῆναι δ᾽ ἔλεγε τὸν νικῶντα ἢ πανωλεθρίαν εὐθὺς τῶν ζωγρηθέντων καταψηφίζεσθαι εἰς θηρίου φύσιν ἐκ πολλοῦ τοῦ παραλόγου μεταμειφθέντα, καὶ τὸν ἀνθρώπινον νόμον παραβλεψάμενον· ἢ μὴ δοκιμάσαντα τοῦτο, συνειληφότα δὲ καὶ καθείρξαντα, τρύχος γοῦν ἄρτου διαθρύπτειν ὀκτάβλωμον, εἰ περὶ τὴν διαρκῆ δίαιτησιν κιμβικεύεται, ἀλλὰ μὴ τιμωρεῖν τοῦ διὰ ξίφους μόρου καὶ αὐτίκα μακρότερα λιμῷ τὸν παρεικότα καὶ παγετῷ καὶ κρυμῷ διαρρήγνυσθαι κακῶς τὴν ψυχήν, καὶ φόνου αἰτίαν ἐπάγεσθαι, εἰ καὶ μὴ τὰ στέρνα διατρεῖ δόρατι, ἢ τὸ βέλος ἁρπαζόμενον τοῖς σπλάγχνοις καὶ ἐμβαπτόμενον δείκνυσιν. ἐπεὶ μηδὲ διαφέρειν τὸ φονεῦσαι, καὶ φόνου παρασχεῖν πρόφασιν. βασιλεὺς δὲ ὠσὶν ἀκροῖς παραδεξάμενος τὰ γραφόμενα, εἴασε τοὺς τάλανας Σικελοὺς ὡς πρότερον φθίνεσθαι, ὡς ἐν

tem multas naues cum vectoribus aduersis ventis & turbinibus demersas esse, alias morbo & fame exhaustas. Ita decē millibus haud pauciores his bellis periērūt, vltra quatuor millia vtroque bello in carceres inclusa, cùm nihil ab Imperatore aut aliunde suppeditaretur, præter panem, qui pietatis ergò à nōnullis subministrabatur, malè perierunt. Quo rex Siciliæ, illius belli autor audito, Imperatori per literas immanitatē exprobrauit, qui fame & frigore tot viros perire pateretur: *qui etsi more belli apertè arma intulissent, tamen Christiani essent, & à Deo in manus eius traditi. Esse autem à victore aut statim capitis damnandos captiuos, omnis humanitatis, ob insperatos successus oblito, & in feram conuerso: aut, si id nolit, saltem frustum panis captiuis impertiendum, si ita sordidus sit, vt eos alere nolit. Etsi enim eos gladio non traiiciat, nec telum cruentum è visceribus eorum extrahat: tamen cum eos frigore & fame crudeliter conficiat, nihilo minus cædis esse reū. Neque enim interesse, vtrum ipse occidas, an cædis causam præbeas.* Verùm Imperator istis literis parum motus, miseros Siculos æquè vt antea, perire sinebat: quasi ve-

Nauium post dissipatā classem in agitato mari errantium luctuosa conditio.

Captiuorum horrendus exitus.

Isaacius Siculi regis iustam querimoniā contemnit: & qui præclara trophæa de hoste reportauerat seipsū vincere non potest: sed virtute illa regia, nempe clementia, exutus, insignem victoriā polluit.

Victori non licet quicquid libet.

rò liceret, quicquid libuiſſet. Sæpe igitur eodem die bini & terni, ſine inferiis, ſine extrema lotione, in cœmiteria & cauernas coniiciebantur. Imperator verò ſella aurea occupata, & gemmata purpura indutus, coactáque maxima hominum frequentia, vt non peregrinis tantùm, ſed Romanis etiam maximè formidabilis eſſet: Siculi exercitus duces Balduinum & Richardum adduci iubet. qui pileis depoſitis, ſeruilem in modum eo adorato, rogati ab eo ſunt, cur ſe vnctum Domini, ſuis literis inſectati eſſent, cùm nullam iuſtam querimoniam haberent, tantùm fortunæ ſucceſſibus & victoria contra officium inflati? Nam Iſaacius Imperio recens ſuſcepto, cum Latinorum exercitus adhuc eſſet integer, per legatos nihil quod ad pacificationem attineret, cũ ducibus hoſtium egerat, neque muneribus miſſis, neque beneuolentia ſimulata: ſed quamuis incerto adhuc ſuarum rerum ſtatu, pro imperio interitum & internecionem eis minatus fuerat: niſi mutatis conſiliis eò redirent, vnde veniſſent. Verùm Balduinus cùm alioqui ferox, vt res declarauit, tum ſucceſſibus vtris inſtar inflatus, iis literis irritatus, inſolenti reſponſo gladium

Iſaacius Balduinũ & Richardum in iudicium adductos, in carcerē cõiicit, & coram ſe deinde adduci iubet, quibus ſuperbiã ſuperbè obiiciat. Neſcia mens humana fati ſortíſq. futuræ, modum in rebus ſecundis ſeruare contemnit.

Idem de Balduino dicendũ qui lætis ſucceſſibus inflatus, alios impudenter deridet.

αὐτῷ ὄντος τοῦ ὅ, τι ποτ' ἂν αὐτοῖς βούλοιτο δρᾶσαι. σὺν δύω οὖν καὶ σὺν τρεῖς πολλάκις τῆς ἡμέρας ἐκκομιζόμενοι, νεκροταφίων ἄμοιροι καὶ ἄτερ τῶν τελευταίων λουτρῶν, κατὰ τῶν πολυανδρίων ἐξετινάσσοντο, καὶ καταδύσεων τῶν ὑπογείων. καθίσας δ' ὁ βασιλεὺς ἐπὶ δίφρου χρυσοκολλήτου, καὶ περιθεὶς τὴν λιθόστρωτον τήβενναν, βῆμά τε πολυανθρωπότατον ἠθροικὼς, ὡς εἴη μὴ τοῖς ἀλλοφώνοις μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς Ῥωμαίοις αὐτοῖς ἐπιφοβώτατος, εἰσάγεσθαι κελεύει τοὺς τοῦ Σικελικοῦ στρατεύματος ἀρχηγοὺς, δηλαδὴ τὸν Βαλδουῖνον καὶ τὸν Ῥιντζάρδον· οἳ καὶ τὸ τῆς κεφαλῆς ἀποθέμενοι κάλυμμα, καὶ δουλικώτερον προσκύνησιν ἀπονείμαντες, ἠρωτήθησαν παρὰ τοῦ βασιλέως, ὅπως αὐτὸν χριστὸν ὄντα Κυρίου, ἐκακολόγουν ἐν τοῖς πρὸς αὐτὸν γράμμασιν, οὐδὲν μὲν δικαίως ἔχοντες ἐπεγκαλεῖν, τῇ δ' ἐνεστώσῃ τύχῃ παρὰ τὸ δέον χρώμενοι καὶ κυδρούμενοι, καὶ τῷ ἡττῆσθαι κατὰ κράτος τὸ πολέμιον φυσώμενοι; αὐτὸς γὰρ ὁ βασιλεὺς Ἰσαάκιος, τὴν βασιλείαν ἄρτι παραλαβὼν, πρέσβεις ἀποστείλας, ἔτι τῆς Λατίνης στρατιᾶς συνεστώσης, οὐδέν τι τῶν πρὸς διαλλαγὴν φερόντων τοῖς στρατηγοῦσιν ἐλάλησε τοῦ ἐναντίου στρατεύματος, μήτε δώροις ἀγάλλων μήτ' εὐνοίας ὑπαγόμενος πλάσμασιν, ἀλλ' ἐπιστείλας ἀρχικώτερον, καὶ πάσαις μὲν αἰτίαις, πᾶσι δὲ βάλλων ἐγκλήμασιν, ἐσοβαρεύετο πρὸς ἄνδρας ἔτι νικῶντας, κἀπὶ τοὺς ἑαυτῶν πόδας τιθέντας ἅπαν τὸ ἐν Ῥωμαίοις, καὶ τὸ οἰκεῖον ἀνυμνῶν ξίφος, καὶ μεγαλαυχῶν ὡς τμητικώτατον, διηπειλεῖτο ἐφ' οἷς ἔτι διηπορεῖτο, ἐξολόθρευσιν αὐτῶν καὶ ἀπώλειαν, εἰ μὴ μεταβουλευσάμενοι, παλίμποδες γένωνται ὅθεν ἐξῄεσαν. ὁ δὲ Βαλδουῖνος ἀγέρωχος ὢν καὶ ἄλλως, ὡς ἔδειξε, τότε δὲ καὶ ταῖς ἐνεστώσαις τύχαις ὡς ἀσκὸς ἐξοιδούμενος, οὐκ ἐνεγκὼν τὰ ἐπεσταλμένα, ἀμείβεται τὸν βασιλέα

λέα λόγοις κομψευτικοῖς. τότε γὰρ ξίφος αὐτοῦ ἐκωμῴδησεν, ὡς σκιατραφέσιν ὀξυνόμενον σώμασιν (ὑπηνίττετο δὲ τὰ γραφόμενα τὸν τοῦ Ἁγιοχριστοφορίτου θάνατον) καὶ αὐτὸν δὲ τὸν Ἰσαάκιον ὡς ἀπάλαμνον ἐμωκᾶτο. μηδὲ γὰρ θυραυλῆσαί ποτε, καὶ ἐπὶ θυρεῶν ἐπαναθεῖναι, ἢ μὲν φύλλης ἀναχέεσθαι κράνοις, καὶ ὑπενέγκαι μολυσμὸν θώρακος, ἀλλὰ καπνῷ γραμμάτων προσανέχειν, ἐς γραμματιστοῦ φοιτῶντα ἐξ ἁπαλῶν ἔτι ὀνύχων, καὶ δέρριν ἐξημμένον, πινακίδιόν τε καὶ γραφεῖον ἀνὰ χεῖρας ἔχοντα, τὴν σκυτάλην συχνὰ ὑποβλέπεσθαι, καταφερομένην τῶν χειρῶν αὐτοῦ καὶ τῶν πυγῶν, καὶ ταύτης μόνης εἰδέναι καὶ δεδιέναι τὰ κροταλίσματα. ἀπειλὴν δ᾽ ἄρεος ὑφίστασθαι μηδαμῶς, μηδὲ δοῦπον ἀκόντων ἐνηχηθῆναί ποτε. οὐ ταῦτα δὲ μόνον ἐπικερτομῶν ἔγραφεν, ἀλλὰ καὶ παραίφασιν εἰσῆγε, καὶ ἐχθρὸς ὢν συμφράδμων ἐγίνετο, καὶ ἐνῆγεν ἀποθέμενον τὸ βασίλειον στεφάνωμα, καὶ τὰ λοιπὰ τῆς ἀρχῆς ἀποβαλλόμενον, καὶ συμπτύξαντα τὰ σύμβολα, τούτων μὲν ὑπεκστῆναι, καὶ τηρεῖν τῷ νικῶντι καὶ κρείττονι (τὸν ἑαυτοῦ κύριον οὕτω τὸν ῥῆγα λέγων) αὐτὸν δὲ ὑποπεσεῖν, καὶ περὶ τοῦ μόνον ζῆν ἐπανατείνεσθαι δέησιν καὶ βασιλεὺς μὲν διὰ ταῦτα ὑπ᾽ εὐθύνην ἦγε τότε τοὺς στρατηγούς, μὴ φέρων τὸ τοῦ Δαβὶδ κατὰ νοῦν, ἡ γλῶσσα ἡμῶν παρ᾽ ἡμῖν ἐστι· τίς ἡμῶν κύριός ἐστι; καὶ θανάτου ἐτίμα τὰ γεγραμμένα. ὁ δὲ Βαλδουῖνος οὐχ ἦν ἄρα μόνον δεινὸς ἐπιπλῆξαι, τὴν τύχην ἔτι ἔχων ὑπερηφανευομένην, ἀλλὰ καὶ κολακεύειν ἤσκητο ἄκρως, πρὸς ὃ μόνον πᾶν ὅπλον, καὶ πᾶσα μικροῦ μηχανὴ πέφυκεν ἀσθενέστερον, ἐν οἷς ἀπολελοιπὸς ἦν αὐτὸν τὸ εὐδαιμονεῖν. ἐξέκρουσε γὰρ τῆς ὀργῆς,

Imperatoris irridebat, vt in effœminata corpora acutum (quibus verbis Hagiochristophoritæ cędem innuebat) & ipsum Isaacium vt imbellem subsannabat, qui nunquam sub dio in clypeo dormisset, nunquam galeam sustinuisset, neque thoracis sordes tolerasset: sed fumo lucubrationum sorderet, à teneris annis ludos frequentare solitus, & membranam, tabellam & graphium tenés, subinde virgam & manibus & natibus imminentem timuerit, eiúsque solius strepitum & nouerit & metuerit, sed Martis minas nunquam tolerarit, neque vnquam sonitum iaculorũ audiuerit. Neque verò hæc ludibria duntaxat scribebat: sed admonitionem quoque subiungebat: & cùm hostis esset, consiliarij munus subibat, suadebátque, vt Imperatoriam coronam, cæteráque omnia imperij insignia deponeret, eáque potentiori & victori diligenter asseruaret (quibus verbis dominum suum innuebat) & multo antè supplex, de vita impetranda laboraret. Ac his de causis Imperator in iudicium adducebat duces, Dauidicum illud non ferens: Lingua nostra penes nos est, quis dominus noster est? & scripta illa vltimo supplicio multabat. Verùm Balduinus, vt secundis rebus ad obiurgandum paratus, sic mutata fortuna adulandi etiam summus artifex, quæ res omnia arma, omnes machinas ferè vincit:

Bellatoribus viris imbelles admodũ exosi.

Infrequens Marti cum Musis consortium.

Facile militari duci imbellibus illudere, & consilia dare.

Obtrectationes principibus imprimis sunt odiosæ.

Cereum Balduini ingenium. Turpe est autem ex minaci adulatore, & ex leone simia fieri.

Imperatoris iracundiam depulit, & indignationem mitigauit, gladium eius vt summo imperio dignissimum, & exquisita acie præditum extollendo: & quæ scripsisset, non leuia & inania verba, sed veritate suffulta, & manu Dei omnino consignata fuisse, affirmando. Neque verò se, quòd acerbiùs rescripsisset, propterea contemnendum iudicari orabat. Nam hostile odium iure naturæ omni vacare crimine.

Adulationis voces.

4 Ad ea verba conticuit Imperator, haud scio an adulatione effœminatus, an verò defensione motus: & illis in eandem custodiam reductis, aliis rebus occupatus, iis qui aderant omnibus, & iis qui aberant tam ciuibus quàm peregrinis declarare instituit, se ab eo die, quanuis mortalium omnium inimicissimus sit, suóque imperio & vitę insidietur, occisurum aut mutilaturum esse neminem. Ac ij qui tum in consilio aderant, ea verba vt diuinitus prolata, summis laudibus & lætis acclamationibus sunt prosecuti, omnes ad quorum aures ea peruenit oratio, difficultate eius rei considerata, & ingenti mansuetudine obstupefacti, absolutum Dei donum Imperatorem illum esse affirmarunt. Neq; enim posse quenquam, Imperatorem præsertim, improbitatem naturæ inemendabilem tolerare, aut ferre desertorem, & imperij vastatorem, etsi Dauidica virtute sit præditus, qui malum malo non penset: aut periculosis temporibus

Isaacius se neminis corpus læsurum profitetur. Multa quidé promittit, sed pauca præstat.

Consiliatiorum adulatorum & stolidi vulgi deprauatum iudicium. Nec enim principis clemétia iustitię amorem & obseruationem de medio tollere debet.

καὶ καθήδυνε τὸν βασιλέα ὑποσκυζόμενον, τὸ ξίφος αὐτοῦ μεγεθύνειν ἀρξάμενος, ὡς βασιλικὸν ὄντως καὶ τμητικόν, καὶ μὴ κουφολογίαν ἀνόητον, ῥήματα δὲ ἀληθείας τὰ παρὰ βασιλέως γραφέντα διετείνετο εἶναι, καὶ ἀτεχνῶς ἐνσημανθέντα χειρὶ Θεοῦ, ἀλλὰ καὶ ἑαυτὸν οὐκ ἀποβλητέον ἐδεῖτο ἡγεῖσθαι, εἰ δριμύτερα ἐπέστελλε. τὸ γὰρ ἐκ τῶν ἐχθρῶν μῖσος καὶ ἡ φύσις οἶδεν ἀνέγκλητον.

4 Πρὸς ἅπερ ἀπεσιώπησε βασιλεύς, μηδέν τι προσθεὶς ἕτερον, οὐκ οἶδ' εἴτε τῇ κολακείᾳ ἐκθηλυνθείς, εἴτε τῇ ὑπερηγορείᾳ καταπεισθείς, καὶ αὐτοὶ μὲν ἐκεῖθεν ἐξήλθοσαν, καὶ γεγόνασιν αὖθις ἔμφρουροι· βασιλεὺς δ' ἑτέραις πραγμάτων ὑποθέσεσι, προσέθετο τοῖς παροῦσι διατρανώσασθαι, καὶ τοῖς λοιποῖς δὲ πᾶσιν ἀστυκοῖς καὶ ἀλλοίοις, οὐκ ἐστὶν ὅλως ἀνήκοον ἤθελεν, ὡς ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἐκείνης, οὐδένα ἐς τὸ σῶμα διαλωβήσεται· κἂν ἢ τὶς ἀνδρῶν ἔχθιστος, κἂν τῇ αὐτοῦ βιοτῇ καὶ βασιλείᾳ ἐπιβουλεύων ἁλῷ. καὶ οἱ μὲν τὸ βασιλικὸν βῆμα τότε πληροῦντες, ἐπευφήμησαν τοῖς λελαλημένοις τούτοις, καὶ ἐπερρώσθησαν, ὡς μικροῦ φωνῆς ἀκηκοότες Θεοῦ, καὶ πᾶς ἐνηχηθεὶς τὸ ῥῆμα τουτὶ, δώρημα Θεοῦ τὸν βασιλέα τέλειον ἔλεγε, πρὸς τὴν τοῦ ἐπηγγελμένου ἐργωδίαν ὁρῶν, καὶ τὸ τῆς πρᾳότητος πολὺ ἐκπληττόμενος. μηδὲ γὰρ ἐξεῖναί τινι καὶ μάλιστα βασιλεύοντι, μοχθηρείαν φύσεως φέρειν ἀκίνητον πρὸς τὸ κρεῖττον ἢ δυσμετάθετον, ἢ στέργειν ἄνθρωπον ἀποστατικὸν καὶ ληστεύοντα τὴν ἀρχὴν, κἂν ἀρετῆς μεταποιεῖτο μάλιστα, καὶ μετὰ Δαβὶδ οὐκ ἀνταποδιδοίη τοῖς ἀνταποδιδοῦσι κακά, ἢ ψάλλων εἴη κατ' ἐκεῖνον ἐν καιροῖς κινδυνώδεσιν, ἐκύκλωσάν με ὡσεὶ μέλισ-

σαι κηρίον, καὶ τῷ ὀνόματι Κυρίου ἠμυνάμην αὐτούς. αὐτὸς μέντοι βασιλεὺς ἀντιφθεγγομένην περιδήλως τῇ γλώττῃ καθυπέφηνε μετὰ βραχὺ τὴν προαίρεσιν, καὶ ὥσπερ ἐν τῷ λέγειν οὐ διεστείλατο, οὕτω κἂν τῷ πράττειν οὐ συνεστείλατο, ἀλλὰ μικροῦ δεῖν ἡμιλλήθη Ἀνδρονίκῳ, τὸ προσκεχρεωκὸς σινόμενος, μὴ τὸ τοῦ Σολομῶντος ἐπῃνεκώς, ὅ φησιν ἀγαθὸν τὸ μὴ εὔξασθαι, ἢ εὔξασθαι καὶ μὴ ἀποδοῦναι. ὁ δέ γε τοῦ Ἰκονίου Σουλτάνος (ἣν δ' εἰσέτι ὁ Κλιτζασθλάν) εὐγήρειαν ἄγων, καὶ γεγονὼς ὑπὲρ ἔτη τὰ ἑβδομήκοντα, τὸν Ἀνδρονίκου ἐνωτισθεὶς θάνατον, καὶ τὴν ἀνάρρησιν Ἰσαακίου πυθόμενος, καταστοχάζεται ἀρίστως, ὅσα εἰκὸς ἐπὶ ταῖς τῶν βασιλέων μεταθέσεσί τε καὶ παραλύσεσι γίνεσθαι, καὶ μᾶλλον εἰ πόλεμος ἀνθέλκει ἑσπέριος, καὶ πολέμων ὁ κράτιστος, καὶ δὴ εἰσβολὴν ποιεῖται κατὰ τοῦ τῶν Θρακησίων θέματος δι' εὐίππου καὶ εὐόπλου στρατεύματος, τοῦ Σαμὴ Ἀμηρᾶ στρατηγοῦντος, καὶ κενοῦ ἀνδρῶν κεκενωμένον εὑρὸν τὸ τοῦ Κελβιανοῦ κλίμα, ὅπλα φέρειν εἰδότων (πάντες γὰρ ὡς χείμαρροι μετερρύησαν πρὸς τὸν νεωστὶ τὴν ἁλουργίδα ἐμπορπησάμενον Ἰσαάκιον) ἀνθρώποις τε πολλοῖς ἐχειρώσατο, καὶ ζώων ἤλασεν ἀγέλας παντοδαπῶν, καὶ ὠφελειῶν ἄλλων τὸ οἰκεῖον ἐνέπλησε στράτευμα. ἠρεμησάντων δὲ καὶ τῶν ἑῴων ἐθνῶν, ἄλλοις τε προσκαίροις φιλοτιμήμασιν, ἀλλὰ δὴ καὶ ἐτησίων ἀπολήψεσι φόρων (οὕτω γὰρ οἱ ἐς ἡμᾶς ὑπερκαθήμενοι Ῥωμαίων μετιέναι ἴσασι τὸ ἀλλόφυλον, τὴν οἰκουρίαν μεταδιώκοντες, ἴσα καὶ θαλαμηπόλοις νεάνισιν, αἳ περὶ τὴν ταλασίαν διαπονοῦνται) ἠθέλησεν ἐξ ἀλλοεθνοῦς γένους ἑαυτῷ μνηστεύσασθαι γαμετήν (ἣν γὰρ ἐμνηστεύσατο πρότερον, θανάτῳ ἀπεβάλετο)

ribus canat, Circundederunt me vt apes fauum, ego verò nomine Domini eos propulſaui. Cęterùm ipſe Imperator breui poſtea egit quæ cum eius oratione minimè conſentiebant: & vt in dicendo nulla diſtinctione, ita etiam in agendo adeò nulla moderatione vſus eſt, vt parum abeſſet, quin vlciſcendis inimicis Andronicum imitaretur, neglecto illo Solomonio, quo dicitur: *Præſtare non facere votum, quam votum non reddere.* Interim Iconij Sultanus Clizaſthlanis felici ſenecta vltra annum LXX progreſſus, cùm Andronici interitum, cui ſucceſſiſſet Iſaacius, audiuiſſet: & ea quæ in Imperatorum mutationibus accidere ſolent, præſertim ſi bellum ab Occidente grauiſſimum vrgeat, ſagaciſſimè diuinaſſet: lectiſſimo equitatu, & armis inſtructiſſimo, in Thraciam impreſſionem facit, Same Amera duce. Qui cum Celbianum tractū bellicoſis viris vacuum inueniſſet (omnes enim torrentis inſtar ad Iſaacium recens imperio potitum confluxerant) multos homines cepit, armenta & greges omnis generis abegit, & multis manubiis ſuum exercitū locupletauit. Vbi Orientales gentes cùm aliis pro tempore muneribus, tum annuis tributis placatæ quieuerunt (ſic enim noſtra ætate Romanorum Imperatores cum Barbaris agere ſolent, domi inſtar nentium puellarum deſidentes) vxore defuncta

Iſaacij facta cū dictis non conſentiunt.

Clizaſthlanis graſſationes. In interregno potentiſſimus hoſtis audacter ad arma proſilit.

Et prouincias milite vacuas aggreſſus deprędatur.

Iſaacij ſecundæ nuptiæ & ſordes. Græcorum Imperatorū mollities Turcas peperit.

alienigenam ducere ſtatuit: & per legatos Belæ Hungariæ regis filiam, nondum decem annos natam, ambit. Sed dum ex tenacitate nuptias ex fiſci pecunia celebrare reformidat, & ſumptus illos ab vrbibus & prouinciis affatim exigit: cùm alias vrbes, præſertim Anchialo finitimas, afflixit: tum Barbaros, Hæmi montis accolas, ſibi & Romano imperio infeſtiſſimos reddidit, qui olym Myſi, nũc Blachi nominantur. Hi enim anguſtiis & caſtellis freti, quę plurima habent præruptis ſaxis inædificata: cùm prius etiam Romanos parum curarent, tum per cauſam abacti pecoris & vexationum quas toleraſſent, apertè defecerunt. Eius defectionis principes & autores fuere duo ex illa gente fratres, Petrus & Aſan: qui ne ſine cauſa res nouas moliri viderentur, Imperatorem Cypſellis degentem adeunt, petentes, vt in Romanas legiones referantur, & ſibi prædium exigui reditus in Hęmo monte ſitum, aſſignetur. Ea re nõ impetrata *(nam fatorum vis prudentiam humanam ſuperabat)* ſubmurmurabant, vt contempti, & voti impotes: & verbum audacius emiſerunt, quo defectionem, & ea quæ domum reuerſi acturi eſſent, innuebant. Aſan præſertim, homo audacior & crudelior, cui ob impudentiam, Ioannis Sebaſtocratoris iuſſu, colaphus infringi-

Tenacitas turpiſſima, capacitatis comes.

Myſorum ſeu Blachorũ defectio.

Defectionis principes & autores.

Occaſio induſtriè quæſita.

Sed fruſtra.

Ex audacia nata.

καὶ δὴ κοινολογησάμενος διὰ πρέσβεων τῷ τῆς Οὐγγρίας ῥηγὶ τῷ Βελᾷ, ἄγεται εἰς γυναῖκα τὴν ἐκείνου θυγατέρα, τῆς δεκαετηρίδος οὔπω ἀκριβῶς ἁψαμένην. τὰ δὲ γαμοδαίσια θύειν ἀπὸ χρημάτων δημοσίων σμικρολογούμενος, ἀμισθὶ ταῦτα ἐκ τῶν οἰκείων συνέλεγε χωρῶν· καὶ ἔλαθε διὰ σμικροπρέπειαν, καὶ ἄλλας μὲν πόλεις καλαμησάμενος, αἳ κατ' Ἀγχίαλον συνῳκίζοντο, ἑαυτῷ δὲ μάλιστα καὶ Ῥωμαίοις ἐκπολεμώσας τοὺς κατὰ τὸν Αἷμον τὸ ὄρος βαρβάρους, οἳ Μυσοὶ πρότερον ὠνομάζοντο, νυνὶ δὲ Βλάχοι κικλήσκονται. οὗτοι γὰρ ταῖς δυσχωρίαις πεποιθότες, καὶ τοῖς φρουρίοις θρασυνόμενοι, ἃ πλεῖστά τε εἰσὶ καὶ ὀρθὰ κατ' ἀποτόμους κείμενα πέτρας, καὶ ἄλλοτε μὲν κατὰ Ῥωμαίων ἐμεγαλαύχησαν, τότε δὲ πρόφασιν εὑρηκότες (ὃ δὴ λέγεται πάτροκλον) τὴν τῶν οἰκείων θρεμμάτων ἀπαγωγὴν καὶ κάκωσιν ἑαυτῶν, ἐς ἀποστασίαν λαμπρὰν ἀνεσκίρτησαν. ἦσαν δὲ οἱ τοῦ κακοῦ πρωτουργοὶ, καὶ τὸ ἔθνος ὅλον ἀνασείσαντες, Πέτρος τις καὶ Ἀσὰν, ὁμογενεῖς καὶ ταυτόσποροι, οἳ καὶ μὴ δρῶντες τὴν νεωτέρισιν ἀπροφάσιστον, προσίασι βασιλεῖ σκηνουμένῳ ἐν τοῖς Κυψέλλοις, αἰτούμενοι συστρατολογηθῆναι Ῥωμαίοις, καὶ διὰ βασιλείου γράμματος σφίσι βραβευθῆναι χωρίον τι βραχυπρόσοδον, κατὰ τὸν Αἷμον κείμενον. ἀλλ' ἀπέτυχον τοῦ αἰτήματος (ἦν γὰρ ἡ θεία ἐπικρατεστέρα κίνησις) ὑπετονθόρυσαν οἷα ὡς παροφθέντες, εἰκαίως δὲ καὶ τὴν αἴτησιν ἐπανατεινάμενοι, παρέπτυσάν τι καὶ ῥῆμα θερμότερον, τὴν ἀποστασίαν ἐμφαῖνον, καὶ ὅσα ἐπανιόντες οἴκαδε δράσουσι· καὶ τούτων μάλιστα ὁ Ἀσὰν, ὁ καὶ θρασύτερος καὶ ὠμότερος, ὃς καὶ τύπτεται κατὰ τῶν προσώπων, ἐπιταγῇ τοῦ Σεβαστοκράτορος Ἰωάννου ἐπιπληχθεὶς εἰς ἀναίδειαν.

ἀναίδειαν. καὶ οἱ μὲν ἀπεράχθη οὕτως ἐπανῆλθον καὶ περιύβρισοι, ὅσα δὲ κατὰ Ῥωμαίων οἱ ἀλιτήριοι οὗτοι καὶ μιαροὶ διεπράξαντο, τίς ἂν ἐφίκοιτο λόγος; ἢ ποία διήγησις τοσαύτας κακῶν ἰλιάδας συμπεριλήψεται; ἀλλὰ μήπω περὶ τούτων, τὸ δὲ λέγειν προβαινέτω μοι καθ' εἱρμόν.

5 Ἔτι τοῦ ἐκ Κομνηνῶν Ἰσαακίου κατατυραννοῦντος τῆς Κύπρου, καὶ μήτε χρημάτων ὑποσχέσεσιν ἀποσχέσθαι ταύτης προτιθεμένου, μήθ' ὑποκλινομένου τῷ βασιλεῖ, οὔτε μὴν τὰ δεινὰ μετριάζοντος, ὅσα ἐκακούργει κατὰ Κυπρίων, ἀεὶ καινοτέρας κολάσεις ἐπινοῶν· ἔγνω κατ' αὐτοῦ στόλον καταρτύσειν ὁ βασιλεύς, καὶ ἐπεὶ δὴ μακραὶ νῆες ἡτοιμάσθησαν ἑβδομήκοντα, ναύαρχοι ἀναδείκνυνται ὁ Κοντοστέφανος Ἰωάννης, ὁ δ' ἐπιβὰς γήρως, καὶ ὁ Κομνηνὸς Ἀλέξιος, ὃς εἰ καὶ ἐνῆλιξ ἦν καὶ ἀνδρεῖος, καὶ τοῦ βασιλεύοντος ἐξανέψιος, ἀλλ' ἐκκοπεὶς τὰς κόρας ὑπ' Ἀνδρονίκου, ἀχρεῖος πρὸς τὴν ὅλων εἰς τὸ τότε στρατήγησιν συλλελόγιστο, ναὶ μὴν οὐδ' αἴσιος ἐκρίνετο οἰωνιστής. καὶ δὴ ὁ μὲν ἐς Κύπρον πλοῦς ἀκίνδυνος, καὶ τὸ πνεῦμα λίαν φορὸν, ἠρέμα πως ἐμπίπτον τοῖς λαίφεσι, τάδ' ἑξῆς καὶ μετὰ τὸ προσχεῖν εἰς τοὺς Κυπρόθι λιμένας, ἁπάσης ἀγριωτέρα λαίλαπος· αὐτούς τε γὰρ ὁ τῆς Κύπρου κρατῶν Ἰσαάκιος συλλαβὼν ἐζωγρήσατο, καὶ ὁ τῶν τότε κατὰ θάλατταν πειρατῶν ὁ κράτιστος, ὁ Μεγαρείτης καλούμενος, ἐπαμύνων Ἰσαακίῳ, ἀνωϊστὶ ἐπέθετο ταῖς ναυσὶ, κεκενωμένας οὔσας τῶν ἀνδρῶν, εἰς τὸν χερσαῖον ἐξιόντων πόλεμον. οἱ δὲ τριήραρχαι οὐ μόνον οὐδέν τι γενναῖον κατώρθωσαν, ἀλλὰ καὶ χερσὶ τῶν ἐναντίων αὐτάνδρους ἑάλωσαν, καὶ αὐτοὺς μὲν τῷ Μεγαρείτῃ ἐκδίδωσιν Ἰσαάκιος ἐς ὑπ- βάλλην χρήσασθαι. καὶ ἔχει τούτοις μετὰ μι-

tur. Ita non infecta modo re dimissi, sed cõtumeliis etiam irritati homines isti nefarij & cõscelerati: quomodo cõtra Romanos grassati sint, quis verbis cõsequatur? quæ oratio tantum malorum pelagus complectatur? Sed nõdum de his, ne historiæ series interrumpatur.

5 Comneno Isaacio Cyprum adhuc tenente, à qua neque pecuniæ pollicitationibus, neque Imperatoris reuerẽtia abstrahebatur, neque de crudelitate erga insulares quicquam remittente, sed subinde noua supplicia excogitante: classem cõtra eum Imperator mittere statuit, & LXX longis nauibus Ioannem Contostephanum, hominem senem, & Alexium Comnenum (qui etsi vir fortis, & integræ ætatis erat, & Imperatoris nepos: tamen ob effossos ab Andronico oculos ad id munus nõ modò inutilis, sed malum omen quoque ab omnibus iudicabatur) nauarchos præponit. Ac nauigatio in Cyprum periculi expers fuit, secundis & lenibus ventis aspirantibus. Sed vbi in portubus appulerunt, atrocissimam tempestatem sunt experti. Nam Isaacius Cypri tyrannus eos & vicit & cepit: & potentissimus pirata Megarita, qui opem ferebat Isaacio, clam naues vacuas, militibus ad terrestre præliũ egressis, occupauit. Itaque trierarchæ non modò nullũ illustre facinus ediderũt, sed denique etiam in hostium manus venerunt: & Megaritæ arbitrio per-

Item ex intempestiua castigatione: nec facilè irritandi sunt eiusmodi crabrones. Ex scintilla exigua grauissimum incendium.

Calamitosa in Cyprum expeditio, ad Comneni tyrãnidẽ compescendam.

Classis ingẽs sed nauarchis destituta: nec enim tot negotiorum momẽta senio confectum aut oculis orbatum, sed vegetum & oculatum ducẽ desiderãt.

Megaritæ proditio classem omnino perdundat.

missi ab Isaacio, paulò pòst ad Siciliæ tyrãnum, ad quem ille vt dominum suas actiones referebat, sunt perducti.

Comneni crudelitas in captiuos.

Isaacius verò post victoriã multos Romanos in suas cohortes retulit, multos crudelibus pœnis affecit, vt erat tortor inexorabilis: atq; inter cæteros Rentacenũ Basilium, cui alterum pedem à genu securi resecuit.

Rentaceni Basilij supplicium.

Erat is vir bellicosissimus, & vt Achillem Phœnix, ita ipse olim Isaacium & in eloquentia & in re militari erudierat.

Ingratitudo tyrannidis alumna.

Ac tali præmio Isaacius omnium mortalium maximè iracundus, & in ira lebetis instar exæstuans, ac trementem mento absurdè loquens, pædagogum suum est remuneratus.

Nauticæ turbæ incõmoda & infelix libertas.

Nauticam verò turbam, quò quisque vellet, abire siuit. qui tanquam ex diuturno naufragio, serò domũ redierunt: si qui ex tribus malis vno, videlicet mari, fame aut morte non perierãt.

Blachi à furiosis & dæmoniacis cõcitati.

Cum Mysi apertè defecissent, ab iis, quos dixi, impulsi: Imperator bellum eis infert. Sed nec illud prætereundum est. Cum Blachi principiò ab eo conatu, ad quem à Petro & Asane inducebantur, rei difficultate territi, abhorrerent: fratres, vt popularibus suis eum metum adimerent, ædem nomine præclari martyris Demetrij ædificarunt: in eámque multos dæmoniacos vtriusque sexus coegerunt, qui cruentis & peruersis pupillis, effusísque crinibus cætera omnia exquisitè exprimebant,

Seditionis authores super stitioso commento popularibus suis imponunt & metum adimunt.

κρὸν Σικελίας καὶ ὁ ταύτης τύραννος, εἰς ὃν ὡς δεσπότην ὁ Μεγαρείτης ἀνέφερε τὰ ἑαυτοῦ. ὁ δ' Ἰσαάκιος πολλοὺς μὲν τῶν Ῥωμαίων μετὰ τὴν ἧτταν τοῖς οἰκείοις κατέλεξε τέλεσι, πολλοὺς δὲ καὶ ἀγρίαις ποιναῖς καθυπέβαλεν, ὁποῖος οὗτος ἀπαραίτητος ὢν κολαστής, ἐν οἷς καὶ τὸν Ῥεντακηνὸν Βασίλειον πελέκει ἐκ τοῦ γόνατος θάτερον τῶν ποδῶν ἐκτεμών. ἦν δὲ ὁ ἀνὴρ οὗτος ἄριστος τὰ πολέμια, καὶ τῷ Ἰσαακίῳ τούτῳ ὡς Ἀχιλλεῖ ποτε Φοίνιξ, μύθων τε ῥητὴρ καὶ τῶν πολεμικῶν ἔργων διδάσκαλος πεφηνώς. ὀργιλώτατος δ' ὢν ἀνθρώπων ὁ Ἰσαάκιος, καὶ κατὰ λέβητα καχλάζων ἀεὶ τῷ θυμῷ, παράφορά τε φθεγγόμενος ἐν τῷ χολᾶν, καὶ τὴν κάτω γένυν ζομαλέαν δεικνύς, καὶ ἄλλως δὲ οὐχ ἱλαρὰ θρέπτρα ἐκτίνειν εἰδώς, τοιαύτῃ τιμωρίᾳ τὸν ἑαυτοῦ καθυποβάλλει παιδαγωγόν. τὸ δὲ ναυτικὸν πλῆθος ἔνθα οἱ περὶ βουλῆς διαφῆκεν ἵεσθαι, οἳ καὶ ὡς ἐκ ναυαγίου μακροῦ χρόνιοι τὰ οἴκοι κατέλαβον, ὅσοι τέως μὴ τελεῦν ἑνί τινι κακῷ θαλάσσης καὶ λιμοῦ καὶ τελευτῆς ἀπεγένοντο. τῶν δὲ Μυσῶν ἀποστασίαν μελετησάντων περιφανῆ, καὶ ἀρχηγῶν τοῦ κακοῦ τούτου ὧν εἴρηκα γεγενημένων, ἔξεισι βασιλεὺς κατ' αὐτῶν. χρὴ δὲ κἀκεῖνα μὴ παριδεῖν ἀνιστόρητα. οἱ Βλάχοι ὤκνουν τὰ πρῶτα, καὶ ἀπεπήδων πρὸς τὴν ἀπόστασιν, εἰς ἣν ἐνήγοντο πρὸς τοῦ Πέτρου καὶ τοῦ Ἀσάν, τὸ τοῦ πράγματος μέγεθος ὑφορώμενοι. τῆς δὲ δειλίας ταύτης τοὺς ὁμογενεῖς ἀπάγοντες οἱ αὐτόαιμοι, εὐκτήριον ἐδείμαντο οἶκον ἐπ' ὀνόματι Δημητρίου τοῦ καλλιμάρτυρος, εἰς ὃν πολλοὺς τῶν δαιμονολήπτων συνηθροικότες ἐξ ἑκατέρου γένους, αἱμωποὺς καὶ διαστρόφους τὰς κόρας, λυσιχαίτας, καὶ τἆλλα ἀκριβῶς διασῴζοντας, ὁπόσα οἱ τοῖς δαίμοσι κάτοχοι διαπράττονται, τοιάδε τούτοις ἐνθουσιῶ-

θουσιῶσιν ὑπεπίθουν φθέγγεσθαι, ὡς ὁ Θεὸς
τῷ τῶν Βουλγάρων καὶ Βλάχων γένους ἐλευθε-
ρίαν ηὐδόκησε, καὶ τοῦ χρονίου ζυγοῦ ἐπένευ-
σεν ἀπαυχένισιν, οὗ χάριν καὶ τὸν Χριστομάρ-
τυρα Δημήτριον ἀπολιπεῖν μὲν τὴν Θεσ-
σαλονικέων μητρόπολιν, καὶ νεὼν τὸν ἐκεῖ, καὶ
τὰς παρὰ Ῥωμαίοις διατριβάς, ἐς δ' αὐ-
τοὺς ἀφικέσθαι ὡς ἐπαρήξοντα, καὶ συλλή-
πτορα τοῦ ἔργου ἐσόμενον. ἀνακωχευόμενοι
δὲ πρὸς βραχὺ οἱ παράφοροι οὗτοι, καὶ αἴ-
φνης τὸ πνεῦμα πλεῖον συλλέγοντες, ἐπι-
ληπτευόμενοι αὖθις διεσοβοῦντο καὶ ἐβόων
ἐνθεαστικὸν καὶ διάτορον, μὴ εἶναι τὸ ἀπὸ τοῦδε
ἕδρας ἀκμήν, ἀλλ' ὅπλα μετὰ χεῖρας
λαβεῖν, καὶ Ῥωμαίοις ὁμόσε χωρεῖν, τοὺς δέ-
γε συλλαμβανομένους κατὰ πόλεμον μὴ ζω-
γρεῖν, μὴ ζωογονεῖν, ἀλλ' ἀποσφάττειν καὶ
κατακαίνειν ἀνηλεῶς, μηδ' ἐπὶ λύτροις
ἀφιέναι, μηδ' ἐπικάμπτεσθαι δεήσεσι, μη-
δὲ γονυκλισίαις θηλύνεσθαι, ἀλλ' ὥσπερ
τινὰς ἀδάμαντας πρὸς πᾶσαν ἀνενδότους
εἶναι παράκλησιν, καὶ φθείρειν ἅπαξ ἅπαν-
τας τοὺς συλληφθέντας. ὑπὸ θεοφορήτων
οὖν τοιούτων ὅλον τὸ γένος ἐξομιληθέν-
τες, τῶν ὅπλων γίνονται· καὶ ὡς εὐημερήθη τά-
τοις τὰ τῆς ἀποστασίας, ἔτι μᾶλλον ἔθεντο τῇ
ἐλευθερίᾳ σφῶν ἐπευδοκεῖν τὸν Θεόν· καὶ
μικρὸν ἡγησάμενοι τὸ καθ' ἑαυτοὺς ἀνέτον
καὶ ἀπόλυτον, καὶ κατὰ τὰ ἄποθεν τοῦ Αἵμου
ἐμπλατιούνται. ἕτερος δὲ τῶν ὁμαιμόνων ὁ
Πέτρος, καὶ στεφανίσκῳ χρυσέῳ διαδεῖται
τὴν κεφαλήν, καὶ τοῖς ποσὶν ὑπορράπτει καὶ
περιτίθησι κοκκοβαφὲς πέδιλον. τῇ δὲ Πε-
ρισθλάβᾳ προσβαλόντες (πόλις δ' αὕτη
ὠγυγία ἐκ πλίνθου πᾶσα ὀπτῆς, καὶ πλεί-
στην ὅσην περὶ τὸν Αἷμον τὴν περίμετρον ἔχου-
σα) ὡς οὐκ ἀκίνδυνον ἑώρων τὴν πολιόρ-
κησιν, αὐτὴν μὲν ἀντιπαρέρχονται, τὸν δ'
Αἷμον ὑποκατέρχονται· Ῥωμαϊκαῖς δ'
ἑτέραις ἐπικαταρραγέντες ἀπροσδόκητοι

quę id genus hominum pro-
pria habet. eósque docebãt,
in furore proloqui: *Deo vi-
sum esse, vt gens Bulgarorum
& Blachorum diuturno iugo ex-
cusso, libertatem consequatur:
eáque de causa Christi marty-
rem Demetrium, relicta metro-
poli Thessalonica & ede, Ro-
manorúmque consuetudine, ad
ipsos peruenisse, adiuturum id
opus.* Igitur vęcordes isti ho-
mines paulum morati, & su-
bitò maiore spiritu collecto,
rursus alienati, exagitaban-
tur, & clara voce quasi nu-
mine afflati clamitabant: *Nõ
amplius desidiæ esse locum, sed
arreptis armis Romanos inua-
dendos esse: & qui in bello ca-
perentur, non conseruandos aut
vendendos, sed inclementer oc-
cidendos esse, & prece & precio
repudiatis, neque magis vlla
obtestatione moueri oportere
quàm adamantem.* Tota igi-
tur gens à talibus vatibus
concitata, ad arma cõcurrit:
& vt initia defectionis auf-
picata fuerunt, magis etiam
credidere, Deum libertati
suæ fauere. nec ea cõtenti, in
oppida & prædia ab Hæmo
remota diffunduntur. Alter
verò fratrum Petrus, auream
corollã imponit capiti, & pe
dibus coccineos calceos in-
ducit. Pristhlabam aggressi
(vrbs ea Ogygia est, tota la-
tericia, & maximum Hæmi
spacium complexa) vt oppu-
gnationem non esse tutam
videbant, ea præterita, ex
Hæmo descendunt: & Ro-
mana oppida subitò adorti,

Impost[uræ] summa.

Subornati nebulones iniunctum sibi munus strenuè adimpleant.

Seditiosorũ consilia immania.

Vulgus su[-]perstitionis artibus facilè irretitur.

Et initiis felicib. in defectione confirmatur.

Seditiosorũ capita, inanibus titulis gaudent, & sibi plaudũt.

Blachorum grassationes. Seditiosorũ progressus violenti.

multos ingenuos homines, multos boues, & iumenta, aliarúmque pecudū ingentē numerum abducunt. Isaacio aduentante, rursus in angustiis & inaccessis locis abditi, diu restiterunt. Sed caligine præter expectationem à Deo, cuius latebræ in tenebris sunt, excitata, & montes, quos Barbari aditu angustiarum obsesso tuebantur, inuoluente, Romani eos imprudentes oppresserunt: & terrore attonitos ita dissiparunt, vt mali istius autores & duces, cum amicorum cœtu, vt ille porcorum grex in Euangelio in mare, ita ipsi in Istrum illapsi, ad finitimos Scythas traiicerent. Imperator verò, cum nemine prorsus prohibente, totā Mysiam peruagari, & præsidia in vrbes, quæ pleræque in Hæmo sunt, sed plures ac potius ferè omnes in præruptis rupib. & altissimis tumulis extructæ, introducere liceret, neutrum fecit: sed cumulis frumenti incēsis, supplicum Blachorum confictis verbis deceptus, statim retrò abiit, relictis illis rebus adhuc planè exulceratis. Vnde factū, vt Barbari Romanis audacius insultarent.

Isaacius Blachos sua negligentia cōfirmat. Cōtra autē huiusmodi principiis & vulgi tumultib. sine cunctatione sapiens princeps obstabit.

Seditiosi tandem fracti dilabuntur, & ad finitimos Scythas traiiciunt.

Ingenia mollia imponi sibi facilè patiuntur: & solenne est seditiosis debellatis decipere credulos.

Vide Annotationes.

6 Nam is quidem in vrbem reuersus, vt re bene gesta gloriabatur: quidam verò ex ordine iudicum, Monasteriotes Leo, falsè dicebat, Basilij Bulgaroctoni animā dolere. Qui cū Bulgaros funditùs deleuisset, edixerit:

Leo Monasteriotes, vir prudens falsè perstringit Imperatoris ignaviā, sed occulto dicterio. Cautè enim leo tractandus est, alioquin magistrū discet pturus.

κωμοπόλεσι· πολλὰ μὲν σώματα Ῥωμαίων ἐλεύθερα, πολλοὺς δὲ βόας καὶ ὑποζύγια καὶ τῶν ἄλλων βοσκημάτων χρῆμά τι οὐκ ἐλάχιστον διαρπάζουσιν. ἔξεισι τοίνυν κατ᾽ αὐτῶν Ἰσαάκιος, οἱ δὲ τῶν δυσχωριῶν καὶ ἀπροσβάτων αὖθις ἐπιλαβόμενοι, ἀντέχον ἐπὶ πολύ. γνόφου δὲ παρὰ δόξαν ἀναβάντος ὑπὸ Θεοῦ, ὃς σκότος τίθησι τὴν οἰκείαν ἀποκρυβήν, καὶ τὰ ὄρη καλύψαντος, ἃ ἐτήρουν οἱ βάρβαροι, τὰς τῶν παρόδων στενὰς προλοχίσαντες, ἔλαθον Ῥωμαῖοι λάθρα αὐτοῖς ἐπιστάντες, καὶ διασκεδάζουσιν οὕτω καταπλήγας θέμενοι. καὶ οἱ μὲν ἀρχηγοὶ τοῦ κακοῦ, καὶ τῆς στρατιᾶς, ὁ Πέτρος δηλαδὴ καὶ Ἀσάν, καὶ ὅσον περὶ αὐτοὺς ἑταιρικὸν ἀποστατικόν, κατὰ τὴν τῶν Εὐαγγελικῶν χοίρων ἀγέλην ὡς εἰς θάλασσαν τὸν Ἴστρον ὥρμησαν. καὶ τοῦτον διαπλωϊσάμενοι, τοῖς ἐκ γειτόνων Σκύθαις προσέμιξαν. ὁ δὲ βασιλεὺς κατὰ πολλὴν τοῦ κωλύσοντος ἐρημίαν πᾶσαν τὴν Μυσίαν ἔχων περιελθεῖν, καὶ φρουρὰν ἐπιστῆσαι ταῖς ἐκεῖσε πόλεσιν, αἳ πολλαὶ μέν εἰσι κατὰ τὸν Αἷμον, αἱ δὲ πλείους ἢ γοῦν ἅπασαι σχεδὸν ἐπὶ πετρῶν ἀποτόμων καὶ περινεφῶν γηλόφων πεπολισμέναι, τούτων μὲν τοι οὐδέν τι καὶ διαπέπραχε· πυρὶ δὲ τὰς θημωνίας τῶν καρπῶν παραδοὺς, καὶ τοῖς τῶν ὀφθέντων Βλάχων φενακισμοῖς ὑπαχθεὶς, παλίμπους ἐκ τοῦ παραυτίκα γίνεται, ἔτι ὠδίνοντα τὰ ἐκεῖσε παρείς. ὅθεν εἰς πλατύτερον μᾶλλον ἐπῆρε τοὺς βαρβάρους κατὰ Ῥωμαίων μυκτῆρα, καὶ πλειόνως ἠρρένωσεν.

6 Ὁ μὲν γὰρ τὴν βασιλίδα καταλαβὼν, ἐπὶ τοῖς κατορθωμένοις ἐβρενθύετο, ὥς καί τινα τῶν ἐπὶ τῷ δικάζειν (ἦν δὲ οὗτος ὁ Μοναστηριώτης Λέων) παθήναδε εἰπόντα τὴν τοῦ Βασιλείου τοῦ Βουλγαροκτόνου ψυχὴν, ἔτι τὸ τυπικὸν αὐτοῦ βασιλεὺς παρεβλέψατο, καὶ ὅσα ἐπὶ τῇ τοῦ Σωτῆρος μονῇ ἐκεῖνος διέθετο,

καὶ κατὰ τοῦτον νεωτερίσαι τοὺς Βλάχους, ἐρεχελῶν καὶ διασύρων, οὐ καθυφῆκε βραχὺ, ὡς δῆθεν σφαλέντα περὶ τὴν πρόῤῥησιν, φάσκων, ὡς αὐτὸς αὖθις εἰς τὴν προτέραν ὑποταγὴν καὶ δουλείαν τοὺς ἀποστάτας συνέπεισέ τε, καὶ ἐπανήγαγεν ἀκαριαίως οὕτως, ὡς οὐδὲ χρονίως ἐκεῖνος, καὶ μάτην αὐτὸν ὡς ἀπὸ δαφνηφάγου λαιμοῦ καὶ δελφικοῦ μαντικοῦ τρίποδος ἀπερεύγεσθαι τὰ τοῦ ψεύδους ὀδωδότα καὶ διάκενα θεοπρόπια. οἱ δὲ περὶ τὸν Ἀσὰν βάρβαροι τὸν Ἴστρον διαβάντες, καὶ τοῖς Σκύθαις συμμίξαντες, πλεῖστον ἐκεῖθεν συμμαχικὸν, καθὼς ᾑροῦντο στρατολογήσαντες, ἐς τὴν πατρίδα Μυσίαν ἐπανῆκον, καὶ σεσαρωμένην ἀτεχνῶς εὑρόντες αὐτὴν, καὶ Ῥωμαϊκοῦ κεκενωμένην στρατεύματος, μετὰ κόμπου ἐπεισέφρησαν μείζονος, οἷα λελαχότας πνευμάτων τῶν ἐκ Σκυθῶν ἐπαγόμενοι συνάρσιν. ὅθεν οὐδ' ἠγάπων, εἰ τὰ ἑαυτῶν ἔχουσι σώζειν, καὶ τὴν τῆς Μυσίας μόνην περιβαλοῦνται τοπαρχίαν, ἀλλ' εἰ μὴ καὶ τὰ Ῥωμαίων μέγιστα βλάψουσι, καὶ τὴν τῶν Μυσῶν καὶ τῶν Βουλγάρων δυναστείαν εἰς ἓν συνάψουσιν, ὡς πάλαι ποτὲ ἦν, οὐδαμῶς ἠνείχοντο. καὶ ἦν ἂν διασούμενα τὰ καλὰ, εἴπερ αὐτὸς καὶ πάλιν ὁ βασιλεὺς κατὰ τῶν ἀποστάντων ἐξώρμησε. πλὴν ἀλλ' αὐτὸς μὲν τὴν οἰκείαν ὁρμὴν εἰς ἕτερον καιρὸν ὑπερέθετο, τὴν δ' ἀρχηγίαν τῷ πρὸς πατρὸς ἐνεχείρισε θείῳ, τῷ Σεβαστοκράτορι Ἰωάννῃ. ὁ δὲ οὐκ ἐπισφαλῶς, ἀλλ' ὡς ἄγαν ἐπαινετῶς διακυβερνήσας τὴν στρατιὰν, καὶ τοὺς πολεμίους ἐν τῷ συμβαλεῖν λυπήσας οὐ βραχέα, εἰς ὁμαιχμίαν συσπειραθέντας, καὶ εἰς πεδία ὑποκαταβάντας ἱππήλατα, μετὰ μικρὸν τὸν στρατηγὸν ἀποζώννυται, ὑποβλεπόμενος βασιλειᾶν. διαδέχεται δὲ τὴν ἡγεμονίαν ὁ Καῖσαρ Ἰωάννης ὁ Κανταχουζηνὸς, γαμβρὸς ὢν τῷ βασιλεῖ ἐπ' ἀδελφῇ.

Si quando Blachi denuò nouis rebus studuerint, suum exemplum imitandum esse, & prouinciam, castris in ea positis, peragrandam ei, qui bellum cum eis gesserit: eo edicto in Sosthenij monasterio affixo. Quod nunc sit irritum: quòd Imperator, ea quæ ille multis annis confici iusserit, tam exiguo momento absoluerit, vt illi tale nihil in mentem venerit. Asan verò, maximis auxiliaribus Scytharum copiis suo arbitratu delectis, reuersus, cum Mysiam patriam perpurgatam, & Romano exercitu vacuam reperisset, factus insolentior & iactantior, Mysiæ incolumitate & dominatu non cōtentus, maxima Romanis detrimenta inferenda, & Mysorum ac Bulgarorum dominatum, vt olim fuisset, omni contentione coniungēdum esse censuit. Quòd si ipse Imperator, vt prius, iterum ad bellum exisset, fortasse res bene gesta esset. Verùm is alacritate sua in aliud tempus dilata, Ioannem Sebastocratorem patruum suum, cum imperio ablegauit: qui exercitu non temerè, sed planè laudabiliter gubernato, & hosti, qui cōtractis in vnum copiis, in planiciem descenderat, non paruis cladibus illatis, imperium ob affectati regni suspicionem deponere iubetur: & in eius locum Ioannes Cantacuzenus Cæsar, qui Imp. sororem in ma-

Prosperis successibus seditiosi facilè inebriati, in dies cōtinua sumunt.

Et maxima detrimenta aliis inferre cogitant.

Qui per alios quod præstare debuit exequitur, aliquoties aberrat.

Sebastocrator dux prouidus rē gerit feliciter.

Cantacuzenus, temerarius dux, infeliciter agit.

trimonio habebat, sufficitur. Erat is vir procera statura, forti animo, voce magna, bellicosus, sed ob audaciam & arrogantiam ferè perpetuò aduerso Marte pugnabat, inter alios & ipse ab Andronico excæcatus. Cùm autem Barbaros vitata planicie in montibus se tenere audiuisset, non cogitauit illos reficiendarum virium causa, & quò tutiores sint, ibi commorari: sed id factum timiditatē interpretatus, in medio campo castra posuit, neque custodiis neque excubiis accuratioribus vsus, neque vallo communito. Itaq; noctu à Barbaris oppressus, vix euadit, exercitu variis modis afflicto. Nam alij iacentes in tentoriis occidebantur, alij inermes in fuga capiebantur. Qui verò vsque ad Cæsaris tabernaculū profugerāt, maiorem eius quàm hostium acerbitatem sunt experti, à quo contumeliis vt proditores proscindebātur. Vt autem susceptum dedecus aboleret, armatus Arabicum equum conscendit: scutóque in manus sumpto, in confertos hostes est inuectus, vociferans: *Sequimini me:* cum nec videret, neque sciret, quò iret, aut quid in castris fieret. Romanis ita victis & fugientibus, omnia tabernacula sunt direpta, & vexilla capta, & aureæ Cæsaris vestes ferrugineo colore interpunctæ: quas Petrus & Asan induerunt, ante exercitum incedentes, & taber-

Temeritas animi & corporis dona inutilia reddit.

Et hostium consilia circumspecta timiditati adscribit: vnde clades horrendæ.

Tādem importune furore in suos percita apparet.

Et in pericula cæco impetu ruit.

Temeritatis effigies, effecta, præmia.

ἦν δὲ ὁ ἀνὴρ τὴν ἡλικίαν μακρὸς, καὶ ἀνδρεῖος τὴν ψυχὴν, καὶ μεγαλόφωνος, καὶ ἐν πολέμοις δόκιμος, ἀεί ποτε δὲ ἐδυστύχει ἐν τοῖς πολέμοις, δι' ἣν εἶχε θρασύτητα καὶ ἀλαζονίαν. ἐξωρύχθη δὲ καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς παρὰ Ἀνδρονίκου μετὰ τῶν ἄλλων. ὅθεν καὶ τοὺς βαρβάρους ὁ Καῖσαρ ἀκούων ἐν ὄρεσι διάγειν, καὶ μὴ εἰς τὸν κάμπον κατέρχεσθαι, μὴ διαλογισάμενος, ὅτι διὰ τὴν αὐτῶν ἀνάπαυσιν καὶ ἀσφάλειαν ἐν τοῖς τοιούτοις εὑρίσκονται ὄρεσιν, ἀλλὰ δειλίαν τοῦτο κρίνας αὐτῶν, μέσον τοῦ κάμπου ἐποίει τὰ αὐτοῦ κατευνοτόπια, μήτε φυλακὰς ἔχων ἀκριβεῖς, ἢ βίγλας, μήτε μὴν βάλλων χάρακα. νυκτὸς οὖν αὐτῷ οἱ βάρβαροι ἐπιθέμενοι, μόλις αὐτὸς διασώζεται, καὶ τὸ στράτευμα πολυτρόπως ἐκάκωσαν. οἱ μὲν γὰρ ἐξ αὐτῶν ἐν ταῖς τένταις κείμενοι, ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν καταλαμβανόμενοι ἐφονεύοντο· οἱ δὲ ἀναρμάτωτοι φεύγοντες, ἐζωγροῦντο. ὅσοι δὲ φυγεῖν ἠδυνήθησαν, καὶ πρὸς τὴν τοῦ Καίσαρος κατούναν ἐλθεῖν, πικρότερον αὐτὸν ὑπὲρ τῶν πολεμίων εὕρισκον, ὑβρίζοντα καὶ διαβάλλοντα ὡς προδότας αὐτούς. θέλων γοῦν ὁ Καῖσαρ τὴν ἑαυτοῦ νίκην ἀνακαλέσασθαι, ἡρματώθη καὶ ἐκαβαλλίκευσε Ἀραβικὸν φαρὴν, καὶ ἔλαβε καὶ σκουτάριον εἰς τὰς χεῖρας αὐτοῦ, καὶ ὥρμησε κατὰ μέσον τῶν πολεμίων, κράζων καὶ λέγων, ἀκολουθεῖτέ μοι, μὴ βλέπων, μηδὲ γινώσκων, ὅπη πορεύεται, ἢ τί ἐν τῷ στρατῷ γίνεται. νικηθέντων οὖν οὕτω τῶν Ῥωμαίων καὶ φευγόντων, ἡρπάγησαν παρὰ τῶν βαρβάρων αἱ κατοῦναι πᾶσαι, καὶ τὰ χρυσοϋφῆ ῥοῦχα τοῦ Καίσαρος, τὰ μετὰ τῶν γερανέων χρωμάτων σεσημειωμένα, καὶ τὰ φλάμουλα, ἅτινα καὶ ἐνεδύσαντο ὁ Πέτρος καὶ ὁ Ἀσὰν προπορευόμενοι ἔμπροσθεν τοῦ στρατοῦ αὐτῶν, καὶ ἐπὶ τὸν κάμπον ἔκτοτε κατελθόντες,

θόντες, τὰς τέντας αὐτῶν ἐκεῖ ἔστησαν καὶ κατεσκήνωσαν. παραλυθεὶς δὲ ἀπὸ τῆς τοιαύτης ἀρχῆς ὁ Καντακουζηνὸς Καῖσαρ, ἀνηγορεύθη στρατηγὸς τοῦ ὅλου στρατεύματος ὁ Βρανᾶς Ἀλέξιος, βραχὺς μὲν κατὰ τὴν ἡλικίαν, βαθὺς δὲ τὴν γνώμην, καὶ ποικίλος τὴν φρόνησιν, καὶ τῶν εὑρισκομένων τότε ἀνθρώπων ὁ στρατηγικώτατος, ἀλλ' οὗτος τὴν στρατιὰν παραλαβὼν, οὐ θρασέως, ἀλλὰ μετὰ ἀσφαλείας καὶ φυλάξεως τὰ τούτου ἐποίει κατευνοτόπια, τακτικῶς τοὺς ἔμπροσθεν προπορευόμενος, καὶ προθυμοποιούμενος θλίβειν τοὺς ἐχθρούς. ἐπιμελούμενος δὲ ὅπως καὶ ὁ στρατὸς ἅπας ἀκινδύνως διέρχεται. διελθὼν δὲ τόπους δυσβάτους πολλοὺς, φθάνει κατά τινα τόπον, μέλανα βουνὸν καλούμενον, κἀκεῖσε κατασκηνοῖ, καὶ χάρακα βάλλει, καὶ ἐφαίνετο ὡς καὶ χρηστότερόν τι ἐργάσηται. ἔχων δὲ δι' ἐπιθυμίας ἀεί ποτε καὶ φανταζόμενος εἰς τὸ ὕψος ἀναβῆναι τῆς βασιλείας, τότε τὸν ἅπαντα σκοπὸν αὐτοῦ ἐφανέρωσεν. ὁ αὐτὸς γὰρ Βρανᾶς καὶ πρῶτον ὅτε εἰς τὸν κατὰ τῆς Σικελίας πόλεμον στρατηγὸς παρὰ τοῦ βασιλέως κατέστη, καὶ τὸ ἐξ Ἀλεμανῶν συμμαχικὸν ἀνελάβετο, διακρίνας, ὡς ἀρκετόν ἐστι συνεργῆσαι αὐτῷ πρὸς τὸν σκοπὸν αὐτοῦ (οὐ γὰρ ἐθάρρει τοσοῦτον τὸ στρατιωτικὸν σύνταγμα, ὥστε τὴν βουλὴν αὐτοῦ φανερῶσαι) ἔγνω καὶ αὐτὸς βαδίσαι τὴν ὁδὸν, ἣν ὁ βασιλεὺς Ἰσαάκιος ἐβάδισε καὶ ἐβασίλευσεν, ἐξελθὼν γὰρ νυκτὸς, καὶ πρὸς τὸν μέγαν τῆς ἁγίας Σοφίας ναὸν εἰσελθὼν, καὶ μέσον τοῦ ἱεροῦ στὰς, παρεκάλει τοὺς εἰσερχομένους βοηθῆσαι αὐτῷ; ἀπὸ τῆς ἀδίκου καὶ παραλόγου τοῦ βασιλέως ὀργῆς, λέγων, ὅτι οὐδὲν προσέκρουσα τι ἢ ὅλως ἔξω τοῦ ὁρισμοῦ καὶ τοῦ θελήματος ἐλθόμην αὐτοῦ, καὶ ἤρξατο ἐγκαυχᾶσθαι ἐν τοῖς αὐτοῦ στρατηγήμασιν· οὐ γινώσκετε τὸ

nacula sua in planicie fixerunt. Imperio Cantacuzeno Cæsari abrogato, dux totius exercitus declaratus est Branas Alexius, breui quidem ille statura, sed magno ingenio & prudentia vir, atque illa ætate summus Imperator. Qui exercitu suscepto, non confidenter, sed circumspectè castrametabatur, instructa progrediens acie: atque in id intentus, vt & hostem detrimentis afficeret, & omnes copias periculi expertes conseruaret. Ita multis angustiis superatis, ad locū qui Niger tumulus dicitur, peruenit. Ibi castris positis, valloque munito, rei bene gerendæ spem hominibus afferebat. Sed cum regni cupiditate perpetuò æstuaret, tū animum suum declarauit. Nā idem Branas cum primum ab Imp. dux ad bellum Siculum missus, auxilia Germanorum quæ acceperat, satis habere virium ad iuuandos conatus suos ratus (nam Romanis legionibus tantum nō fidebat, vt eis consiliū suum aperire auderet) eandē viam & ipse ingredi statuit, quæ Isaacium ad imperium perduxisset. Igitur magnum S. Sophiæ templum ingressus, in medio stans opem introeuntium contra iniquam & peruersam Imp. iram, quem nulla re offendisset, neqne quicquam prĕter mandata & voluntatem eius fecisset, implorat, & res gestas suas celebrare instituit. *An ignoratis,*

Dux tertius, bello conficiendo destinatus, Branas Alexius.

Hostes debellat, suis conseruatis.

At dominandi ardore incensus, miras agēdi rationes persequitur. Ambitionis seditiosæ facies.

Isaaci Angeli politicū stratagema renouat, & populum sibi conciliare studet.

Meritis suis in medium propositis. At nulla iusta causa est arma in legitimum principem & patriā sumere.

inquit, *viri, quàm fortiter in bellis me gesserim? vt hostes iterum ac tertiùm industria mea superarim?* & populum ad seditionem concitat. Vt autem se nihil proficere videbat, promissa ab Imperatore impunitate, cœptis destitit, eadem cupiditate nihilominus retenta: cuius tum explendæ occasione data, cùm totius dux exercitus esset declaratus, quę diu animo celarat, in apertum protulit. Cognatísque suis in consilium adhibitis, qui Adrianopolim, vt & ipse, patriam habebant, multis & potentibus viris, rubrū calceum induit: atque inde in patriam digressus, & ab omni exercitu Imperator salutatus, ad vrbem Imperatricem contendit: & castris ad exterius Philopatium positis vesperi cum instructissimis copiis ad mœnia accedit, equo planè nigro insidens, nisi quòd in fronte albam maculam instar lunaris orbis habebat, & Imperatorios milites & ciues, qui ex mœnibus illa spectabant, simul & monet, & minis terret. Nam si portis apertis vltrò in partes suas concesserint, seruatorem & benefactorem habituros. Sin per ianuam & non aliter ingredi cupiēti restiterint, vtique, si clàm ingressus & imperiū latrocinio quodā consecutus fuerit, se causam habiturum sic agendi cum eis, vt immanes feræ, quæ pulsis pastoribus caulas perfregerint.

Noua occasione, eáque iudicio suo commodissima, arrepta, armis detectis prodit in medium.

Cum potentibus viris fœdus percutit, & Imperator salutatur.

Primariam imperij vrbē obsidet.

Ciues & milites obsessos monet & minis terrere nititur.

Obuelatis oculis ad exitium suum pedetentim pergit ambitio seditiosa.

ἄνδρες, ὅσα ἐν πολέμοις ἠνδραγάθησα, καὶ δεύτερον καὶ τρίτον διὰ στρατηγικῶν μεθόδων τοὺς ἐχθροὺς ἐνίκησα· καὶ ἐκίνει πρὸς στάσιν τὸν λαόν. ὡς δ' εἶδε μηδὲν πρὸς τὸν σκοπὸν αὐτοῦ γίνεσθαι, ὅρκοις ἐκ βασιλέως δεξάμενος, τὴν στάσιν διέλυσεν· ἔτρεφε δ' ὅμως καὶ εἶχε καθ' ἑαυτὸν τὸν τοιοῦτον τῆς ἀποστασίας σκοπόν. ὡς δὲ τότε καιρὸν ἐπιτήδειον εὗρε, καὶ ἔλαβεν ἐξουσίαν τὸ στρατηγὸς εἶναι ἁπάσης τῆς στρατιᾶς, ἔχων καὶ τὸν ἅπαντα στρατὸν μεθ' ἑαυτοῦ, εἰς φανερὸν τὰ ἐν κρυπτῷ μελετώμενα ἀνεκήρυξε. καὶ δὴ συμβούλοις εἰς τοῦτο χρησάμενος, τοῖς ὅσοι κατὰ γένος ἐκείνῳ συνήπτοντο πατριώταις (ἐκ τῆς Ἀδριανοῦ δ' ὥρμητο πόλεως) πολλοῖς οὖσι, καὶ σύμπασι δυνατοῖς, τὸ ἐρυθρὸν ὑποδύεται πέδιλον, καὶ μεταβὰς ἐκεῖθεν εἰς τὴν πατρίδα, καὶ πρὸς παντὸς ἀναγορευθεὶς τοῦ στρατεύματος αὐτοκράτωρ, τὴν ἐς τὴν βασιλεύουσαν πόλιν στέλλεται, καὶ περὶ τὸ ἔξω λεγόμενον καταστρατοπεδεύεται Φιλοπάτιον. περὶ δὲ δείλην μετὰ τῶν εὐοπλοτάτων δυνάμεων τῷ τείχει προσελάσας τῆς πόλεως, ἵππῳ ἔποχος ὤν, παρὰ τοσοῦτον μὴ παντὶ μέλανι, παρ' ὅσον λευκαὶ τρίχες ἐς κύκλον σεληναίας περιαγόμεναι, φυεῖσαι ἦσαν περὶ τὸ μέτωπον, τοῖς ἐπὶ τῶν τειχῶν βασιλικοῖς καὶ θεαταῖς τῶν δρωμένων ἀστυπολίταις ἀπειλητὴς ἅμα καὶ παραινέτης ἐδείκνυτο. τὰ μὲν γὰρ αὐτοῦ φρονοῦντας εὖ παθεῖν ἔφασκεν, ὡς ἄρα καὶ εἰ διαπετάσαντες τὰς πύλας εἰσδέξονται, σωτῆρά τε καὶ εὐεργέτην εὑρήσουσιν. εἰ δὲ διὰ τῆς θύρας εἰσιόντι καὶ μὴ ἀναβαίνειν ἀλλαχόθεν ἐθέλοντι, ἀντιβαῖεν δήπου καὶ ἀντισταῖεν, πάντως κλέψας τὴν εἴσοδον, καὶ λῃστεύσας τὴν βασιλείαν, ἐκεῖνα ἀνεπεγκλήτως ἐργάσαιτο, ὁπόσα καὶ ὠμησταὶ θῆρες τοὺς ποιμένας παρωσάμενοι, καὶ μὴ διὰ τῆς αὐλῆς τῶν προβάτων, ἀλλ' ἑτέρωθεν εἴσω παριόντες.

ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦθ' ἕτερα μεγαλαυχή-
σας, καὶ ἅμα παράταξιν ἐνδειξάμενος ὁ-
ποίας χρεία τοῖς ἑτοιμασθεῖσιν εἰς πόλε-
μον πρὸς τὸ οἰκεῖον στρατόπεδον ὑπενό-
στησε. τῇ δ' ἐπιούσῃ ἄρτι τοῦ ἡλίου τὰ ἑῷα
φαυσιβολοῦντος, πρὸς τοῖς τείχεσιν αὖθις
τῆς πόλεως γίνεται, κἀπὶ ταῖς χερσαίαις
πύλαις ἀντιτάξας τὴν στρατιάν, αἳ τοῦ
Χαρσίου λέγονται, εἰς δεξιὸν καὶ εὐώνυμον
2 Non multis diebus pòst, alius qui eandem appellationem, eundémque patrem sibi vendicabat, in Paphlagonia extitit, & quasdam prouincias attraxit. Sed cum Sebastus Theodorus Chomnus, Chartularius e-

Alterius Pseudalexij & Basilij crebræ seditiones, & interitus.

quitum,& prelio vicit,& captum occidit. Posthæc Basilius Chozas, Tarsiæ, quæ Nicomediæ vicina est, tyrannidem occupauit : quam cum aliquandiu tenuisset, captus effossis oculis in custodiam datur. Denique subinde alij atque alij, penè innumeri, nō secus ac terrigenæ illi fratres, regno affectato, perinde atque bullæ inanes euanuerunt. Nam & Comnenus Isaacius, Imperatoris Andronici ex fratre nepos, custodia elapsus, & magnum templū ingressus, plebem concitare instituit. Sed comprehensus, & grauiter excruciatus, vt conscios nominaret, intestinis corruptis postridie interiit. Est & Constantinus Taticius, homo factiosus, qui clàm in vrbe D. sicarios diu aluerat, delatus: & paulo pòst captus, oculos amisit. Ob idem crimen Racendyta quidam Comnenij generis, statim comprehensus, easdem pœnas luit. Frequentium illarum seditionum causa erat, cùm quòd Isaacius imperium segniter administrabat, planè persuasus, se id & accepisse diuinitùs, & à solo Deo custodiri: tū quòd homines ambitiosi videbāt, quanta facilitate rerum potitus esset. Vnde plerique insano consilio, modò vellent, se imperium citra dimicationem armorum occupaturos putabant, eam in-

Aliorum conatus inanes. In euertēdis seditiosorū consiliis diuina prouidentia sine labore laborat.

Comneni Isaacij seditio & suppliciū.

Const. Taticius factiosus excæcatur.

Item Racendyta, Comnenij generis.

Principum ignauia, seditionū altrix, & ambitiósis pabulum.

Insana seditiosorū consilia.

τῶν ἱπποστάθμων, ἥττησέ τε πόλεμον συγκροτήσας, καὶ συνειληφὼς ἀπέκτεινεν. ἐπὶ τούτοις καὶ ὁ Χοτζᾶς Βασίλειος κατὰ τὴν ἄγχουρον Νικομηδεῦσι Ταρσίαν ἀνταρσίαν ἐμελέτησε, καὶ περιέβη καὶ ἡ τούτου ἐφ' ἱκανὸν τυραννίς. συλληφθεὶς δὲ καὶ αὐτὸς, ἀμαυροῦται τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ φρουρᾷ παραδίδοται. οὐχ οὗτοι δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄλλοι ἄλλοτε πάλιν καὶ πάλιν, καὶ οὐκ ἔστιν ὁσάκις εἰπεῖν, ἐπανέστησαν, ἢ καὶ ὡς σπαρτοὶ ἀνεδόθησαν γίγαντες, κἂν ὡς πομφολυγώδη φυσήματα διάκενα ὡς ἦν ἰδεῖν ἀπέπιπτόν τε καὶ διελύοντο. ὅ, τε γὰρ Κομνηνὸς Ἰσαάκιος, ὁ τοῦ βασιλέως Ἀνδρονίκου ἀδελφιδοῦς, τῆς φυλακῆς ἀποδρὰς, καὶ τὸ μέγα τέμενος εἰσιὼν, ἀνασείειν τὸν ὄχλον ὥρμησεν. συλληφθεὶς δὲ καὶ ἀπαιωρηθεὶς, καὶ βαρείαις ἐτάσεσιν ὑποβληθεὶς, ἐπὶ τῷ τοὺς συνίστορας ἐκφῆναι τῆς τυραννίδος, τὰ ἐντὸς διεφθάρη, καὶ ἀπεβίω τὴν μετ' ἐκείνην. καὶ ὁ Τατίκιος Κωνσταντῖνος σύστρεμμα τεκτηνάμενος, καὶ πεντακοσίους ἔχων τοῦ ἔργου συλλήπτορας, καὶ ἐφ' ἱκανὸν χρόνον τῇ πόλει κρυπτόμενος καὶ λεληθὼς, καταμηνυθεὶς, μικρὸν ὕστερον ἑάλω, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξορύττεται. καὶ Ῥακενδύτης δέ τις, ἐκ Κομνηνῶν ἕλκων τὸ γένος, τὴν αὐτὴν τοῖς εἰρημένοις βαδίσας, καὶ ἐκ τοῦ παραχρῆμα συσχεθεὶς, ἀπεστέρηται τοῦ φωτός. τῶν δὲ συχνῶν τουτωνὶ ἐπαναστάσεων ἦν μὲν αἴτιον καὶ τὸ τὸν Ἰσαάκιον τὴν βασιλείαν διακυβερνᾶν μαλθακώτερον ἀκριβῶς πεπεισμένον, ὡς ἐκ Θεοῦ τὸ ἀρχὴν ἐδέξατο, τὸ παρ' ἐκείνου μόνου ἐπὶ φρουρούμενος, πλειόνας δ' ἐπῆρε τοὺς φιλάρχοις εἰς παρρησίαν τε καὶ ἀπόστασιν, τὸ τῆς βασιλείας ἀπραγμόνως ἐπιλαβέσθαι τὸν αὐτοκράτορα, καὶ ὡς εἰ θελήσουσι βασιλεύσουσιν, οἱ πλείους φρεναπατώμενοι, ἄτερ ὅπλων τοῖς κατ' ἔφεσιν πλειστάκις ἐπέβαλον, ἐκείνην ἀτράπιτον στείβοντες, ἣν

ἀνέῳξεν

ἀνέῳξεν ἐς λεωφόρον αὔτικρυς Ἰσαάκιος, ἐάσας τὸν Ἁγιοχριστοφορίτην ἀπεκτονώς, καὶ τῷ μεγίστῳ νεῷ προσφυείς, καὶ βασιλεύσας ἐς νέωτα, κακῶς κρίνοντες, καὶ διὰ τοῦτο κακῶς πάσχοντες, καὶ ἀντὶ πορφυρίδος διπλοΐδα αἰσχύνης ἐνδιδυσκόμενοι, ἐνιαχοῦ δὲ καὶ πορφύρεον θάνατον ὑπιστάμενοι. οὐ γὰρ τὸ θεῖον φιλεῖ διὰ τῆς αὐτῆς ὡσαύτως κινήσεως ἢ ἐφορμήσεως τὰ κατὰ τὸν βίοτον μεθιστᾶν καὶ διακυβερνᾶν πράγματα, ἀλλὰ τὸ ποικίλον παριστῶν τῆς τοῦ παντὸς τοῦδε διεξαγωγῆς τε καὶ διοικήσεως, ἄλλοτε ἄλλως τὰς ἐξουσίας μεθαρμόζει, καὶ μετατίθησι τὰς ἀρχάς, μηδὲ τὸ λεπτότατον ἐῶν τῆς αὐτοῦ χειρὸς ἔξωθεν. καὶ Φαραὼ μὲν αὐτοῖς στρατιώταις τοῖς ἁλίοις βυθοῖς παραδίδωσιν, ἄλλον ἀπολαιμίζει μαχαίρᾳ διὰ γυναικός, καὶ ταύτης καλλιπαρείου καὶ λευκωλένου· ἕτερον χερσὶ τῶν πολεμίων παραδούς, τῆς τῇδε μεθίστησιν. ἔστι δ' ὃς τὰς φρένας παρακοπείς, καὶ λογισθεὶς ὡσεὶ νεκρὸς ἀπὸ καρδίας, καὶ εἰς τέλος ἐπιλησθείς, τῶν ἀρχείων μετ' ἐπιταγμάτων ἐκκομίζεται, καὶ ταφῇ παραπέμπεται. κἀκεῖθεν λεπτὸν ὑπηχῶν, καὶ ποθῶν τὴν ἡμέραν, οὗ τῆς ἀρχῆς ἀντεχόμενος, ἐᾶται καὶ οὕτως φθινύθειν, καὶ ὡς ἀνδρῶν χείριστος καλῶς ἀφίεται ἰέναι κακῶς τὴν ἐς θάνατον. πολλοὶ δὲ μαλακῷ δαμέντες θανάτῳ, πρὸς τὰ ἐκεῖθεν ὡς μύσαντες ἐν ὕπνῳ μετέβησαν. εἰσὶ δ' οἳ καὶ τοῦ ἵππου χρεμετίσαντος, τῆς βασιλείας ἐπέβησαν. ἄλλος ἐξ ἀρότρου καὶ αὔλακος τὴν τήβενναν ἠμφιέσατο· καὶ μειρακίσκος προβατεύς ἐξόπισθεν ληφθεὶς τῶν λοχευομένων, θεόχριστος ὤφθη βασιλεύς. καὶ τί ἂν τις διεξίῃ τὰ πάντα, ἢ τὰ πλείονα ὁπόσα ἡ πολύτροπος πρόνοια ποιεῖ καὶ μετασκευάζει κατὰ τὸ ἑκάστῳ τῶν ἀνθρώπων χρήσιμον; ἐνέμπτωτος

gressi viam quam suo exemplo demonstrarat Isaacius. qui cùm pridie occiso Hagiochristophorita supplex in templum confugisset, postridiè regnare cœpisset: peruerso vtique iudicio, proptereáque aduerso euentu. Non enim purpuram, sed duplicem ignominiam consequebantur, aliqui etiam occidebantur. *Non enim solet Deus eadem subinde ratione res humanas gubernare, sed ad varietatem administrationis vniuersi declarandam, regna & principatus aliter atque aliter transferre, ne minutißimis quidem rebus à sua cura exclusis.* Pharaonem cum equitatu in fundo maris demersit, alium per formosam mulierem iugulat, alium ab hostibus occidi sinit. Est & qui ex mentis errore pro mortuo habitus, atque obliuioni traditus, palatio cum derisu effertur & sepelitur. Vnde obscura voce clamãs, & lucem desiderans, nõ imperium expetens, nihilominus vt vir pessimus rectè pessum ire & interire sinitur. Multi leni morte extincti, velut oculis somno clausis hinc demigrãt. Sunt qui per hinnitum equi ad regnum ascenderint. Alius ab aratro & sulco ad purpuram est vocatus, alius adolescens opilio diuinitùs in regem vngitur. Sed quorsum attinet commemorare singula, quæ prouidentia in vitæ humanæ ratione pro vtilitate cuiusque variis modis mutat & transfert? Cæterùm hic Impera-

Non tantùm facta imitari sed causam iustam tueri oportet.

Prouidentia diuina, alios aliis rationibus ad destinatum finẽ perducit.

Pharao.

Holophernes.

Iulianus.

Varia variorum in vita humana euentuum exempla, quę diuinæ prouidentię luculentum testimonium ferunt.

Zenon.

Anastasius.

Darius.

Leo.

Marcianus.

Saul.

Dauid.

Andronici Cōneni excæcatio.

tor pronus ad iram, & magna de semetipso persuasione imbutus, non tantùm leui de causa, sed etiam ex inani suspicione, & aliquando aliorum impulsu, multos malè tractauit. Nam & Andronicum Comnenum (erat is Alexij filius, nati ex Bryennio Cæsare & Anna filia Alexij, primi ex Comnenia familia Imperatoris) qui Thessalonicæ præerat, delatum à quodam quasi regnum affectaret, eáque de re cum Alexio notho filio Manuelis, pridem Sebastocratore, tum Dramæ degente, sermones conferre, statim comprehendendum censet.

Delationes, vt vmbræ corpora, principes viros sequuntur.

Ij verò quibus id mandatum erat, cum in Andronicum ad Imperatorem ascendentem incidissent, mandata neglexerunt, feram vltrò Constantinopolim tanquam decipulam ingredientem, & ad eum venientem à quo captaretur, non terrendam esse rati.

Satellitum Isaaci circunspectio.

Qui cum in Isaacij conspectum venisset, statim perfidiæ insimulatur. Eo crimen id negante, species quædam iudicij instituitur: sed deinde indicta causa comprehensus Andronicus in carcerē conijcitur, & paulo pòst excæcatur.

Accusationes, sentētiæ & supplicia apud credulos & crudeles principes, sibi inuicem adhærent.

Alexius verò qui ei conscius esse dicebatur, in monasterium quoddam Papycij montis, nobis id ministerium exequentibus, abstruditur. De quo cùm multa dicere possem, pauca duntaxat attingam. Non erat ille procerus duntaxat, & fortis, & cordatissimus, vultu patrem planè referens, robustis manibus & latis humeris,

Alexij Comneni coactus monachatus, & fortunæ varietas.

δι' ὧν ὁ βασιλεὺς εἰς θυμὸν, καὶ μεγάλα περὶ ἑαυτοῦ φανταζόμενος, οὐκ ἐκ μικρᾶς μόνον παραρριφείσης λαβῆς, ἀλλὰ κἀκ μόνης ὑπονοίας ἐνίοτε, καὶ τῆς παρά τινων εἰσηγήσεως, κακῶς ἐτίθει πολλούς. τόν τε γὰρ Κομνηνὸν Ἀνδρόνικον (ἦν δὲ οὗτος Ἀλεξίου παῖς, ὃν Βρυέννιος ὁ Καῖσαρ, καὶ Ἄννα ἐγείνατο ἡ θυγάτηρ Ἀλεξίου τοῦ πρώτως ἐκ Κομνηνῶν βασιλεύσαντος) ἐν τῷ χειρίζειν τὴν Θεσσαλονικέων ἀρχὴν, εἰσηγησαμένου τινὸς τῆς βασιλείας ἐρᾶν, καὶ κοινολογεῖσθαι περὶ τοῦ ἔργου τῷ πρώην Σεβαστοκράτορι Ἀλεξίῳ, τῷ νόθῳ υἱῷ τοῦ αὐτοκράτορος Μανουὴλ, κατὰ τὴν Δράμαν τότε διάγοντι, εὐθὺς τοῦ συλληφθῆναι κρίνει ἄξιον. οἱ μὲν οὖν εἰς τοῦτο ἀποσταλέντες ὡς ἐνέτυχον Ἀνδρονίκῳ πρὸς βασιλέα ἐπανιόντι, οὐδὲν ὧν ἐπείσθησαν διαπεπράχασι, δέον κρίναντες, μὴ προσοβῆσαι τὸ θήραμα ἑκόντως, ὡς δίδωσιν ὁρᾶν, καθάπερ εἰς γαλεάγραν τὴν Κωνσταντινούπολιν εἰσιὸν καὶ ἐγγίζον τῷ προθεμένῳ συλλαβεῖν. ὀφθεὶς δὲ βασιλεῖ Ἰσαακίῳ Ἀνδρόνικος, εἰς ἀπιστίαν εὐθὺς ὀνειδίζεται. κἀκείνου τοὺς ἐλέγχους ἀπαιτήσαντος, σχῆμα μόνον διαιτήσεως τὰ τῆς δίκης ἐδέξατο. τὸ δ' ἐκ τούτου ἐξ ἐρήμου συσχεθεὶς Ἀνδρόνικος, εἰς φυλακὴν ἀπάγεται. μετὰ μικρὸν δὲ καὶ τὰς κόρας τούτου ἐξέκοψε, καὶ τὸν συνίστορα δὲ τούτῳ τῆς βασιλείας λεγόμενον Ἀλέξιον, τὸν τῆς Κομνηνῆς Θεοδώρας υἱὸν, ἀποκείρει εἰς μονάζοντα, ἡμῶν ὑπουργησάντων τῷ ἔργῳ καθ' ἓν τῶν ἐν τῷ Παπυκίῳ σεμνείων. περὶ οὗ καὶ οὐκ ὀλίγα εἰπεῖν δυνάμενος, βραχέα μεμνήσομαι. οὐ γὰρ ἦν μόνον εὐμήκης καὶ ἀνδρεῖος, ἀλλὰ πλήρης συνέσεως, πατρίζων τὴν ὄψιν ἀκριβῶς, τάς τε χεῖρας

ἀκμαῖος, καὶ τοῖς ὤμοις κατ' ἐκεῖνον ὕπερθεν ἔχων εὐρέας, ἀλλὰ καὶ ὡς ἐπίπαν μείλιχος καὶ εὐέντευκτος. πρὸς ἃ καὶ ὁ πολύτλας Ἀνδρόνικος ἀπιδὼν, τὴν οἰκείαν θυγατέρα Εἰρήνην ἐμνήστευσε τῷ ἀνδρὶ, κρείας καὶ παρανόμοις γάμοις τετελεκένη, εἰ μέλλει μόνον Ἀλέξιος τοῖς γνησιωτέροις ἐκείνῳ συγγενέσιν ἐγγράφεσθαι. ὅθεν πλειόνως τούτῳ ἤπερ τοῖς υἱέσι προσέκειτο πρότερον, καὶ τῆς βασιλείας ἐμελέτα καταλείψειν διάδοχον. μεταβουλευσάμενος δ' ὕστερον, τὸν υἱὸν Ἰωάννην ἀνθείλετο, εἰρηκὼς, πρὸς οὓς ἀνέπτυσσε τὰ τῶν βουλευμάτων ἀπόρρητα, μὴ ἐξ Α εἰς Α τὴν βασιλείαν μεταπεσεῖν, ἀλλὰ τῷ Ι μᾶλλον προσρέπειν, καὶ εἰς τοῦτο μᾶλλον θεόθεν συνάγεσθαι. ἅμα δὲ τῇ μεταθέσει τῆς γνώμης, ἣν εἶχεν ἐπ' Ἀλεξίῳ Ἀνδρόνικος, καὶ τῆς συντονίας τοῦ φίλτρου ὑπέληξεν. οὐ γὰρ ὡς συμφυὴς ἔτι περιεσπούδαστο καὶ ὁμόψυχος ὁ Ἀλέξιος, ἀλλ' ὡς φιλτάτῃ θυγατρὶ συνοικῶν, δι' αἰδοῦς μόνον ἦγετο καὶ τιμῆς. μετὰ δέ τινα καιρὸν καὶ τοῦτον ἀπεξένωσε τοῦ φωτὸς, τὴν δ' αἰτίαν προειπόντες ἔχομεν. ἀνακληθεὶς δὲ μετὰ ταῦτα πρὸς τοῦ βασιλέως Ἰσαακίου, καὶ ἀπὸ Σεβαστοκράτορος εἰς Καίσαρα ὑποδεθεὶς, ὡς εἶχε τὰ ἀρχεῖα ἐξέκλινε, καὶ τὴν καθ' ἑαυτὸν ἐδίωκε βίωσιν. πλὴν οὐδ' οὕτως τὸν ἄλυπον ἐδίωκε βίοτον. τότε δ' οὖν τὴν ἐπὶ τὰ χείρω ἔτι μᾶλλον τῶν πραγμάτων ἔχων φορὰν καὶ μετάβασιν, καὶ μέλλων μὴ ἑκὼν ἀποθρίξασθαι, οὐχ ἕνα ᾔτησεν ἄρτον καὶ σπόγγον καὶ κιθάραν, κατὰ πάλαι τινὰ τῆς τύχης πειραθέντα σκληρᾶς καὶ ἀρτίως μὲν, ὡς ἔχων ἐν ᾧ τὸν τοῦ στόματος ἐκτενεῖ βάρβιτον, χαλαρὸν τῇ τῶν σιτίων κενώσει γινόμενον, ὑποψήλῃ τὰ οἰκεῖα καθ' αὑτὸν δυσπραγήματα, συνείθῳ τῇ κιθάρᾳ χρώμενος, τῷ δὲ σπόγγῳ

humeris, sed etiã humanissimus & accessu facillimus. Quas ob res ærumnosus ille Andronicus, filiam ei suam Irenen desponderat: nec ab incestis nuptiis abhorrens, modò Alexium intima familiaritate sibi coniungeret.

Nihil mutabilius aulica beneuolẽtia.

Vnde factum est, vt pluris eum faceret, quàm pridem filios suos, & imperij successorem relinquere in animo haberet: sed pòst mutato consilio filium Ioannem ei prætulit, suisque familiaribus dixit, Imperium diuino consilio non ab A in A, sed in I potius transiturum.

Andronici Cõneni inconstantia.

Ea sententia mutata, vnà etiam ardorem amoris erga Alexium immutauit. Neque enim vt prius amabatur, neque vbique Imperatoris lateri adhęrebat, sed vt charissimæ filiæ maritus, tantum honore quodam afficiebatur.

Ob vxorem, non ob seipsum colitur Alexius.

Verùm aliquanto pòst, & hunc lumine priuauit, cuius pœnæ caussam antè diximus. Deinde ab Imperatore Isaacio reuocatus, & pro Sebastocratore Cæsar designatus: palatium, quantum potuit, vitauit, priuatæque vitæ se dedidit. Sed ne sic quidem molestias effugit.

Aulę insidias expertus metuit.

Tum verò rebus in peius ruentibus, cũ ei capillus detondendus esset, non panem, spongiam & citharam petiit, vt olim quidam fecit fortunæ iniquitatem expertus: panem, vt corpus diuturna fame exhaustũ recrearet: citharam, vt mala sua deploraret: spongiam,

Solitudo nõ admodũ formidanda, rebus collapsis.

vt lachrymas abstergeret: sed casus illos æquo tulit animo, nihil de Prouidentia questus, neque Fortunæ leuitatem & varietatem in rebus humanis permiscendis insectatus. Bonorum verò suorum ereptionem perinde æstimauit, vt alius possessionem. Sed cum Drama, vbi cum ceperamus, Mosynopolim profecti, Papycium montem ascensuri essemus, vt monasticis cerimoniis eũ initiaremus: tum, vt fert natura humana, tristior solito apparuit: nec id quo animus angebatur, dissimulare potuit. Me verò vrgente, & subitæ mutationis causam rogitante: *Non habitum*, inquit, *vir amicißime, horreo* (*quid enim vestis mutatio periculi habeat?*) *sed promißiones quas secum fert habitus, reformido: & illud, quòd ad cœleste regnum nullo modo aptus est is qui manum aratro semel admotam per insaniam retraxerit.* His & aliis id genus dictis (vt erat homo facundus, & in sacris litteris versatus) Christianum pallium inuitus induit: & precibus quæ super eo peragebãtur, ne summis quidem auribus admissis, tantum radi se, & Athanasium appellari passus est. Illud sanè admirari queas, nec fortuitò accidisse dicas, quòd ex omnibus Papycij montis cellis eam delegit, in qua Protostrator Alexius à Manuele nulla probabili de causa (vt alibi diximus) sed tantùm ob amplissimas opes & singularem prudentiam,

Summa prudẽtia est pro uidentiæ diuinę decretis placido animo acquiescere: nã qui contra stimulos calcitrat, dedecus & plagas nouas acquirit.

Non in habitu sed in vitæ professione & labore cõsistit monachi votú.

Inuitus monasticũ pallium induit Alexius.

Patris delictum luit filius.

Manuelis in Alexij patrẽ iniquitas.

ἀποψήσῃ τὰ τῶν δακρύων ἀποκρεμνίσματα, ἅπερ ὡς ἐκ πέτρας γλαφυρῆς τῶν ὀμμάτων ἐκείνου ἀπελείβετο· ἀλλὰ πράως ἤνεγκε τὰ συμπίπτοντα, μὴ καταστενάζων τῆς προνοίας, μηδ᾽ ἐς τὸ τῆς τύχης ἄστατον καὶ παλίντροφον ἀπολύων τὰ καθ᾽ ἡμᾶς· τὴν δὲ τῶν προσόντων ἐκείνῳ ἀφαίρεσιν, ὡς οὐδὲ κτῆσιν ἄλλος τὶς ἐλελόγιστο. ἐπεὶ δὲ τῆς Δράμας ἀπάραντες, εἰς Μοσυνόπολιν ἀφικόμεθα, καὶ τῷ Παπυκίῳ προσβαίνειν ἐμέλλομεν, ὡς ἂν τὰ τῶν μοναχῶν ἐκεῖ τελεσώμεθα ἐπ᾽ αὐτῷ, τότε πεπονθώς τι ἀνθρώπινον, ἐπὶ συννοίας ἦν, καὶ ὑπεγνόφου τὸ πρόσωπον, διοίσειν οὐκ ἔχων τὰ ἔνδον θλίβοντα. ἐγκειμένου δέ μου, καὶ τὴν αἰτίαν πυνθανομένου τῆς ἐξάπινα μεταβολῆς, οὐ τὸ σχῆμα, φησί, φίλτατε ἀνδρῶν δέδια (τί γὰρ τὸ διάφορον ἔχει τῶν χρωμάτων ἡ ἄμειψις;) ἀλλὰ τὰ ἐπὶ τῷ σχήματι πεφρικὼς εἰμὶ ἐπαγγέλματα. καὶ τὸ μὴ εὔθετον εἰς τὴν τῶν οὐρανῶν εἶναι ὁπωσοῦν βασιλείαν τὸν βαλόντα χεῖρα ἐπ᾽ ἄροτρον, καὶ στραφέντα φρενοβλαβῶς. καὶ ὁ μὲν τοσαῦτα εἰπών, καὶ ἄλλως ὢν ἀποφθεγματικός, οὐχ ἑκόντι τὸ κατὰ Χριστὸν ὑπέδυ τριβώνιον μηδ᾽ ἄκροις ὠσὶ τὰ ἐπαδόμενα ἐνηχούμενος, μόνον δ᾽ ἐν χρῷ κουρείας ὁ ἀκερσεκόμης γινόμενος, καὶ μετονομασθεὶς Ἀθανάσιος. θαυμάσαι δ᾽ ἄν τις ἐκείνῳ μηδὲ τυχαίως εἴπῃ συμβῆναι. ἐκ γὰρ ἁπασῶν τῶν κατὰ τὸ Παπύκιον μονῶν ἐκείνην κατοικεῖν ᾑρετίσατο, καθ᾽ ἣν ὁ Πρωτοστράτωρ Ἀλέξιος τὴν κοσμικὴν ἀπεκείρατο τρίχα, παρὰ τοῦ βασιλέως συλληφθεὶς Μανουήλ, δι᾽ αἰτίαν μὲν οὐδαμῶς πρόδηλον, ὡς ἐν τοῖς περὶ τούτου εἴπομεν λόγοις. ὅτι δ᾽ ἐβεβρίθει πλούτῳ πολυταλάντῳ, καὶ ἦν ἱκανὸς βουλεύσασθαι,

καὶ

καὶ κατασπεύξασθαι περιδέξιος. τὴν γὰρ ἐκ τῶν πατρικῶν ὀμφάκων πρὸς τοὺς υἱεῖς μεταρρέουσαν αἱμωδίαν, καὶ ὁ Κομνηνὸς οὗτος Ἀλέξιος, ὡς ἔοικεν, παθεῖν κατακέκειτο. ἀλλ' οὔπω τρεῖς μῆνες παρίππευσαν, καὶ βασιλεὺς αὐτὸν ἐκεῖθεν ἀνακαλεσάμενος, ἔδειξεν ἐξ ὧν ἔδρασεν, μὴ σὺν λόγῳ τὰς οἰκείας πράξεις ποιεῖσθαι, καὶ διὰ τοῦτο χαίρειν ταῖς ἀγχιστρόφοις μεταβολαῖς κατὰ τὸν τῆς Αὐλίδος πολυρρόθιον πορθμόν. παραλαμβάνων γὰρ τὸν Ἀλέξιον σύσσιτον, νώτοις διηνεκέσι γέραιρε κρεῶν, ὡς Ἀγαμέμνων πάλαι τὸν Αἴαντα, καὶ ἐνάγων πρὸς τὴν τῶν προκειμένων ἐδεσμάτων ἀνυπόστολον ἔφαψιν, φάγε καθηγούμενε, πολλάκις ἐπέλεγεν. οὐ τὸν Ἀλέξιον δὲ καὶ τὸν Ἀνδρόνικον οὕτω διέθετο Ἰσαάκιος, ἀλλὰ καὶ Κωνσταντῖνον τὸν Ἀσπιέτην, ὑποφθεγξάμενον τοῦ στρατεύματος οὗ ἡγεμόνευε, τὸν κατὰ τῶν Βλάχων μετιὼν πόλεμον, καὶ φήσαντα μόνον· ὡς οὐ φέρειν ἔχουσιν οἱ στρατιῶται, λιμῷ καὶ Βλάχοις διαμιλλᾶσθαι, δυσὶ δυσπαντήτοις κακοῖς, ἀλλὰ χρεὼν αὐτοῖς παρασχεθῆναι τὰ ἐπέτεια σιτηρέσια, τὸν θυμὸν ἐκκόψαι μὴ δυνηθεὶς, κατέσχε τε αὐτίκα μεταστήσας τῆς ἀρχηγίας, καὶ τοῦ φωτὸς τῶν ὀμμάτων ἐστέρησεν, ἀναταράττειν ὑποπτεύσας τὸν ἄνδρα τὴν στρατιὰν τῷ τῆς ὑπερηγορίας προσχήματι. ὁ δὲ τοῦ Κομνηνοῦ Ἀνδρονίκου υἱὸς, ὃν προσεχῶς εἰρήκειμεν, οὐκ οἶδ' εἴτε τῆς πατρικῆς ἀποστασίας ἀναπληρῶσαι τὸ μέτρον βουλόμενος, εἴτε τῷ τεκόντι ἐπαμῦναι προθέμενος, πρόσεισι μετὰ βραχὺ τῆς τοῦ πατρὸς τυφλώσεως τῷ μεγίστῳ ναῷ, ποθῶν ἐκεῖθεν εἰς βασιλείαν ἀναρπασθῆναι, καὶ ἀναρρηθῆναι πρὸς τοῦ συνειλεγμένου λεώ. ἦν δὲ ἑορτή, ἀλλ' οὔπω τοῖς συνελθοῦσι κατὰ τὸ τέμενος ὁ τρόπος ἔγνωστο,

& in rebus gerendis dexteritatem captus, mundanum capillum posuerat. Nam in fatis erat scilicet, vt paterna delicta in filium redundarent, eúmque, vt prouerbio dicitur, stupor dentium ob acerbas vuas à patre gustatas, inuaderet. Cæterùm trimestri tempore nondum elapso, Imperator eo inde reuocato, se ea quæ faceret, nulla cum ratione facere, & Euripo inconstantiorem esse declarauit. Nam Alexium mensæ suæ adhibitum, subinde carnibus vt Agamemnon Aiacem honorauit, crebrò vt sine verecundia cibis appositis frueretur, hortans. Neque verò Alexium & Andronicum duntaxat sic tractanit Isaacius, sed & Constantinum Aspietam, ob exercitum, cui bello Blachico præerat, his verbis defensum: *Non posse milites cum duobus grauissimis hostibus Blachis & fame dimicare, sed annua stipendia eis persoluenda esse:* statim dignitate priuari & excæcari iussit, non moderatus iracundiæ suæ, quòd illum per speciem defensionis concitare milites suspicabatur. At Comneni Andronici filius, de quo modò diximus, haud scio an vt paternæ defectionis mensuram impleret, an vt patri opem ferret: non multo post eius excæcationem in maximum templum sese recipit, inde à cœtu populi (erat autem dies festus) se ad imperium abripi cupiens. Sed antequam causa ingressus eius vulgò innote-

Isaacij incōstantia.

Alexij redintegratio.

Constantini Aspietæ excæcatio.

Libertas sapienti duci damnum creat.

Andronici Comneni filij excæcatio.

Qui à populi manu pédet ſpe ſua non rarò fruſtratur.

ſceret: pro ſeditioſo comprehenſus excęcatur: & quia eorum exemplis qui rem eã fruſtra tentarant, non (vt decuerat) factus erat cautior, ſuo exemplo cæteros omnes à ſimili conatu deterruit.

Iſaacij clades in Blachica expeditióe.

3 Vt autem res Occidẽtis ſubinde in peius ruebant, & Blachi cum Comanis Romanas prouincias ferro & igni vaſtabãt: Imperator iterum egreſſus, Anchialo prætérita, per ambages Hæmum montem adit. Sed cum nihil ſua præſentia dignum gerere poſſet, bimeſtri tempore eam expeditionem circunſcripſit. Nam caſtella & oppida, nouis mœnibus & turribus adornata, longè munitiora reperit: & propugnatores eorum inſtar ceruorũ alta petẽtes, nec aliter quàm capras in rupibus ſaltantes, pugnam ſtatariam detrectabant. Et quia Scytharũ quoque incurſionem timebat (tempus etiam id ad traiiciendum non erat incommodum) non diu ibi morari licuit. Cum autem non ea via qua venerat, rediturus, aliam breuiorẽ cõſectaretur, quæ per amœnas conualles Berroen ferret: & maiorem exercitus partem amiſit, & ipſe (niſi diuina ope conſeruatus eſſet) periiſſet. Nam cum ea via, quæ alicubi panderetur, & equitationi eſſet idonea, incedendum fuiſſet: ille in anguſtas fauces & mõtium cauernas, vbi torrens exiguus præterfluebat, & ſe

Blachorum ſtratagema.

Scytharum incurſiones formidabiles.

Iſaaci pericula.

Anguſta itinera ingentibus copiis ſuſpecta eſſe debent.

καθ' ὃν ἐκεῖσε εἰσέδραμε, καὶ χειροῦται ὡς ἀποστάς, καὶ στέρεται τοῦ φωτός, μὴ ταῖς τῶν προϊόντων, καὶ τῶν κατὰ σκοπὸν ἀποπεσόντων ποιναῖς παιδευθείς, καὶ δέον ἄλλον τινὰ εἶναι τὸν ὕστατα τιμωρούμενον ὡς βασιλείας ἐρῶντα, καὶ τοῖς τε μένει προσιόντα, οὗτος ἐπισφράγισμά τι, καὶ τελευταῖ γέγονε τῶν ἀποστατῶν· οὐ γὰρ ἐκ τότε τις τὴν βαδίσαι προέθετο.

3 Ὡς δὲ τὰ κατὰ δύσιν χειρόνως εἶχον ἀεί, καὶ οἱ Βλάχοι ληϊζόμενοι μετὰ Κομάνων, καὶ δῃοῦντες τὴν ὑπὸ Ῥωμαίους, ἐπέεσαν συνεχῶς, ἔξεισιν αὖθις ὁ βασιλεὺς κατ' αὐτῶν. καὶ δὴ τὴν Ἀγχίαλον παραλλάξας, ἐκ περιελεύσεως τὸν Αἷμον εἴσεισι. μηδὲν τι δὲ ἔχων παρουσίας βασιλέως ἄξιον διαπράξασθαι, δυσὶ μησὶ τὴν ἐκστρατείαν ἀφώρισε. τὰ γὰρ ἐκεῖσε φρούρια καὶ πολίχνια ἰσχυρότερα τῆς προτέρας εὗρε περιβεβλημένα ἰσχυρῶς τε τείχεσι νεοδμήτοις καὶ ἀρτιστεφέσι προσδιειλημμένα βάρεσι, καὶ τοὺς ἔξωθεν ἀμυνομένους ὡσεὶ καὶ ἐλάφους ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ τοὺς πόδας ἱστῶντας, καὶ δίκην αἰγῶν κρημνοβατοῦντας, καὶ τὴν μὲν Ῥωμαίων συμπλοκὴν ἀλυσκάζοντας, τὴν δὲ καὶ Σκυθῶν ἐπιδρομὴν ὑφορᾶσθαι τὸν αὐτοκράτορα (ἦν γὰρ καὶ ὁ καιρὸς εἰς τὴν τούτων περαίωσιν οὐκ ἀνάρσιος) ὀξεῖαν τὴν ἐκεῖθεν ἠνάγκασε ποιῆσαι μετάβασιν. οὐκοῦν μὴ δι' ἐκείνης ἀναχωρῆσαι προθέμενος, δι' ἧς εἰσελήλυθεν, ἀλλ' ἐπιτομωτέραν ἄλλην μεταλλῶν, καὶ τὴν τέμνων εἰς Βερρόην διὰ τῶν ἐκεῖσε τεμπῶν ὑποκαταβήσεται, τότε πλεῖον ἀπώλεσε τοῦ στρατεύματος· καὶ εἰ μὴ κύριος ἦν ἐν αὐτῷ, καὶ αὐτὸς τοῖς ᾅδῃ παρῴκησεν ἄν. δέον γὰρ διὰ τῆς εὐρυνομένης ἐνιαχοῦ καὶ ἐνδιδούσης ἱκανῶς ἐνιππάσασθαι πορευθῆναι, τρυμαλιᾷ δυσβάτων χαρειῶν καὶ ὀρεινῶν παρόδων αὐλῶνι παρενέβυσεν ἑαυτὸν καὶ τὴν στρατιάν.

στρατιάν. παρέρρει δὲ κατὰ τὸν ἐκεῖ χῶρον ὑδάτιον ἐκ χειμάρρου. προῆγον μὲν οὖν ὁ Πρωτοστράτωρ Μανουὴλ ὁ Καμύτζης, καὶ ὁ Κομνηνὸς Ἰσαάκιος, ὁ τοῦ ὕστερον βασιλεύσαντος Ἀλεξίου γαμβρὸς ἐπὶ θυγατρί. ὀπισθοφυλάκει δὲ ὁ Σεβαστοκράτωρ Ἰωάννης ὁ Δούκας, ὁ πρὸς πατρὸς θεῖος τοῦ βασιλέως. τὸ δὲ μέσον ἐπεῖχε τῆς φάλαγγος, ἧς ἐπίπροσθεν ὤδευε τὰ σκευοφόρα καὶ τὸ ἑπόμενον ἔξω τάξεως ὑπηρετικόν, αὐτός τε ὁ βασιλεὺς Ἰσαάκιος, καὶ ὁ τούτου αὐτάδελφος ὁ Σεβαστοκράτωρ Ἀλέξιος. οἱ δὲ βάρβαροι παρ' ἑκάτερα τῆς στενῆς ἐκείνης παρόδου φαινόμενοι, δῆλοι ἦσαν ἀεί τι τελέσοντες δεινόν. τὰ μὲν οὖν προπορευθέντα παρήλθοσαν ἀμαχεί, μήπω τῶν Βλάχων ἀπηντηκότων κατὰ τὰ στενὰ τῆς ὁδοῦ, καὶ ἄλλως δὲ κρινάντων ἐπιεικῶς ὠφέλιμον, τοὺς πρώτους παριόντας ἀναιμωτὶ τὰς ἄκρας ὑπερβαλεῖν, τῷ δὲ μέσῳ συνεπιστῆναι, καὶ προσαράξαι σφᾶς τῆς φάλαγγος, καθὸ πάρεστι βασιλεὺς, καὶ ἡ τούτου θεραπεία, καὶ ὁπόσον αὐτῷ κατὰ γένος ἐπίσημον προσεφέπεται. καὶ οὐκ ἐψεύσθησαν τοῦ κατὰ σκοπόν. ἐπειδὴ γὰρ προὐχώρησεν εἰς πολὺ τοῦ χαλεποῦ ἐκείνου τόπου, καὶ μηδαμοῦ διάφευξιν ἔχοντος ὁ αὐτοκράτωρ, οἱ βάρβαροι τηνικαῦτα μετὰ πλείστου ὁμάδου ἐπέθεντο. ἀλλ' οὐδ' οἱ τοῦ πεζικοῦ στρατεύματος Ῥωμαϊκοῦ ἐπὶ τούτοις ἠμέλουν, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ μὴ ἐγκυκλωθῆναι ἀποδιδόντες, πρὸς τὸ ἄναντες ἐφορμῶντες τοῦ χώρου ἀνέστελλον, εἰ καὶ πονήρως μάλα καὶ ἐπικινδύνως τοὺς ὑποκατιόντας τῶν ἀκρωρειῶν βαρβάρους. ὡς δ' ἐβιάζοντο τῷ πλήθει, καὶ τοῖς ἐπικυλιομένοις λίθοις κακῶς οἱ Ῥωμαῖοι ἔπασχον, ἐνεδίδοσαν εἰς τροπήν, πλὴν ὑφειμένως καὶ τότε, οὐδ' ὑπεράγαν, καὶ τοῦτο οὐκ ἐπὶ πολύ· τὸ γὰρ ἀεί τι τοὺς ἀλλοθρόους πλεονεκτεῖν, ἐπιβρίθοντάς τε καὶ κατὰ πλείονας ἐγκειμένους, ἐπικατέβαλε σφᾶς ἀκόσμως τῇ στρατιᾷ. τὸ δ' ἀπὸ τοῦδε

& exercitum intrusit. Præcedebat autem Manuel Camyzes Protostrator, & Comnenus Isaacius, Alexij eius qui pòst imperauit, gener. agmen claudebat Ioannes Ducas Sebastocrator, Imperatoris patruus. Mediam phalangem, quam impedimenta & seruitia extraordinaria præcedebant, ipse Imperator Isaacius & eius frater Sebastocrator Alexius obtinebant. Barbaros verò, se ab vtroque angustiarum latere ostendentes, satis apparebat, semper malè cogitare. Ac antegressę legiones citra dimicationem è faucibus illis euaserunt, quòd Blachi nondum eò peruenerant: & è re quoque sua esse iudicarant, vt primis neglectis, mediam phalangem, in qua esset Imperator, eiúsque ministri, & reliqua nobilitas, aggrederentur. nec opinione sua sũt decepti. Nam vt in faucibus illis, fugæ nullum spatium relinquentibus longè processerat, tumultuosissimam pugnam cient. Neque Romanus peditatus segnior, ne circumueniretur, in arduum tendens, barbaros cum labore &periculo è cacuminibus descendentes reprimebat. Sed cum multitudine telorum & deuolutis saxis vrgerentur, fugæ se paulatī & quasi dissimulanter initiò mandarunt, donec barbaris

Exercitus Isaacij dispositio.

Blachi occasiones circumspiciunt.

Et non sine stratagemate Græcum adoriuntur exercitum.

Peditatus in angusto itinere difficulter pugnat.

Hostis è montibus cũ impetu ruens aduersarias copias facilè dissipat.

maiori ſubinde ſucceſſu & impetu irruentibus perturbati, effuſè fugerunt, de ſua quiſque tantùm ſalute ſollicitus, & velut pecudes in ſtabulo concluſæ, defendente nemine cæduntur. Imperator verò tanquam in mediis caſſibus irretitus, ſæpe quidem irruentes in ſe barbaros propulſare conatus, præterquam quòd nihil profecit, etiam tegumen capitis, quam Caſin vocant, amiſit. Sed cùm multi fortiſſimi viri circa eum conglobati, multa iumenta & nonnullos etiam, vt ferunt, Romanos milites progreſſioni obſtantes occidiſſent, euadendi facultatem habuit: & multis interfectis, ſolus vulnerum expers conſeruatus, cum ad antegreſſos perueniſſet, more Dauidico gratias Deo perſoluit, qui caput ſuum eo prælio obumbraſſet. Ducas verò Sebaſtocrator, cum ſe progredi non poſſe videret, bonum ducẽ nactus, quẽ miles quidam eius Litoboes ex barbarica cohorte pellexerat, alia via ſine vlla noxa eſt elapſus. Imperator cum per Crenum Berroen perueniſſet, incolumem exercitum qui anteceſſerat, nihil de ſe boni ſperantem reperit. Ferebatur etiã vnà cum copiis periiſſe. Ad eum aduerſum rumorem abolendum, paucos dies in illis partibus commoratus, in vrbem imperatricem rediit, infauſta fama alio nuncio abolita, quem ipſe Carthagi-

Iſaacij ingẽs periculum.

A quo ſuorũ ſtrenuitate, quæ Dei manus eſt, liberatur. Mali conſilij ignominioſus exitus.

Sebaſtocrator ſolertia, quum vi nõ poſſet, ſine noxa elabitur.

Iſaacius Hannonem imitatus, falſam victoriam iactat.

συγχύσεως γινομένης, καὶ πάντων σώζειν ἑαυτοὺς προθεμένων, ὡς θρέμματα κατακλεισθέντα σηκῷ κατήκιζον οἱ πολέμιοι τὸν ἐπικαταλαμβανόμενον, καὶ ἀεὶ τοὺς ἐν χερσὶν ἔκτεινον. ἀμύνων δὲ οὐδεὶς ἦν, οὐδ᾽ ἠδύνατο. βασιλεὺς δὲ αὐτὸς ὡς ἐν ἄρκυσι μέσος ληφθεὶς, πολλάκις μὲν ἀπώσασθαι τὸ καθ᾽ αὑτὸν ἐπιὸν ἀπεπειράσατο βάρβαρον, σὺν δὲ τῷ μηδὲν ἀνύειν καὶ τὸν τῆς κεφαλῆς ἀπεβάλετο Κάσιν. πολλῶν δὲ καὶ κρατίστων συνειλεγμένων περὶ αὐτὸν, καὶ πολλὰ μὲν ἀνῃρηκότων ὑποζύγια· ὡς δέ φασι καὶ στρατιώτας Ῥωμαίους, ὁπόσοι τῇ παρόδῳ διὰ τὴν συμπίλησιν παρεῖσαντο, οὕτως αὐτῷ ἡ ἔξοδος διευμαρίσθη, καὶ σέσωστο μόνος ἄτρωτος ἀπολωλότων πολλῶν. καὶ ὁ μὲν τοῖς προηγησαμένοις συναφθεὶς τάγμασιν, ἔθυε σῶστρα Δαυιτικῶς τῷ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ κατὰ τὸν τότε πόλεμον ἐπισκιάσαντι σωτῆρι Θεῷ. ὁ δὲ Σεβαστοκράτωρ ὁ Δούκας, μὴ βατὰ καθορῶν τὰ ἐν ὄψεσιν, ἄλλην ἐβάδισεν, ἀγαθοῦ τινος ἡγεμόνος εὐπορήσας, ὃν τοῦ κατ᾽ αὐτόν τις στρατεύματος Λιτοβόης τοὔνομα ἐκ τοῦ τῶν βαρβάρων τάγματος προσδιαλεξάμενος ἐπεσπάσατο, καὶ δι᾽ ἐκείνης ἀπείρατος ἐξῆλθε κακοῦ. βασιλεὺς δὲ διὰ τοῦ λεγομένου Κρηνοῦ πρὸς τὴν Βέῤῥοιαν ἀποσωθεὶς, εὗρε τὴν προεξελθοῦσαν ἀπαθῶς στρατιὰν, οὐκ ἀγαθὰ φανταζομένην περὶ αὐτοῦ. διεθρυλλεῖτο γὰρ, ὡς καὶ αὐτὸς τῷ λοιπῷ συναπολώλει στρατεύματι. διὰ γοῦν τὸ τῆς φήμης ἄγνωμον ὁ βασιλεὺς ὀλίγας ἡμέρας τοῖς ἐκεῖ που προσδιατρίψας μέρεσι, πρὸς τὴν τῶν πόλεων ἐπάνεισι βασιλίδα. ἡ μέντοι ἀπευκταία περὶ τοῦ κρατοῦντος ᾄδουσα φήμη ὑφ᾽ ἑτέρας ἀγγελίας παρευδοκίμητο· ἣν πτερώσας ὁ βασιλεὺς,

ἀφῆκε κατὰ τὸν Καρχηδόνιον Ἄννωνα τὰς πόλεις ἐπιοῦσαν νικητὴν αὐτὸν διαγορεύειν. ἀλλ᾽ οὔτε Ἄννων ἐπὶ πολὺ ὤνατο τῆς τῶν ᾠδικῶν ὀρνίθων συλλογῆς, οὓς μετὰ τὸ διδαχθῆναι διὰ μειρακυλλίων ὡς Ἄννων Θεὸς ἐνδελεχῶς παρακαθημένων αὐτοῖς, καὶ τοῦτο ὑποβαλόντων ἀεὶ μάθημα διαφῆκεν ἄλλοσε ἄλλον, ὡς ἁπανταχῆ διαῤῥούσῃ τὸ ὑπ᾽ αὐτοῦ τῶν ὀρνίθων μέλος. λύσαντες γὰρ τὸ πτερὸν, οὐκέτι Ἄννων ἦδον Θεὸς, ἀλλὰ τὰ τῶν ὀρνίθων καὶ πάλιν ἐμυσσούρζοιεν ὡς πρότερον. οὔτε βασιλεὺς ἐς μακρὸν τῆς διαγγέλου φήμης ἀπέλαυσεν. ἡ γὰρ πλάσις πολυάνθρωπος γινομένη, τὰς πόλεις ἐπιστεναχούσας ἐδείκνυ, καὶ τοὺς ἀγροὺς, κῶμον καμάζοντας ἄγριον. εἰσιὼν δὲ τὴν τῶν πόλεων ἄρχουσαν, ὑπεχάλασέ τι μικρὸν τῆς ὀφρύος, καὶ ἦν ἐπὶ τοῖς συμβεβηκόσι τούτοις δακνόμενος. πρότερον δὲ οὐχ οὕτω διέκειτο, ἀλλ᾽ ἀπαίρων κατὰ βαρβάρων, τὰ προφητικὰ ἐκεῖνα εἰς ἑαυτὸν μικροῦ ἐφελκόμενος ῥήματα, ὥστε ἐν εὐφροσύνῃ ἐξελεύσεσθαι, καὶ ἐν χαρᾷ εἰσελεύσεσθαι, καὶ ὡς τὰ ὄρη καὶ οἱ βουνοὶ ἐξαλοῦνται, προσδεχόμενοι αὐτὸν ἐν χαρᾷ, καὶ πάντα τὰ ξύλα τοῦ δρυμοῦ ἐπικροτήσει τοῖς κλάδοις, καὶ ἀντὶ στοιβῆς ἀναβήσεται κυπάρισσος, ἀντὶ δὲ κνύζης ἀναβήσεται μυρσίνη. ἐπεὶ καὶ ἀλλοκότοις δόξαις περὶ ἑαυτοῦ συγκεκρότητο, καὶ πολλάκις τὰ ἐν μυχῷ καρδίας ἐπιλυγαζόμενα ἐκφέρων ἐφθέγγετο, μὴ διὰ τὸ Θεοῦ κρίσιν πάντας καταλιπεῖν, καὶ τὰ κοινῶς ὑφ᾽ ἡμῶν ἡμαρτημένα, βαρυνθῆναι τὸ οὖς Κυρίου, τοῦ μὴ ἀκούειν ἡμῶν, καὶ παραδοθῆναι ἡμᾶς εἰς μαστίγωσιν λαῷ μωρῷ, καὶ οὐχὶ σοφῷ, ἀλλὰ τίνοντας δίκην τοῦ ὀπίσω τοῦ Βρανᾶ πορευθῆναι

nensis Hannonis exemplo, de sua victoria in vrbibus spargendum curarat. Cæterùm neque Hanno diuturnum fructum ex Musicarum auium cantu percepit, quas à pueris continenter edoctas Hannonem esse Deum, alias alio dimiserat, vt volucrum illa cantilena passim audiretur. Nam cùm auolassent, destiterunt canere, Hannonem esse Deum: & veterem suam cantilenam repetiuerunt, & Imperator victricis famæ gloriolam citò amisit. Nam interfectorum multitudo vrbes & agros luctu complebat. Vrbem ingressus, cladis illius dolore nonnihil de supercilio remisit. Nam ante eam expeditionem, Propheticis illis verbis ad se accommodatis, putabat, se cum lætitia egressurum, & cum gaudio ingressurum, & montes ac colles præ expectatione sui hilariter exultaturos, & omnes syluæ arbores ramis sibi applausuras: pro gramine cupressum, & pro rubo myrtum nascituram. Nam absurdis de semetipso opinionibus imbutus, ea quæ in animi penetralibus insederant, proferebat: non ob publica nostra peccata & Dei iudicium ab omnibus derelictum, aurem Domini esse obturatam, quo minus nos audiret, & populo stulto & barbaro nos flagellandos esse datos: sed pœnas dedisse

Stultæ ambitionis speculum.

Hannone stultior Isaacius. Principum enim ineptiæ sunt aliis noxiæ.

Isaacij inanes magnarum rerum imaginationes.

Absurdas opiniones de seipsis stulti principes (vt Ixion nubé) auidè amplectuntur.

Pœnarum publicarū causas libenter ignorant.

defectionis, quòd Branam secuti essent ij qui hostibus prædæ fuissent. *O diabolicas cogitationes & inspirationes: Si nonnullis Principibus persuasum est, multa piorum millia ob qualecunque in eos delictum sanguinariis gentibus ouium instar ad cædem & internecionem dedi.* Quis enim lachrymosus Hieremias satis deploret eos qui capiuntur, qui occiduntur, qui in longinquas regiones venduntur, eas præsertim, in quibus Christi nomen non inuocatur? Neque illa insolentia contentus, monarchiam de se iactabat, & opes gentium & Palæstinæ liberationem, & gloriæ Libani adeptionem, & Ismaelitarum vltra Euphratem fluuium profligationem, & barbararum gentium vndique depulsionem. Adiiciebat, quos tum duces habiturus esset, eos non fore nostris similes, sed summam potentiam habituros, & diuitias gentium comesturos, & pinguedinis eorum medullas exhausturos, Regibus & Toparchis authoritate & splendore similes. In huiusmodi ineptias impulsus est à vanis hominibus, qui nostra etiam ætate vigent, & veluti tineæ vanitatibus istis ingenium eius nouarum rerum auidum subibant, & erodebant: aut potius, vt nutrices infantem in cunis collocant, ita illi

Scipsos supra ipsum Deum superbè esse runt, & subditorũ sanguinẽ habẽt vilissimum.

Nouas monarchias, melancholici ęgri, miras chimæras, vigilantes & dormientes, imaginantur.

Atque felicitatem vtopicam ridiculè somniant.

Diuina cul & eiusmodi nugatores ex stulto principem insanũ reddunt.

Elegans comparatio.

ἀποστασίαν κατ᾽ αὐτοῦ νοσήσαντος, τούτοις ἐκδεδόσθαι τοὺς προνομευομένους κακοῖς. ὢ τῶν τοῦ πονηροῦ σκεμμάτων τε καὶ ὑφηγημάτων, εἰ οὕτω τῶν ἀρχόντων τινὲς ὑπειλήφασιν, ὡς εὐσεβῶν μυριάδας τῆς ὁποιασοῦν ὑπό τινος αὐτῶν παροινήσεως ἀντάλλαγμα καὶ ἀντίψυχον ἐκδίδωσιν ὁ Θεὸς συγκινηθεῖσιν ἔθνεσι, καὶ ὡς πρόβατα σφαγῆς παρίησιν αὐτοὺς ἀπάγεσθαι καὶ ἀποκτείνεσθαι. τίς γὰρ Ἱερεμίας πολύδακρυς ἐθρήνησεν ἂν ἀρκούντως τοὺς αἰχμαλωτιζομένους, τοὺς ἀναιρουμένους, τοὺς εἰς τὰς πορρωτέρω χώρας ἀποδιδομένους, καὶ τούτων ἐφ᾽ ὅσαις τὸ τοῦ Χριστοῦ μὴ ἐπικέκληται ὄνομα; οὐ ταῦτα δὲ μόνον διεξιὼν ἦν, ἀλλ᾽ ὅτι καὶ μοναρχίαν περιβαλεῖται, καὶ θηλάσει γάλα ἐθνῶν, καὶ αὐτὸς ἔσεται τὴν Παλαιστίνην ἐλευθερῶν, καὶ τὴν δόξαν τοῦ Λιβάνου κτώμενος, καὶ τοὺς Ἰσμαηλίτας ὑπὲρ τὸν Εὐφράτην ποταμὸν κρατίζων καὶ ληϊζόμενος, καὶ τὸ βαρβαρικὸν κύκλῳ ἀνακαθαίρων. προσετίθει δὲ καὶ ὡς οἱ τότε ὑπ᾽ αὐτὸν ἡγεμόνες οὐκ ἔσονται τοῖς σήμερον ὅμοιοι, ἀλλ᾽ ἰσχὺν περιβαλοῦνται πλείστην, καὶ πλοῦτον ἐθνῶν ἔδονται, καὶ τὰ πάχη αὐτῶν ἐκμυελιοῦσιν εἰς τὴν αὐτὴν ῥηξὶ καὶ τοπάρχαις ἐξουσίαν καὶ περιφάνειαν καθιστάμενοι. ἔλεγε δὲ τὸ τούτων πάντων ὑφηγητὰς Ἰσαακίῳ καθεστάναι τοὺς ἐς ἡμᾶς ματαιολόγους, ὥσπερ σῆτας ταῖς κενοφωνίαις ταύταις τὴν ἐκείνου φύσιν πρὸς τὰ καινὰ τῶν ἀκουσμάτων οὖσαν κατάρροπον ὑπεισιόντας καὶ κατεσθίοντας, ἢ μᾶλλον ὡς αἱ τίτθαι τὰ βρεφύλλια ἐπικλινῆ τιθέντας πρὸς ῥαστώνην, καὶ βίον

καὶ βίον ἐξημβλυμμένον ἀναπεπτωκότα τε δεικνύντες τὸν βασιλέα τοῖς τῶν τοιούτων μυθολογημάτων ἐπάσμασιν, οἷα δὴ καὶ μηδὲν αὐτουργοῦντος αὐτοῦ, τῆς ὡρισμένης δ' ἐπιστάσης, ὑποχειρουμένων αὐτῷ πασῶν τῶν βασιλειῶν, καθ' ὃν δὴ τρόπον καὶ οἱ πάλαι ζωγράφοι Τιμόθεον ἔγραφον, αὐτὸν μὲν καθεύδοντα, τὴν τύχην περιϊοῦσαν καὶ εἰς ἕνα κύρτον τὰς πόλεις ἐμβάλλουσαν, καὶ προσαγαγοῦσαν αὐτῷ καὶ παραδιδοῦσαν. τὸ δὲ δὴ θαυμάζεσθαι ἀξιώτερον, ἔλεγε διαρρήδην, ὡς ὁ Κομνηνὸς Ἀνδρόνικος, ὃν αὐτὸς τῆς ἀρχῆς καθελὼν, εἰς θάνατον ἐξέδωκε πονηρὸν, ἐννεαετίαν ἤμελλε τῇ βασιλείᾳ Ῥωμαίων. συνέστειλε δὲ τὴν ἐκείνου ἐννεαρχίαν εἰς τριετίαν Θεὸς, ὡς ὄντος κακοεργοῦ, ἀμέλει τοι καὶ ὡς ῥάκος πορφύρας ἐπιβέβληται τῇ αὐτοῦ ἀρχῇ καὶ οἱ ἐξ ἐκείνου λυκάβαντες. καὶ μέλλει κατὰ τούτους αὐτὸς τοὺς χρόνους μὴ εἶναι πάνυ τοι ἐπιεικής τε καὶ μέτριος, μηδὲ ὡς ἐπίπαν ταῖς ἀγαθοπραξίαις γαννύμενος, ὡς τῶν κακοποιῶν Ἀνδρονίκου ἐνιαυτῶν πρὸς τὴν ἐκείνου μεθελκόντων φύσιν αὐτὸν, καὶ ἀποσπώντων ἀναγκαστῶς. ταῦτα δὲ εἰ καὶ Ἀνδρονίκῳ τὸ ἀνεπέγκλητον χαρίζονται, ὡς κατὰ χρόνους ἄρξαντι κακοποιοὺς, καὶ συνίστησι τὴν εἱμαρμένην καὶ τὴν ἀνάγκην, ὡς τῶν Ἑλλήνων τινὲς παρίημι τοῖς βουλομένοις σκοπεῖν. ἐπεὶ δὲ οἱ ἓξ παρήλθοσαν ἐνιαυτοὶ, ἔδειξεν ἐκ τῶν πραγμάτων αὐτῶν, μὴ τὴν χρονικὴν περίοδον, ἀλλὰ τὴν γνωμικὴν ἰδιότητα ὑποβάλλειν καὶ ὑποτιθέναι τὰ βουλητέα ποιεῖν· ἀγαθὰ γὰρ ἐπαγγελλόμενος μείζονα τοῖς ὑπηκόοις εἰς τοὺς μετέπειτα ἐνιαυτοὺς, οὐδέν τι τῶν προτέρων εἰργάσατο ἄμεινον.

4 Οἱ μέντοι Βλάχοι τῷ ἀεὶ νικᾶν Ῥωμαίους ὀφρυαζόμενοι, καὶ πλοῦτον ἁβρὸν

ita illi ipsum ad socordiam & ignauiam suis fabulis & commentis impellebāt: quasi verò ipso dormitante, cum fatalis hora instaret, regna in eius potestatem vltrò casura essent: quemadmodum veteres Timotheum pinxerūt dormientem, fortuna interim circumeunte, & vrbes in vnum rete contractas ei tradente. Et quod magis mireris, asseuerabat Andronicum Comnenum, quem ipse imperio pulsum miserabiliter trucidandum curarat, IX annos in imperio exacturum fuisse, nisi à Deo propter improbitatem illius, ad triennium contracti essent: & sex illius anni, tanquam panni purpuræ, suo imperio adiecti, quibus non omnino clemens & moderatus futurus esset, neque beneficentię rationem vbique habiturus, quippe cùm à maleficis annis Andronici ad illius naturam per vim traheretur. Quibus verbis an excusarit Andronicum, vt maleficis temporibus Imperio potitū, & fati necessitatem, vt quidā ex Græcis, probarit: aliis iudicandum relinquo. Postquam verò sex anni præterierunt, suo exemplo demonstrauit, non annorum circuitu, sed animorum impulsu nonnullos ea fecisse quæ voluerunt. Nam cùm maiora bona polliceretur, insecutis annis nihilo clementiùs tractauit subditos.

4 Enimuero Blachi crebris victoriis elati, & ex Romanorū spoliis magnas opes

Miserrimi omnium hominum illi sunt Principes, qui in nugatorum istorum manus incidūt.

Dum malesana mens alios carpit, non videt manticę quod in tergo est.

Malis temporibus, dominatio est periculosissima vt in graui tempestate sedere ad clauum. Et functio publica certè hominem arguit.

Blachorum & Scytharum grassationes. hominis ina-

nibus Isaacij iustus iudex opponit asperrima vindictę suæ flagella.

& omnis generis arma consecuti, deinceps nullo modo cohiberi potuerunt: nec iam villas & agros passim populabantur, sed munitas etiam vrbes inuadebant. Anchialum quidem vastarunt, Barnam subegerunt, & Triadizæ, quæ olim Sardica dicebatur, maiorem partem deleuerunt, Stumpio ciues exegerunt. Niso quoque non paruam hominum & pecorum prædã abegerunt.

His autem neq. ad meliorẽ mentẽ, neq. ad moderatã reip. administrationem reuocatur miser Isaacius: imò contra stimulũ calcitrat.

Quãobrem Imperator vndique non aliter quàm fauus ab apibus circumuentus, & quibus prius aut posterius opem ferret dubitãs, exercitus inter duces distribuit, Barnam instaurauit, Anchialum turribus & præsidio firmauit. Quæ quamuis ab Imperatoria prouidentia non abhorrere viderentur, tamen hostes denuò superiores fuerunt.

Vim vi repellit, & iustè quidem: de iustitia diuina pacãda parum sollicitus.

Sed & ipse post æquinoctium autumnale in Philippicam prouinciam egressus, adductis vnà mulieribus. Blachorum & Scytharum incursiones pro virili prohibebat. Inuasit & Seruiorum Zupanum, qui maleficiis nõ abstinebat, & † Scopia euertebat.

† speculas.

Commisso ad flumen Morabum prælio, barbari terga dederunt: in eáque fuga non pauci aqua & ferro perierunt.

Ad tempus res prosperè cedunt eis quos mundi arbiter occulto fune ad pœnã tardã sed grauem sensim trahit.

Nisum quoque prætergressus, & ad Sauum fluuium profectus, socerum suum Belam Hungariæ regem adiit: & complures ibi dies commoratus, Philippo-

καὶ παντοῖον ὁπλισμὸν ἐκ τῶν Ῥωμαϊκῶν λαφύρων περιβαλλόμενοι, ἀκατάσχετοι τοῦ λοιποῦ ταῖς ὁρμαῖς ἐγεγόνεισαν, καὶ οὐκέτι κώμας καὶ ἀγροὺς ἐληΐζοντο ἐπιόντες, ἀλλὰ καὶ κατὰ τῶν εὐπύργων ἐφωπλίζοντο πόλεων. τήν τε οὖν Ἀγχίαλον ἐξεπόρθησαν, καὶ τὴν Βάρναν παρεστήσαντο, καὶ κατὰ τὴν Τριάδιτζαν ἀφικόμενοι, ἣ ἐστιν ἡ πάλαι λεγομένη Σαρδική, τὸ πλεῖον αὐτῆς μέρος ἠφάνισαν, καὶ αὐτὸ δὲ τὸ Στούμπιον τῶν ἐνοικούντων ἐκένωσαν· ἀλλὰ καὶ εἰς τὸν Νῖσον ἀφικόμενοι, λείαν κἀκεῖθεν οὐκ ὀλίγην ἀνθρώπων τε καὶ ζώων ἐπεσπάσαντο. μὴ ἔχων δὲ ὁ βασιλεύς, ὡς οἷα ὑπὸ μελισσῶν κηρίον κυκλούμενος, τίνι τῶν κακῶς παθόντων ἐπαρήξει πρότερον, ἢ τίνι τελευταῖον βραβεύσει τὴν συνάρσιν, εἰς ἀρχηγοὺς μερίζει τὴν στρατιάν· ἀμέλει καὶ τὴν Βάρναν ἀνέκτισε, καὶ ἐπύργωσε τὴν Ἀγχίαλον, καὶ φρουρὰν αὐταῖς ἐγκατέστησε, καὶ ἐδόκει μὲν οὐκ ἀπὸ προμηθείας εἶναι ταῦτα βασιλικῆς. ἦσαν δὲ καὶ οὕτω τὰ τῶν ἐναντίων αὖθις ἐπικρατέστερα. ἐξιὼν δὲ καὶ αὐτὸς κατὰ τὰς μετοπωρινὰς τροπὰς περὶ τὴν Φιλίππου ἐπαρχίαν, καὶ τὴν γυναικωνῖτιν συνεπαγόμενος, ὡς ἐνῆν, ἀνέστελλε τὰς τῶν Βλάχων καὶ Σκυθῶν ἐπιδρομάς, ἀλλὰ καὶ τοῦ τῶν Σέρβων Ζουπάνου κακουργοῦντος, καὶ τὰ σκόπια φθείροντος, κατ' ἐκείνου ἐξώρμησε· καὶ ὡς συνερρώγεσαν αἱ τάξεις, κατὰ τὸν Μόραβον λεγόμενον ποταμόν, ἐνέκλιναν οἱ βάρβαροι. καὶ καταδιώξεως γινομένης, οὐκ ὀλίγοι τούτων ἀφανισμῷ παρεδόθησαν, ὕδασι καταβαπτιζόμενοι, καὶ δόρασι διαπειρόμενοι. παρελθὼν δὲ τὸν Νῖσον, καὶ περὶ τὸν Σάουβον γινόμενος ποταμόν, τῷ οἰκείῳ συνέμιξε κηδεστῇ, τῷ τῆς Οὐγκρίας ῥηγὶ τῷ Βελᾷ· καὶ συχνὰς ἐκεῖσε διατρίψας ἡμέρας, ἐπάνεισιν αὖθις εἰς Φιλιππούπο-

λιππούπολιν. κἀκεῖθεν τὴν μεγαλόπολιν εἴσεισιν, ἐκκλίνων τὴν εἰς τὸν Αἷμον πάροδον. εἰς δ' ἑτέραν τὴν κατὰ Φιλιππούπολιν χωρῶν ἀπιδὼν κυβέρνησιν, ὡς τῶν ἐκεῖσε μάλιστα κακῶς πασχόντων ἀεὶ, στέλλει τὸν οἰκεῖον ἐξάδελφον Κωνσταντῖνον, ὃν καὶ δοῦκα τοῦ στόλου προὐβάλετο, εἰς στρατηγὸν ἀποτάξας. ὁ δὲ κἂν οὔπω ὑπερβεβήκει τὸν μείρακα, τὸ γοῦν θυμοειδὲς παρεδείκνυεν ὡς οἱ τῶν λεόντων σκύμνοι τὴν ὀφρὺν εὐθὺς ἐκ γενέσεως, καὶ τῆς ἐπαυχενίου κόμης τὸ λάσιον, καὶ τὰς τῶν ὀνύχων ἀκωκὰς, οὕτω πρὸς ὑπακοὴν καὶ δέος τὸ σὺν αὐτῷ ἐρρύθμισε στράτευμα, ὡς νεύματι μόνῳ πείθεσθαί οἱ καὶ ἐννοήματι, καὶ πρὸς τὰ ἐπιταττόμενα ῥᾳδίως ὑπάγεσθαι. ἐστρατήγει οὖν μετὰ τῆς φυσικῆς ὀξύτητος. εἰ δέ που ἡ νεότης σφαδάζουσα ἐξέπιπτε τοῦ καθήκοντος, ἡ τῶν ἐκείνῳ συνεζευγμένων ὑποστρατήγων ἐμπειρία ταύτην ἀνασειράζουσα, μὴ ὅρους ὑπερβαίνειν ὑπετίθει τοῖς τακτικοῖς. ἔπτηξαν οὖν αὐτὸν οἱ ἀποστάται Βλάχοι, ὅσον οὐδ' αὐτὸν τὸν βασιλέα ἐποπτανόμενον κατεπλάγησαν, καὶ πολλάκις ὁ Πέτρος σὺν τῷ Ἀσὰν κείρειν τὰ κατὰ Φιλιππούπολιν καὶ Βερρόην προθέμενοι, οὐκ ἔλαθον ἐξιόντες τὸν Κωνσταντῖνον, ἀλλ' ἐφεπόμενον εἶχον, καὶ τὰς ἐκείνον κλονοῦντα φάλαγγας· ὥστε οὐχ ὡς πρότερον συχνὰς ἐποίουν τὰς ἐκδρομὰς, ἀλλὰ δέον τὰ λυσιτελῆ ταῦτα τῇ πατρίδι καὶ ταῖς ἐκεῖσε πόλεσιν αἱρεῖσθαι τὸν Κωνσταντῖνον, ὁ δὲ τὴν ἐναντίαν ἐτράπετο. ἐπαρθεὶς γὰρ τοῖς μικροῖς ἀγωνίσμασι τούτοις, ὡς τὰς φρένας ἀστατῶν τῇ νεότητι, ἤρξατο ὑποποιεῖσθαι τοὺς συνόντας αὐτῷ στρατηγοὺς, κἀκ τῶν ἐγχωρίων στρατιωτῶν ὁπόσοις τὸ γένος αἰδεσίμοις ἐγίνωσκε, καὶ περιδεξίοις εἰς ἔργα πολέμια. οὐκοῦν ἐπὶ βραχεῖαν ῥοπὴν ἐκ τούτων ἐσχηκὼς πρὸς τὴν τῶν

polim reuertitur, atque inde in magnam vrbem redit, declinato Hæmi transitu: initáque alia ratione Philippopolitanam prouinciam gubernandi, vt hostium grassationibus maximè obnoxiam: Constantinum fratrem patruelem cum imperio ablegat, quem classis quoque ducem crearat. Qui etsi adhuc adolescens, tamen quemadmodum leonum catuli à primo ortu supercilium, iubam & vnguium aciem ostendũt: sic ille statim animi vigorem & iracundiam præ se ferens, ita exercitum ad sui metum & obedientiam assuefecit, vt ad nutum & cogitationẽ paratus, iussa eius facilè exequeretur. Naturalem igitur in regendo milite acrimoniam secutus, si quando ætatis vitio ab officio deerrabat, errata eius legati corrigebant, monentes, ne vltra limites euagaretur. Proinde Blachi magis eum formidarunt quàm ipsum Imperatorem: ac Petrus & Asan sæpe Philippopolitanum & Beroenum agrum populaturi, Constantinum non fefellerunt, tergis subinde inhærentem, & phalangem eorum armis lacessentem: & minus crebras excursiones fecerũt. Cum autem Constantino ij successus ad patriæ & subiectarum vrbium salutem referendi essent, is contrariam viam secutus, & paruis illis dimicationibus ob ætatis leuitatem & temeritatem elatus, duces & milites nobiliores & rei bellicæ peritiores

Cõstantius Angelus repressis Blachis affectat imperium & excæcatur.

Bene est, si princeps bellicosus fidos legatos nanciscitur.

Acris celeritas belli feliciter conficiendi non minima pars.

Ex bellicis successibus prosperis superbia oritur quę leuia ingenia euertit.

Exigua fides pietásq. non paucis viris qui castra sequuntur.

sibi cõciliare instituit. Quos cum dicto audientes, & ad iuuandum institutum suum paratos inuenisset, pro ducis habitu Imperatoriam sumit: & ad tyrannidis occupationem declarandam, purpureũ calceum induit: sororísque maritum magnum Domesticum Occidentis, Basilium Batazem, vt secum actum sit, per literas certiorem facit. Is verò Adrianopoli tum degens, non modò facinus eius non probabat, nec puerilibus eius actis & insolentibus literis quicquam mouebatur: sed etiam importunam eius ambitionem deridebat, & vt iamiam periturum deplorabat. ídque euestigiò est consecutum. Nam cum eo consilio Philippopoli discessisset, vt Adrianopolim profectus, sororium Batazem vel inuitum in partes suas pertraheret, vbi ad Neuzium peruenit (locus is est, qui Philippopolitanam & Adrianopolitanam prouinciam disterminat (comprehenditur, & Imperatori ab iis ipsis proditur, à quibus ad defectionem impulsus, & Imperator salutatus fuerat. Qui vt suum facinus honesta specie velarent, ad Imperatorem scripserunt: Se non alio consilio seditiosum hominem secutos, nisi vt iniquæ temporum conditioni seruirent. Vidisse enim se, tum minimè fuisse tutum Constantini voluntati refragari, qui omnes duces iracundia vinceret, & ensem statim in eos stringeret, qui iussis eius non obsecundarent.

Batazes Constantinũ castigat. At superbũ citius frangas quã corrigas.

Militum erga Constantinum perfidia, & fucata apud Imperatorem excusatio. Iusta perduellium merces vt tãdẽ ab iis ipsis prodantur quorũ opera ad tempus abusi sunt.

κατ' ἔφεσιν ἐκπεράτωσιν, τῆς στρατηγίδος αὐθαιρεῖται στολῆς τὴν βασίλειον, καὶ τοὺς πόδας εἰς ἑτοιμασίαν τῆς τυραννίδος φοινικοβαφὲς ἀμφιέννυσι πέδιλον, καὶ παραδηλοῖ γράμμασι τὰ ἐπ' αὐτῷ τετελεσμένα τῷ τῆς ἀδελφῆς γαμέτῃ τῷ μεγάλῳ Δομεστίκῳ τῆς δύσεως Βασιλείῳ τῷ Βατάτζῃ. τὸν δὲ οὐ μόνον οὐκ ἔχειν ἐπαινοῦντα τὰ τετολμημένα, ἢ προσχόντα οἷς ἔπραττε νηπιωδῶς, καὶ οἷς ἔστελλεν αὐθαδῶς εἰς Ἀδριανούπολιν τότε διάγοντα, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον τὴν ἄκαιρον ὁμοῦ καὶ ἄλογον ἐκείνου φιλοτιμίαν καταμωκώμενον, καὶ ὡς ὅσον οὐδέπω ἀπολούμενον αὐτὸν ὀδυρόμενον, ὃ καὶ παρὰ πόδας ἐπηκολούθησεν. ἄρας γὰρ ἐκ τῆς Φιλίππου ἐπὶ σκοπῷ τοῦ κατ' Ἀδριανούπολιν γενέσθαι, καὶ μὴ ἑκόντα τὸν οἰκεῖον συμπαραλήψεσθαι γαμβρὸν τὸν Βατάτζην συλλήπτορα τοῦ ἔργου, καὶ συνεπευδοκοῦντα τοῖς τελουμένοις, φθάσας περὶ τὸ λεγόμενον Νεούτζικον (τόπος δέ ἐστιν οὗτος διοριστικὸς τῶν ἐπαρχιῶν ἀμφοτέρων, τῆς Ἀδριανοῦ φημὶ καὶ τῆς Φιλίππου) συλλαμβάνεται καὶ καταπροδίδοται βασιλεῖ παρ' αὐτῶν ἐκείνων τῶν εἰς ἀποστασίαν ὑπονυξάντων, καὶ ἀναγορευσάντων αὐτὸν αὐτοκράτορα. οἱ δὲ αὐτοὶ καὶ τὸν ὑπὲρ ἑαυτῶν ἀπόλογον ἐφ' οἷς ἔδρασαν πρὸς τὸ εὔσχημον μεθαρμόζοντες, διεμηνύσαντο βασιλεῖ, τὸ μὲν ὑποκλιθῆναι καὶ προσνεῦσαι τῷ ἀποστάτῃ μὴ καθ' ἕτερον τρόπον ἐργάσασθαι, ἢ τῷ συμμεταβεβλῆσθαι ἀθελήτως τῷ καιρῷ καὶ τοῖς πράγμασιν. ὁρᾶν γὰρ οὐκ ἀκίνδυνον αὐτοῖς καὶ ἀκόνδυλον τηνικαῦτα τὸ ἀντιτείνειν πρὸς τὰ παρὰ τοῦ Κωνσταντίνου ὑποβαλλόμενα· εἶναι γὰρ καὶ τῶν προηγησαμένων στρατηγῶν ἐπιχολώτατον, καὶ τὸ ξίφος ἐκ τοῦ αὐτίκα γυμνοῦντα κατὰ τῶν μὴ ἐπευδοκούντων τοῖς αὐτοῦ δόγμασι.

τὸ δὲ νῦν τελεσθὲν, τῆς ἐς αὐτὸν ἐκεῖνον ἀκραιφνοῦς τεκμήριον πίστεως τὸ οἰκεῖον ἐνδειξαμένων, ὁπηνίκα εὐκαιρίας ἐλάβοντο. καὶ ᾔδει μὲν ὁ βασιλεὺς παλιμβόλων ἀνδρῶν τεχνάσματα ταῦτα καὶ κατεσχηματισμένα προβλήματα, ἐπαινέσας δ' ὅμως τὸ γεγονὸς ὡς αὐτῷ ξύμφορον, τῶν μὲν συναιραμένων τῷ Κωνσταντίνῳ οὐδένα ἐκ τοῦ προδήλου παραλελύπηκεν, αὐτὸν δ' ἐς τὸ φῶς ἐλυμήνατο. τοσοῦτον δ' εὐφράνθησαν οἱ Βλάχοι, καὶ ἠγαλλιάσαντο Πέτρος τε καὶ Ἀσὰν ἐπὶ τοῖς συμβεβηκόσι τούτοις τῷ Κωνσταντίνῳ, ὥς τε κἀκεῖνον ἐπὶ τοῦ ἑαυτῶν ἔθνους τῇ βασιλείᾳ ἐπιβαλεῖν, καὶ βασιλέα μὴ ἔχοντα μειζόνως εὐεργετήσειν ἄλλως τοὺς Βλάχους, ἢ τὰς κόρας ἐκκόψαι τοῦ Κωνσταντίνου, θυμοσοφοῦντες ἐν τοῖς τοιούτοις, καὶ τὰ Ῥωμαίων μυκτηρίζοντες πράγματα, ἐπὶ τὸ χεῖρον ἀεὶ προχωροῦντα, καὶ τοῖς χείροσι μέρεσιν ὑπενδιδόντα. οἱ δ' αὐτοὶ καὶ τοῖς ἐκ φυτλῆς τῶν Ἀγγέλων τὴν τῶν Ῥωμαίων χειρίζουσιν ἀρχὴν πολυετὲς ἐπηύχοντο κράτος, μηδὲ ἰδεῖν ποτε θάνατον εἰ δυνατὸν ἐξεῖ παρέχουν τὸ θεῖον, ἢ ἀφαίρεσιν τῆς βασιλείας παθεῖν. καὶ τὴν αἰτίαν προστιθέντες, ἐχρησμῴδουν οἱ κατάρατοι, ὡς αὐτῶν βασιλευόντων ἔτι· καὶ ἔτι τὰ τῶν Βλάχων προσεπιδώσουσί τε καὶ μεγεθυνθήσεται, καὶ χώρας δὲ καὶ πόλεις ἀλλοτρίας ἐπικτήσονται, καὶ ἄρχοντες ἐξ αὐτῶν καὶ ἡγούμενοι ἐκ τῶν μηρῶν αὐτῶν ἐξελεύσονται, οὐκ οἶδ' ὅθεν καὶ ὅπως τὰ ἐσπουδασμένα ταῦτα διεξιόντες. ἔνθεν τοι καὶ οἱ μὲν ὡς ἐπί τι ἐκπορθήσοντες φρούριον, ἢ κώμας ἀναρπάσους θησόμενοι, ἢ πόλεις ἀναστάτους δείξοντες μετὰ φάλαγγος ἐπῄεσαν σκυθικῆς, καὶ τὸ προστυχὸν ἅπαν ἐσίνοντο, ποτὲ μὲν τῇ Φιλιππουπόλει ἐπιόντες, ποτὲ δὲ τῇ Σαρδι-

Id verò quod nũc per occasionem fecerint, argumentũ esse suæ inuiolatæ erga Imperatorem fidei. Imperator verò etsi leuiũ virorum artes & fucatas excusationes non ignorabat, tamen eo facto quod è re sua esset, probato, Constantinum excæcauit, adiutorum eius nemine apertè multato. Blachi verò tantum eo Constantini casu exilarati sunt, Petrus & Asan fratres ita exultarũt, quasi & suæ gentis regnum affectasset: neque Imperatorem vllum maius beneficiũ in Blachos conferre potuisse diceret, excæcatione Cõstantini: quibus verbis iracundiæ suæ blandiebantur, & rem Romanam subinde in deterius ruentem subsannabant. Iidemque Angelicæ familiæ suæ diuturnum imperium precabantur: Deũque orabant, ne vnquam, si fieri posset, morerentur, aut vnquam priuatam vitam agerent. causam subiungebãt homines execrabiles & veluti oraculum edebant, iis regnantibus Blachorum regnũ magna incrementa capturum, & amplificandum, alienis prouinciis & vrbibus augendum, principes ex ipsis, & duces è femoribus eorum egressuros esse: haud scio vnde & quomodo erudita hæc edocti. Proinde aut ad castellum aliquod vastandum, aut ad Pagos diripiẽdos, aut ad vrbes euertendas cum phalange Scythica proficiscebantur: & obuia quæque populantes, aliàs Philippopolim inuadebant, aliàs Sar-

Etsi proditores non amẽtur, tamen ꝑditionẽ principes amant.

Strenui ducis interitus facit hostibus lætitiam.

Blachi Constantini interitu læti, Græcos deridẽt. Et sanè omnium hominum stupidissimi censendi sunt populi quĩ ciuilis sanguinis effusione hostium vicinorum sitim ambitiosam potant.

Experientia ipsa sapientũ & stultorum magistra Blachos vt talia verba efferrent satis superque docebat; quippe qui adu. stultum principem & ignauam gentem bellum gererent.

dicæ insidiabantur, alias Adrianopolim petebant. Romani verò segnius cum eis pugnabant. quod si quando in aciem descendebant, & pugnam inibant, parum nocebant hostibus.

καὶ ἐφεδρεύοντες, ἐνίοτε δὲ καὶ τὴν Ἀδριανούπολιν ἐπερχόμενοι. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι νωθέστερον ἐπεξῄεσαν, εἰ δέ ποτε ἀντετάχθησαν ἢ συνεπλάκησαν, καὶ μετρίως ἐκάκουν τοὺς ἀντιπάλους.

Quãdo principes ad interitum festinant, stadio virtutis, quod antea sequi videbantur, relicto, prauis & furiosis affectibus sine pudore indulgent.

5 Ipse verò Imperator cũ optimæ gubernationis cursum instituisset, instar ignaui cursoris non procul ab ipsis carceribus destitit. Neq; enim multos virtutis circulos absoluit, sed veluti fatigatus & eneruatus, de cõtentione honesti instituti plurimum remisit, summa rerum Theodoro Castamonitæ auunculo denique mãdata. Erat is homo rebus gerendis, præsertim vectigalibus recipiendis, aptissimus, & probè eruditus. Quare Logothetam secretorum eũ designarat, & illius arbitratu huc atque illuc instar mãcipij trahebatur: & quicquid ille vellet, agebat nusquam ferè iudicio suo interposito.

τῶν λεγομένων εἰς ἐνοίκησιν ἀκοήν. μὴ οὖν δὴ καὶ ὑμεῖς θροεῖσθε, ὡς ὁ νῦν Ῥωμαίων βασιλεύων γενναῖος ὑπὸ φήμης κηρύττεται, ἀλλ' εἰ τοιοῦτός ἐστιν ὁποῖος ἂν δέοι, χρεὼν σκέψασθαι. ὁδηγὸς δὲ ὑμῖν εἰς τοῦτο ἔστω βίος ὁ πρότερος, καὶ καθηγητὴς ἀκριβὴς τοῦ ἀνδρὸς καθιστάσθω. ἀτὰρ εἰ φιλοκρινήσετε, οὐκ ἂν ἐφ' ὁτῳοῦν εὐδοκιμηκότα εἴσεσθε τουτονί. οὔτε γὰρ πολέμοις ὡμίλησε, καὶ κινδύνοις ὑπὲρ Ῥωμαίων παρενεβλήθη συστρατευόμενος, καὶ συγκάμνων τῷ ἀδελφῷ, ὅσα γε αὐτὸς ἴσημι, κρεῖσσον ἀεὶ καὶ κατατρέχων τὴν πολεμίαν, καὶ νίκας ἐπὶ νίκαις ἀναιρούμενος, καὶ τροπαίοις ἐπισοιβάζων τὰ τρόπαια, οὔτε μὴν μισθὸν καμάτων τὴν ἀλουργίδα καὶ τὸν βασίλειον εἴληχε στέφανον, ἀλλ' ὡς ἐκ τῶν ἔργων ὑπέδειξε, τύχης ἀγνούμενον πέττευμα τὰ σκῆπτρα παρείληπται. οὗτος τοίνυν ὃς οὐ τεθέαταί μοι μαχόμενος, οὐδὲ φωνῇ καὶ χειρὶ καὶ βουλῇ τὰ Μυσῶν περιαλυπήσας ἐνίοτε, ὅπως ἐξαίφνης εἰς ἅπαν τοὐναντίον μεταπεποίηται, ἐγὼ μὲν οὐκ ἔχω καὶ συνιδεῖν. ἵνα δὲ καὶ δι' ὑποδείγματος, καθ' ὅσον ἔξεστι, τὰ κατὰ τὸν ἄνδρα τουτονί, καὶ τὸ λοιπὸν αὐτοῦ γένος διασαφήσαιμι, ὁρᾶτε τὰ ἐπὶ τοῦ ἐμοῦ δόρατος ἀπαιωρούμενα, καὶ ἀνεμούμενα διάφορα ταῖς χροιαῖς, εἰ καὶ μὴ ταῖς ὑφαῖς νήματα· ταῦτα μιᾶς μὲν προελήλυθεν ὕλης, καὶ εἷς ὑφάντης αὐτὰ ἐμηρείσατο. τοῖς δὲ χρώμασι διαλλάττοντα, διεστάναι δοκοῦσι καὶ κατὰ τὸ τοῦ εἶναι ποιητικὸν αἴτιον. ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο, οὐκ ἔστιν. Ἰσαάκιος οὖν καὶ Ἀλέξιος οἱ ὁμαίμονες, ὧν ὁ μὲν τῆς βασιλείας ἤδη καθῄρηται, ὁ δὲ τηβεννοφορεῖ νῦν καὶ διαδεῖται ἀρχικῷ στεφανώματι, ἕνα τοκέα ἔχων, τῆς αὐτῆς νηδύος ἐξώλισθον, κατὰ τὴν αὐτὴν γεγένηνται γῆν, τὰ πάνθ' ὅμοια ἐκληρώσαντο, κἂν ἄτερος τούτων Ἀλέξιος τῷ χρόνῳ προήκων ἑώραται. ὅθεν οὐδὲ κατὰ τοὺς πολέμους διαφέρουσιν αὖ,

Itaque ad famam ducis ignoti fortes exercitus trepidare minimè oportet.

Præsertim quū dux ille non. Leo sed ignauus & fugax ceruus sit.

Non fortitudine sua, sed fortunæ ludibrio in altū euectus est.

Similis prorsus est fratri homini ignauo.

Iisdem genitus parentibus.

[T]um fratre [n]et omnia [c]onuenit.

ὡς ἔμοιγε γοῦν δοκεῖ, καὶ ὡς ἐν πείρᾳ πάντες γνωσόμεθα. χρεὼν τοίνυν φημί, μετὰ τῆς αὐτῆς καὶ προτέρας προθέσεως καὶ πάλιν τὸν κατὰ πόλεμον ἀπιέναι, εἰδότας, ὡς οἷς καὶ πρότερον ἐξ ἐναντίας μοίρας ἐ νῦν στησόμεθα, ἵνα μὴ καὶ χεῖρον εἴποιμι, ἀφορῶν μὲν καὶ πρὸς τὸ καταβεβλημένον καὶ ἀτονώτερον ἤδη φρόνημα τῶν Ῥωμαίων, οἳ πολλάκις ὑφ' ἡμῶν τροπωθέντες, οὐδ' ἅπαξ τὰ κατ' αὐτοὺς ἀναλαβεῖν ἐσχήκασι πράγματα. ἐννοῶ δὲ καὶ τὴν θεόθεν ἐπεσπάσαντο οἵδε μῆνιν, τῆς αὐτοὺς βαρείας τυραννίδος ἀπηλλαχότα Ἰσαάκιον, βασιλείας ἐννόμου καθῃρηκότες. εἰ γὰρ οὕτω κατὰ τῶν σεσωκότων ὁπλισάμενοι, οὐκ ἂν φθάνοιεν ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν ὡς παράσπονδοι ἀναιρούμενοι. τοιαύταις γνώμαις ὁ βάρβαρος τὰ τῶν ὑπ' αὐτὸν ἀναστήσας φρονήματα, μετὰ κόμπου μείζονος ἐπῄει κατὰ τῶν περὶ Στρυμόνα τε καὶ Ἀμφίπολιν ἐπαρχιῶν. ἐπεὶ δὲ καὶ ταῖς Σέρραις ἐμβαλεῖν Ἰσαακίῳ ἤκουσται τῷ Σεβαστοκράτορι, νέος ὢν ἔτι, καὶ προσεχεῖ τινι τῶν Βλάχων ἐπαρθεὶς πταίσματι, μὴ προεξετάσας τὴν τῶν πολεμίων δύναμιν, τῇ δ' ἀκοῇ συνάψας τὴν κατ' αὐτῶν ἐξόρμησιν, ἀνίστησί τε παραχρῆμα τὴν στρατιάν, τῆς σάλπιγγος ἐνδούσης τὸ σύνθημα. καὶ τὸν πολεμιστήριον ἵππον πρῶτος ἀναβάς, καὶ θωρακισάμενος, κατ' ἐπιγουλὴν οὐχὶ βάδην τὸ δόρυ κατὰ τῶν ἀντιπάλων τιταίνων ἔξεισιν, ὡς εἴπερ ἐλάφων αὐτῷ κυνηγέσιον προητρέπιστο, ἢ θηρευτικὰ ἐκεῖ που ἀθύρματα προητοίμαστο. διελθὼν οὖν ἀνέτῳ ῥυτῆρι ὡσεὶ σταδίους τριάκοντα, τό τε ἱππικὸν ἀποκναῖσαι πεποίηκεν, ὡς ἀχρεῖον εἶναι κατὰ τὴν ὥραν τῆς προσβολῆς, καὶ τὸ πεζικὸν ἐκλυθέν, ἐς οὐδὲν γεγονέναι μετέπειτα χρήσιμον. ὡς δὲ ἤγγισεν ἔνθα παρενέβαλε τὸ πολέμιον. τοῦ μὲν Ἀσὰν τὸ πλεῖστον καὶ κράτιστον στράτευμα εἰς ἐνέδρας καὶ λόχους διαμερίζεται.

erit: itaque re ipſa omnes cognoſcemus. Itaque rationem belli priſtinam ſequendam eſſe nobis affirmo, cum iiſdem arma inferenda ſint, quos prius oppugnauimus, ne deterioribus dicam. Nam Romanorum animi crebris cladibus fracti & eneruati ſunt, & crebro à nobis in fugam verſi, ne ſemel quidem vires ſuas recuperare potuerunt. Nec illud prætereundum, eos iram Dei contra ſe concitaſſe, Iſaacio, cuius opera graui Andronici tyrannide liberati fuere, legitimo imperio pulſo. Nam qui Seruatores ſuos ita tractarunt, primo quoque tempore ab inimicis, vt homines perfidi occidentur. Huiuſmodi ſententiis Barbarus ſuorum animis excitatis, prouincias iuxta Strymonem & Amphipolim maiore ſæuitia inuaſit. Cum autem Sebaſtocrator homo adoleſcens, & recenti clade Blachorum elatus, hoſtes Serranum agrum incurſare audiuiſſet: non prius exploratis eorum viribus, ſtatim ſigno tuba dato, primus in armis equo conſcenſo haſtã in hoſtes vibrauit, quaſi ad paratam ceruorum venationem aut ludicrum aliquod exiret. Cum igitur laxis habenis circiter x x x ſtadia ꝓceſſiſſet: & equitatum & peditatum ita fatigauit, vt pugnæ tempore inutiles eſſent. Vt propius hoſtium caſtra ventum eſt, maxima & potiſſima pars copiarum Aſanis, in inſidias diſtributa eſt.

Milites non milites, ſed cladibus fractos homines trahit.

Præterea tyrãnus eſt qui ſe ditioſis imperat: quibus ſupplicia, nõ victoriæ imminent.

Dux iuuenis leui quodam recentis victoriæ vento in aera ſublatus, audacia ſua perit: & de hoſtibus ex ſuo ingenio temere iudicat.

At in inſidias neglectas incidens longas luit ſtultitiæ ſuæ pœnas: factus hoſtium ſuorũ præda & ludibrium.

Quo ſtratagemate & dolo Iſaacius non animaduerſo, certa ſpe victoriæ concepta, inſano impetu eos inuaſit. Cum autem illi ex inſidiis conſurrexiſſent, vt mediis caſſib. irretitus, multis ſuorum amiſſis, tandem & ipſe à Scythis capitur. Vnde Barbari ad incurſiones & rapinas more leonum in armenta irruentium animoſiores facti ſunt: quippe cum nemo Romanorum eis occurrere auderet, ſed omnes territi laxis habenis in vrbem Serras confugerent, qui in illa clade non occubuerant. Scytha verò Sebaſtocratorem à ſe captum quouis modo celare conatus eſt, ne id Aſan reſciſceret, ſpe maximæ pecuniæ, eius redimendi cauſa accipiendæ, concepta, ſi hominem in Scythiam abducere liceret. Sed cũ fama captum eſſe ducẽ hoſtium vulgaſſet, inquiſitione diligenti compertus, ad Aſanem perducitur.

Inde incurſiones & rapinæ hoſtis victoriis, ac audacia maior. Victorũ autem terror & fuga.

Temerarius Dux in potentiſs. hoſtis manus tandẽ incidit.

ὁ δ' Ἰσαάκιος μὴ τὸ στρατήγημα τοῦτο καὶ τὸν δόλον κατανοήσας, ὡς ἡττήσων καὶ τροπωσόμενος βακχευτικῷ ἐπῆλθεν ὁρμήματι. διὸ καὶ τῶν ἐν τοῖς λόχοις ἐπιθεμένων, ὡς ἐν μέσοις συσχεθεὶς ἄρκυσι, πολλοὺς μὲν ἀπέβαλε τῶν ἰδίων, τέλος δὲ καὶ αὐτὸς ἑάλω ζωγρίας ὑπὸ Σκυθῶν. ἐκ δὲ τούτων συμβέβηκεν ὡς ἐν κτήνεσι λέοντα πρός τε τὰς ἐπελεύσεις ἀδεεστάτως, καὶ τὰς προνομὰς τῶν βαρβάρων ἐφορμᾶν. οἷα μηδενὸς ἀντεξιόντος ἔτι ἐκ τῶν Ῥωμαίων, ἀλλὰ πάντων ἀποδειλιασάντων, καὶ τῇ πόλει ταῖς Σέρραις μετ' ἀνέτων ἡνιῶν εἰσρυέντων, ὅσοι τέως μὴ ξίφοις ὤφθησαν πάρεργον ἐν τῇ συμβολῇ. ὁ δὲ συνειληφὼς τὸν Σεβαστοκράτορα Σκύθης, παντοίως αὐτὸν περιέκρυπτεν, ὡς εἴη ἀφώρατος τῷ Ἀσὰν, ὑποσαινόμενος ἐλπίσι μή τινων ἐνδεεστέραις, ὡς εἰ τοῖς Βλάχοις διελθὼν, εἰς τὰ οἰκεῖα ἔθνη τοῦτον ἀπενέγκαι, πλεῖστα ἂν αὐτῷ καταθεῖτο λύτρα ὁ βασιλεύς. τῆς δὲ φήμης κατειπούσης, συλληφθῆναι τὸν στρατηλάτην· ἐπιμελοῦς γεγενημένης ἐρεύνης, δῆλος γίνεται, καὶ τῷ Ἀσὰν ἐμφανίζεται.

5 Hic illius expeditionis exitus fuit. Tum etiam quidam captiuus ſacerdos, Blachicæ linguæ peritus, cum in Hæmum abduceretur, Aſanem miſerabili oratione obteſtatus, vt ſe demitteret: vbi id ille renuit, neque enim ſibi propoſitũ eſſe Romanos dimittere, ſed perdere, idque Deo etiam probari: ille cum alto ſuſpirio & lachrymis ſubieciſſe fertur: Nec ipſi reliquam eſſe Dei miſericordiam, quòd viri pauperis, Deo ob ſacerdotium familiaris, non ſit mi-

Victores pro ſperitate ſua nimium efferatos, ſequitur vltor à tergo Deus.

Aſani à ſacrificulo prædictus interitus,

5 Καὶ τῇδε μὲν ἀπέβη ταῦτα. τότε δὲ καὶ τῶν δορυαλώτων τις ἱερέων, εἰς τὸν Αἷμον αἰχμάλωτος ἀπαγόμενος, δεῖται τοῦ Ἀσὰν ἀφεθῆναι, δι' ὁμοφωνίας ὡς ἴδρις τῆς τῶν Βλάχων φωνῆς εἰς ἔλεον αὐτὸν ἐκκαλούμενος· ὁ δὲ ἀνανεύσας, ἔφατο, μηδέ ποτε προσθέσθαι Ῥωμαίους ἀπολύειν, ἀλλ' ἀπολλύειν. τοῦτο γὰρ καὶ Θεὸν βούλεσθαι. πρὸς ὃ τὸν θύτην λέγεται ἀνθυπενεγκεῖν, στενάξαντα βύθιον, καὶ δακρύοις τὰ ὄμματα τέγξαντα, μηδ' αὐτῷ Θεὸν ὑπολείπεσθαι οἰκτίρμονα, ἀνθ' ὧν οὐκ ἐμνήσθη ποιῆσαι ἔλεος, μετὰ πένητος ἀνδρὸς διὰ ἱερωσύνης Θεῷ πλησιάζοντος, ἐγγὺς δέ οἱ

οἱ παρεστάναι καὶ τὸ τῆς ζωῆς τέρμα. καὶ τοῦτο μὴ ὡς ἐν μαλακῷ ὕπνῳ τῷ φυσικῷ μόρῳ ἐπελευσόμενον, ἀλλ' ὡς εἴωθε τὰ πλεῖστα τοῖς σφάττειν ἐν μαχαίρᾳ προστεθειμένοις. καὶ οὐ διέπεσε τοῦ θύτου πολὺ τὸ πρόῤῥημα. μικρῷ γὰρ ὕστερον εἰς τὴν Μυσίαν ἐπανεικὼς, παρά τινος τῶν οἰκείων διαχειρίζεται. ἦν δὲ ὁ τρόπος οὗτος τῆς αὐτοῦ ἀναιρέσεως. ἀνήρ τις ὁμοφυὴς αὐτῷ καὶ ὁμότροπος, καὶ ὃν πάνυ προσέβλεπεν ἢ μεθ' ἕτερον (Ἰβαγκὸς ὄνομα τῷδε, σημαίνει δὲ ἡ λέξις τὸν Ἰωάννην) τῇ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ κασιγνήτῃ λάθρα συνήρχετο. πυθόμενος οὖν τὰ τῆς μίξεως ἐκεῖνος, τὰ μὲν πρῶτα εἰς εὐθύνας ἦγε τὴν ὁμευνέτιν, καὶ θανάτου ἐτίμα τὴν ἐπὶ τοῖς δρωμένοις παρασιώπησιν. ὡς δ' ἄλλοις τε αὐτὸν ἡ γυνὴ λόγοις τοῦ φονίου κατήμυαζε βλέμματος καὶ ὁρμήματος, ἀλλὰ δὴ καὶ τὸ προσάγειν ὕστερον, ὡς εἰκαίως χολᾷ κατ' αὐτῆς, ἀκριβῶς γὰρ κἀκεῖνον τὰ περὶ τὴν μίξιν ταύτην συνειδέναι, τὸν κατὰ τῆς ὁμολέκτρου χόλον εἰς Ἰβαγκὸν μετατίθησι, καὶ δὴ μεταπέμπεται τὸν ἄνδρα τῆς νυκτὸς ἀωρὶ, μηδὲν καθυφεὶς τῆς ὁρμῆς. ὁ δὲ τὸ τῆς χρείας ἔξωρον οὐκ ἀναίτιον καὶ ἀνεύθυνον οἰηθεὶς, ἐς τὴν αὔριον τὴν ἄφιξιν ὑπερτίθεται. ἐκείνου δ' αὖ πάλιν ἐγκειμένου, καὶ μὴ φέρειν ἔχοντος τὴν ῥᾳστώνην ὡς παρέχουσιν, κοινοῦται τοῖς καθ' αἷμα καὶ φίλοις τὸ ποιητέον ὁ Ἰβαγκὸς, εἰς νοῦν ὀψέ ποτε βαλὼν τὸ τῆς ἀφίξεως αἴτιον· οἱ δ' ὑποτιθέασι τούτῳ, τὴν προτενῆ περιζώσασθαι μάχαιραν, καὶ ταύτην τῷ ἱματίῳ ἐνθάψαντα εἰσελθεῖν. καὶ τοῦ μὲν Ἀσὰν ἠρέμα προσεπιπλήττοντος, καὶ τὸ τοῦ θυμοῦ κατ' αὐτοῦ βέλτιον ὕβρεσι συμμετροῦντος, καὶ τοῖς λοιποῖς ἃ μὴ λυμήνηται τὸ σῶμα, τὴν κόλασιν ἀφορίζοντος, φέρειν γενναίως, καὶ τῶν ἐφ' οἷς ἑάλω παραλύπησιν συγγνώμην αἰτεῖν. εἰ δ' ἐκεῖνος διφῷη τὸ ξίφος

ſertus: ac inſtare ei cruentũ vitæ exitum, quali homines ſanguinarij plerunque perire ſoleant. Nec feſellit ea ſacrificuli diuinatio. Nã paulò pòſt in Myſiam reuerſus, à familiarium ſuorum quodã occiditur. idque hoc modo factum eſt. Quidam natura & moribus ei ſimilis, & intima familiaritate cõiunctus, nomine Ibancus (ſic Ioãnes, à Blachis dicitur) clam cum vxoris eius ſorore conſueuerat. Quo ſtupro comperto, principiò vxorem accuſabat, & propter eius facinoris diſſimulationem capitis damnabat. A quo crudeli propoſito cùm aliis verbis vxoris ſuæ deterritus, tum eo, quod affirmabat, ipſum quoque eius rei probè gnarum eſſe: iram à muliere in Ibancum transfert, eumque nulla mora interpoſita, intempeſta nocte accerſit. Is verò ſe alieno tempore nõ ſine graui cauſa & crimine vocari ratus, aduentum ſuũ in craſtinum differt. Sed illo rurſus inſtante, & procraſtinationem ſui contemptum interpretante: Ibancus vix tãdem cauſa, cur vocaretur, intellecta, cum amicis & cognatis deliberat. Ij monent, vt lõgo gladio ſub veſte occultato accinctus, ingrediatur. quòd ſi Aſan eum modicè obiurget, & iracũdiæ impetum conuiciis terminet, ſine cruciatu corporis, vt fortiter ferat, & culpam deprecetur. Sin enſem poſtu-

Hominibus ſanguinariis nõſicca mors imminet.

Tragœdiæ Aſanicæ fœda protaſis.

Epitaſis turbulẽtiſsima, in qua concurrũt ira Aſanis in Ibancũ, de interficiẽdo Ibanco conſiliũ, Ibãci metus, amicorũ eius audax propoſitio, dubius Ibanci ad Aſanem intẽpeſta nocte acceſſus.

let, tum & ipſe virum ſe præbeat: & operam det, vt anteuertat hominem impudẽtem & ſanguinarium: nec vllum ictum, niſi lethalem, ei inferat. Id conſilium Ibãcus ſtatim exequitur. Nam cum barbarus nihil moderati in eum cogitaret, ſed ad primũ eius conſpectum efferatus, enſem quæreret, ille facinus occupat: & enſe in inguine defixo, Aſanem occidit. Inde elapſus, ſtatim ad cõſcios ſe recipit: ac cæde indicata, cum eis conſilium defectionis init. Neque enim fratres, cognatos & amicos interfecti, quieturos. Quod ſi res ex ſententia ſucceſſerit, ſe regioni illi & toti Myſiæ iuſtius & æquius quàm Aſanẽ dominaturos: neque vt ille fecerit, ferro graſſaturos in omnes: & quicquid iracundia ſuaſerit, perpetraturos. Sin res aliter ceciderit, nec euentus conſiliis reſponderit, aliam rationem inituros, & ſalutem ſuam Romanorũ imperatori cõmiſſuros. Hæc nocturno adhuc tẽpore non modò decreuerũt, ſed multos etiam in ſuas partes pertraxerunt: & Ternobo occupata (ea eſt omnium Hęmi vrbium munitiſſima & præſtantiſſima, in montis vertice ſita, firmis circũdata mœnibus, quam & amnis perfluit) Petro reſtiterunt. Nam vt primũ diluxerat, fama cędem Aſanis non Ternobi duntaxat, ſed in locis etiam remotiorib. diuulgauit. Sed cùm nec Petrus Ibancum expugnari, nec Ibancus Petro

Cruenta catastrophe, nẽpe Aſani cædes, Ibanci fuga, cũ ſociis cõſultatio & defectio, vnde bellum ciuile. Ita enim ſcelerati, ſalu ti ſuæ conſulere & ſcelera ſceleribus tegere ſolẽt.

Seditioſorũ conſiliorum effectus, vrbium munitiſsimarũ ſubita occupatio.

Vtriuſq; partis in bello ciuili conſilia.

κατ' αὐτοῦ, τὴν καὶ αὐτὰ κἀκεῖνον ἀνδρίζεσθαι, καὶ σπεύδειν ὥς τε φθάσειν ὃ μελλήσας αὐτίκα πείσεται, καὶ πάσας καιρίας ἐπάγειν, καὶ καταγγέσας εἰς ᾅδου τὸν αἱμοδιψῆ καὶ φιλαίματον· ὁ καὶ εἶχεν ὅδε διαπραξάμενος. μηδὲν γὰρ ἐπ' αὐτῷ διανοουμένου μέτριον τοῦ βαρβάρου, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν πρώτην εὐθὺς θέαν ἐκθηριωθέντος, καὶ τὸν σφαγέα ζητοῦντος κνώδοντα, κατὰ τοῦ βουβῶνος φθάσας ἐκεῖνον πλήττει καὶ ἀναιρεῖ. οὐκοῦν καὶ διαδρὰς Ἰβαγκὸς, παραχρῆμα πρόσεισι τοῖς ἔργου συνίστορσι, καὶ μηνύσας τὸ γεγονὸς, ἔγνω αὐτοῖς ἅμα πρὸς ἀποστασίαν ἰδεῖν. μηδὲ γὰρ ἠρεμήσειν τοὺς τοῦ πεσόντος ὁμαίμονας, καὶ ὅσον αὐτῷ πρὸς γένος καὶ φίλιον. κἂν μὲν προχωρείη τὰ κατὰ σκοπὸν, καὶ χώρας ἐκείνοις καὶ Μυσίας ἄρξειν αὐτῆς τοῦ Ἀσὰν δικαιότερόν τε καὶ ἐννομώτερον, καὶ μὴ τῷ ξίφει τὰ πάντα, ὡς ὁ πεσὼν, διοικεῖν, καὶ ὅπερ ἂν ὑποβάλλῃ θυμὸς, τοῦτο καὶ διαπράττεσθαι. εἰ δ' ἄλλως αὐτοῖς μεταῤῥιφείη τὰ διαβούλια, μήτε μὴν ὅλως προβαίνουσι τὰ κατ' ἔφεσιν, πρὸς ἄλλον μετασκευάσασθαι πλοῦν, τοῖς τὰ Ῥωμαίων πράγματα κυβερνῶσι τὰ κατ' αὐτοὺς ἐπιτρέψαντες. ἔτι τοίνυν οὔσης νυκτὸς, οὐ μόνον τὴν σκέψιν ταύτην ἐκράτυναν, ἀλλὰ καὶ πολλοὺς παρώξυναν, τῶν βουλευμάτων αὐτοῖς συλλαβέσθαι. ὅθεν κρατήσαντες τοῦ Τερνόβου (ὃ δή ἐστιν ἡ ἐρυμνοτάτη ἅμα καὶ προφερεστάτη τῶν κατὰ τὸν Αἷμον ἁπασῶν πόλεων, τείχεσί τε ἰσχυροῖς περιβεβλημένος, καὶ ῥεύματι ποταμείῳ διειλημμένος, καὶ ὄρους ἀκρωνυχίᾳ πεπολισμένος) τοῖς περὶ τὸν Πέτρον ἀντέστησαν. ἡ γὰρ φήμη ἅμα ἕῳ οὐκ ἐπ' ἄκρων μόνον τῶν τοῦ Τερνόβου τειχέων, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔξω καὶ πόῤῥωθεν τὸν τοῦ Ἀσὰν περιεσάλπιζε θάνατον. ὡς δ' οὐδ' ὁ Πέτρος ῥᾳδίαν εὕρισκε τὴν Ἰβάγκου κατα-

στροφὴν

στροφὴν, οὐδ' ὅλως ἀποκρύψασθαι Πέτρον ἠδυνήσατο· ὁ μὲν χρονοτριβεῖν ἐπεβάλετο, καὶ μίαν ταύτην ᾤετο προσδοκίαν καταπαλαίσουσαν τὸν ἀντίδικον Ἰβαγκόν. ὁ δὲ παρὰ τὸν Ῥωμαίων προσφυγεῖν βασιλεῖ δεῖν ἔγνωκε, καὶ διὰ τῆς ἐκεῖθεν συνάρσεως περιγενέσθαι τὸν διάφορον. ἐλέγετο δὲ καὶ ὑποθήκαις Ἰσαακίου τοῦ Σεβαστοκράτορος ἀναιρεθῆναι πρὸς Ἰβαγκοῦ τὸν Ἀσὰν, ἄλλαις τε πλείσταις ὑποσχέσεσι πρὸς τοῦτο ἐπιρρωσθέντος, καὶ προσέτι γε μνῶν πτερωθέντος ταῖς κατ' ἐπιγαμίαν συναρμόσασθαί οἱ τὴν οἰκείαν θυγατέρα καθυποσχέσθαι τὴν Θεοδώραν. πλὴν ὁ μὲν ἐναφῆκε τοῖς δεσμοῖς τὴν ψυχὴν, καὶ μηδέπω τοῦ φόνου κατεργασθέντος.

6 Ὁ δ' Ἰβαγκὸς δηλώσας βασιλεῖ τὸ γινόμενον, στεῖλαί τινας μετὰ στρατιᾶς διηρέθιζε τὸν παραληψόμενόν τε τὸν Τέρνοβον, καὶ σὺν αὐτῷ περὶ τῆς ὅλης Μυσίας ἀγωνισόμενον. καὶ τάχ' ἂν τετέλεστό τι τοῖς Ῥωμαίοις σωτήριον, εἰ βασιλεὺς αὐτίκα προθύμως πρὸς τὴν ἀγγελίαν ταύτην πραξικοπεῖν ἐπεβάλετο· ἐπειδήπερ καὶ εἰ Τέρνοβον εἷλεν, εἶχεν ἂν εὐμαρῶς καὶ ἀπόνως Μυσίαν ἅπασαν. νῦν δὲ ὁ μὲν βλακευσάμενος ἐνέφυ τοῖς ἀρχείοις, καὶ πάλιν κατὰ τὸν εἰς τὸ κέλυφος δυόμενον σκώληκα, στέλλει δὲ τὸν Πρωτοστράτορα Μανουὴλ τὸν Καμύτζην, αὐτεπιτροπὸν στρατηγὸν. ὁ δ' ἀπάρας ἐκ τῆς Φιλίππου μετὰ τῆς ἑπομένης ἐκείνῳ δυνάμεως, καὶ τῶν ὅρων τῆς Μυσίας ἄκροις ποσὶν ἐφαψάμενος, παλίσσυτος γίνεται παρὰ δόξαν. τὸ γὰρ στράτευμα ἐπαναστὰν, ποῖ ἄγεις ἡμᾶς ἔλεγον, ἢ τίσι συμπλακήσεσθαι μέλλομεν; οὐ πολλάκις τὰς ὀρειάς ταύτας ὁδοὺς διήλθομεν, καὶ μὴ μόνον οὐδέν τι κατωρθώκαμεν βέλτιον, ἀλλὰ καὶ μικροῦ προαπολώλειμεν ἅπαντες; ἀνάστρεφε τοίνυν, ἀνάστρεφε, καὶ ἡγοῦ τῆς ἐπὶ τὰ σφέτερα. ἐπὶ δὴ

se resistere facilè posse cerneret: ille hunc obsidionis mora domãdum, hic ad Romanorum imperatorem cõfugiendum, & eius ope hostibus resistendum esse censuit. Ferebatur autem Ibancus etiam Isaacij Sebastocratoris impulsu Asanem occidisse, cùm aliis plurimis pollicitationibus, tum spe nuptiarum filiæ eius Theodoræ adductus. Cæterùm Isaacius ante Asanis cędem in vinculis expirauit.

Isaaci artes inutiles: nam in vinculis moritur.

6 Ibancus verò Imperatorem statu rerum exposito hortatus est, vt aliquos cum copiis mitteret, qui & Ternobum acciperent, & se adiutore totam Mysiam vendicarent. Ac Romanis forsitan aliquid salutare actum esset, si Imperator statim sine mora gerendæ rei animũ intendisset. Nam Ternobo occupata, facilè totius Mysiæ potitus esset. Verùm ipse per stultitiam vt cochlea testam repetens, in palatio abditus, Manuelem Camyzem Protostratorem cum imperio mittit. Is cum suis copiis Philippopoli profectus, & Mysiæ limites vix ingressus, præter expectationem retrò abit. Milites enim mota seditione, quò se duceret, & cum quibus pugnandum esset, rogitabant: *An non sæpe*, inquiunt, *montana ista transiuimus, atque adeò nihil confecimus, vt penè omnes interierimus? Reuertere igitur, reuertere, nosque domum reducito.*

Homicidæ mens multa mouet, pauca promouet.

Vanum esse hominũ auxiliũ, ad quos confugit, experitur.

Pessimè sibi cõsuluntprincipes, qui vicarios deligunt eos, qui bus milites fint imperaturi.

Panici terrores exercitũ diſſipant.

Præterea inopinato metu conſternati, quaſi hoſtes à tergo inſtarent, & omnis generis tela coniicerent, effuſè fugerunt. Imperatore idem opus cum exercitu maiore iterum tentante, ſubinde res ſucceſſu caruit. Quare Ibancus cum nemo Romanorum cum barbaris vellet congredi inualeſcentib. Petri opibus, & maioribus ei copiis affluentibus deſperatis rebus Ternobo clàm profugus, Imperatorem adit. Ita Petrus ſumma rerum denuò potitur. Sed nec ipſe naturali morte obit, ſed paulo pòſt eo quoque à popularium quodam miſerabiliter confoſſo, principatus ad Ioannem tertium eius fratrẽ tranſit. quem tum Petrus adiutorem laborum & regni participem aſſumpſerat. Is non paruo tempore apud Romanos obſes fuerat, cum Imperator Iſaacius ſecundũ Myſis arma intuliſſet: ſed fuga elapſus domum redierat, nihilo fratre Aſane Romanis ſpoliandis & infeſtandis mitior. E noſtro autem exercitu nemo reſiſtere Petro potuit: ſed hoſtibus per tot annos, tot & tantas victorias adeptis, eo malo Romanam rempub. perpetuò turbante: nũquam vlla victoria vllum rei bene gerendæ ſimulacrũ noſtris arriſit. Hanc numinis indignationem, & noſtri deſtitutionẽ nemo ex ſummis & honoratiſſimis ſacerdotibus, nemo ex religioſiſſimis

Nec benignitas Numinis parricidã Alexiũ iuuat.

Nec Ibanco homicidæ & adultero fauet.

Nec Blachos latrones eorúmve ducẽ iuuat. Ita ſcelerati, vt ſpinæ colligatæ in eaſdem diuinæ vindictæ flammas cõiiciuntur.

Ira Dei placanda in rebus aduerſis. Sed pauci ſẽper reperti ſunt, qui remediũ illud in publicis & priuatis malis quæſierint.

τούτοις καὶ δείμασιν ἀλόγοις ἐκταραχθέντες, ὥσπερ κατὰ νώτου τινῶν ἐγκειμένων, καὶ παντοίοις ὅπλοις βαλλόντων, ἀκόσμως ᾤχοντο. καὶ αὖθις οὖν πρὸς τοῦ βασιλέως ἡ πρᾶξις αὕτη μετὰ στρατιᾶς ἐπεκείνατο μείζονος· ἐνίκα δ' ἐς ἀεὶ τὰ χείρονα, μηδενὸς εἰς χεῖρας ἐλθεῖν, καὶ συμμῖξαι τοῖς βαρβάροις ἐν τῷ ἐπαρήγειν Ἰβαγκῷ δοκιμάζοντος. ἀπειρηκὼς τοίνυν οὗτος, καὶ τοῖς κατὰ τὸ Τέρνοβον δυσχεραινόμενος πράγμασιν, οἷα τῶν περὶ τὸν Πέτρον κρατυνομένων ἀεί, καὶ στρατιᾶς προσθήκαις ἐπαυξομένων, ἔξεισιν ἐκεῖθεν λαθραίως, καὶ πρόσεισι βασιλεῖ, καὶ μετῆλθεν οὕτω καθαρῶς πρὸς τὸν Πέτρον πάλιν ἡ ἀρχηγία Μυσῶν. πλὴν οὐδ' οὗτος θανάτῳ φυσικῷ ἐπαπῆλθεν. ἀλλὰ μικρῷ ὕστερον παρά του τῶν ὁμογνίων ξίφει διελαθεὶς, κατέστρεψεν οἰκτρῶς τὴν ζωήν. ἡ δὲ ἡγεμονία τῶν Βλάχων βλέπει πρὸς Ἰωάννην τὸν τρίτον τῶν ἀδελφῶν. τότε δ' οὖν ὁ Πέτρος συλλήπτορα τῶν πόνων καὶ μερίτην τῆς δυναστείας Ἰωάννην προσειλόμενος τὸν ὅμαιμονα, ὃς ἐφ' ἱκανὸν ὡμήρησεν ἐν Ῥωμαίοις, ἡνίκα εἶχε βασιλεὺς Ἰσαάκιος στρατεύσας κατὰ Μυσῶν, ἀποδρὰς δὲ, ὡς πρὸς τὰ οἴκοι πάλιν ἀφίκετο, οὐκ ἐξ ἀντιθέτου τῷ τεθνεῶτι Ἀσὰν τὰ Ῥωμαίων ἔκειρε προνομεύων. ἡ γὰρ φύσις καὶ τούτῳ οὐδέν τι πρὸς τὰ ἡμέτερα διεβράβευσε μέτριον. ὑπλῶτα δὲ τῷ Πέτρῳ ἐξ ἡμῶν οὐδεὶς, οὐδ' ἠδυνάτο, ἀλλὰ τοσούτων καὶ τηλικούτων τοῖς ἐναντίοις κατορθωμένων ἐπὶ πλείστοις ἐνιαυτοῖς, καὶ τοῦ κακοῦ τοῦδε τὰ Ῥωμαίων ἐς ἀεὶ διακυμαίνοντος πράγμασιν, οὐδέποτε βραχεῖα νίκη Ῥωμαίοις διαγεγέλακε, οὐδέ τι παρυφέστη τροπαιουχήματος ἴνδαλμα. τὴν δ' ἐκ Θεοῦ παρόρασιν, ταύτην, καὶ τελείαν μικροῦ ἐγκατάλειψιν, οὐδεὶς τῶν ὑψιθρόνων ἀρχιερέων, καὶ τὰς πρώτας καρπουμένων τιμάς, ἢ τὴν ἱερὰν τῆς

κεφαλῆς

κεφαλῆς μέχρι καὶ ῥινὸς διαχαλώντων
βαθυπωγώνων μοναστῶν ἐν τῷ βαλλό-
μενος ἦν, ἢ διδάσκων πρὸς ταύτην ἀν-
τιπαρατάττειν ὁποσονοῦν, ἢ ἐν τῷ παρρησιά-
ζεσθαι βασιλέως ἐνώπιον Ῥωμαίοις διαμη-
χανώμενος τὰ σωτήρια· ἀλλ' ὡς εἰ πάν-
τες ἐξέκλιναν τε ἅμα καὶ ἠχρειώθησαν,
ἀνεπαισθήτως εἶχον τῶν γινομένων, καὶ διὰ
ἀντέβαινον ταῖς ἐκ Θεοῦ μαστιγώσεσιν.
Ἕλληνες δὲ τὴν αἰτίαν ἐζήτησαν τοῦ λοιμοῦ,
καὶ τοῦ μάντεως πειθόμενοι Κάλχαντος, οὐκ
ἀφῆκαν τὸ κακὸν ἀθεράπευτον, παρ' οὐδὲν
θέμενοι, εἰ βαρυμηνίαν ἔμελλεν ὁ πρῶ-
τος καὶ κράτιστος τοῦ στρατεύματος. ὅγε
μὴν Ἰβανκὸς τῷ βασιλεῖ προσρυεὶς, ἀσ-
μένως προσδέδεκτο, καὶ γέγονεν ἐς οὐκ ὀ-
λίγα χρήσιμος Ῥωμαίοις, εὐμήκης ὢν τὴν
ἡλικίαν, καὶ ἀγχίνοις μάλιστα, καὶ τὴν ῥώ-
μην ἀκμαῖος τοῦ σώματος, τὸ δέγε ἄνδρα
τῶν αἱμάτων τῷ τοῦ εἴδους ἀκροχόλῳ καὶ
τῷ τῆς γνώμης ἀποκρότῳ σαφῶς διεχά-
ρατε, Ῥωμαίοις μὲν συναυλιζόμενος,
μεταρυθμιζόμενος δὲ μηδαμῶς πρὸς τὸ
τοῦ φρονήματος ὁμαλὸν καὶ εὐένδοτον. ὁ μέν-
τοι βασιλεὺς οὐκ ἀνάξιον κρίνας τὸν ἄν-
δρα τῶν εἰς αὐτὸν γινομένων γαμικῶν ἐγ-
γυήσεων, τὴν μὲν παστάδα ἐς τὸν νόμιμον
καιρὸν ἀνεβάλετο (ἔτι γὰρ ἐψέλλιζεν ἡ
νύμφη τὰ παιδικά) αὐτὸν δὲ τοῖς μέγα δυ-
ναμένοις συγγενέσιν ἐνέγραφεν, οὐδενὸς τῶν
εἰς θεραπείαν ἀρχὴν καὶ πλοῦτον βαθὺν
παρεικὼς στέρεσθαι. ὁ δὲ πρὸς τὸ κατηγγυημέ-
νης αὐτῷ θυγατρόπαιδος τοῦ βασιλέως
ἀτελὲς ὁρῶν καὶ τῇ τοῦ κάλλους ῥοδωνιᾷ τῇ
τῆς τεκούσης αὐτὴν Ἄννης ἐν χηρείᾳ ἔτι οὔ-
σης, περιέργως ἐνατενίζων, καὶ γάμοις φαν-
ταζόμενος μείζονας, τί μοι καὶ τῷ ἐν γά-
λαξιν, ἔφασκεν, ἀρνειῷ ἀμνάδος πρὸς
χρείαν, καὶ αἰγὸς τελείας ἐπιδεομένῳ;

monachis cōsiderauit, vllóve modo placare docuit, aut liberius apud Imperatorem differendo, quicquam Romani salutare conatus est: sed quasi omnes à via deerrantes & inutiles facti, quid rei esset non animaduerterunt, quodammodo flagellis Dei aduersantes, Græci quidem causa pestilentiæ ex Calchante vate cognita, offensi numinis iram placarunt, neglecta summi & potētissimi Imperatoris indignatione. Ibancus verò cum ad Imperatorem se contulisset, benignè susceptus, Romanis multis in rebus vtilē nauauit operam: homo proceræ staturæ, præstanti ingenio, & robustissimo corpore, sed iracundia & contumacia animi è vultu relucens, crudelitatem eius abundè testabatur. quare tametsi inter Romanos viueret, tamen mores suos ad facilitatem & æquabilitatem minimè componebat: Nihilominus Imperator eum, sponsalibus à Sebastocratore promissis, non indignum ratus, nuptias in legitimum tempus distulit, ob puellæ teneros annos: ipsum verò in numerum cognatorum suorum potentissimorum hominum recepit, summa potentia & maximis opibus donatū. Is verò sponsæ suæ immatura ætate considerata, & matris eius Annæ viduæ adhuc elegantia curiosius inspecta, nuptiis amplioribus inhians: *Quid,* inquit, *mihi rei est cū lactāte adhuc agna cū oue indigeā ad coi-*

Publicorum malorū caput, sapientia sapientibus ablata.

Ibancus Græcis (qui Romani perpetuò à Niceta nūcupantur) vtilem operā nauat.

Barbari hominis, ingenium.

Is matrem filiæ præfert, nuptiis amplioribus inhians.

tum apta? Ac vir ille in partibus Philippopoli vicinis plurimum laborauit, & veluti vallum popularibus suis & auxiliaribus Scythis obuia quæque vastãtibus & opponebatur aliquãdo etiam Imperatorem in expeditiones sequens, strenuam operam præ cæteris nauare videbatur. Quis verò Scytharum & Blachorum incursiones & nefaria facinora enumerare queat? Vastitas regionũ Hemo vicinarum, Macedoniæ & Thraciæ direptiones vtique omnibus statuis & tabulis clarius, & quauis historia dilucidius ostẽdunt, quid actum sit.

Opponitur Scytharũ incursionibus. Sed vallũ illud eruptiones diluuij illius quod tãdem Græciã inuasit non potuit coercere.

7 Neque verò à Septentrionalibus duntaxat barbaris Romani perpetuò premebantur, sed in Oriente Persis etiam prædæ erant. Nam cùm Imperator cum Persa Galaticæ Ancyræ domino pacem nõ fecisset, sed partim amicitiã eius, vt qui Romanis nocere nõ posset, aspernatus esset: partim pecuniæ, quæ pro pace postulabatur, parceret: vnũ annum & sex menses bellum continenter cum eo gessit. Qua de causa Cilix Alexius, ea quæ retulimus, illius adiutus opibus, confecit: & vrbs Dadibra à Persis occupata est. Nam cum is omnibus suis copiis adductis, se non inde recessurum confirmaret, nisi illam expugnasset, obsidio quatuor mẽses durauit, Dadibrenis nemine opem ferente. Nam Imperator etsi

Qui pietati & æquitati bellum indicunt, vndique accersũt etiã hostes, à quibus opprimuntur.

Dadibræ vrbis munitissimæ oppugnatio.

Nemo oppugnatis opem fert.

τὰ πλεῖστα μὲν οὖν ὁ ἀνὴρ οὗτος τοῖς περὶ τὴν Φιλίππου ἐπόνει μέρεσι, καὶ ἦν ἀγαπητὸν Ῥωμαίοις ἀντίφραγμα τῆς ἐκ τοῦ γένους ἐκείνου μετὰ Σκυθῶν συνάρσεως, ἐξιόντων καὶ κειρόντων τὸ προσπεσόν. ἐνίοτε δὲ καὶ τῷ βασιλεῖ συστρατεύων, διαφερόντως ἐδόκει δραστήριος. τίς δ' ἂν καὶ ἀριθμεῖν δύναιτο, ὅπῃ καὶ ὅτε τοῦ ἔθνους Σκυθῶν καὶ Βλάχων ἐγίνοντο ἔφοδοι, καὶ οἷα ἔργα ἔδρων ἀνόσια; μαρτυροῦσι δήπου τὰ πεπραγμένα ἡ τῶν πρὸς Αἷμον χωρῶν ἐρημία, Μακεδονίας τε καὶ Θρᾴκης οἱ λῃϊσμοί, στηλῶν καὶ κύρβεων ἀκριβέστερον, καὶ ξυμπάσης ἱστορίας τρανότερον.

7 Οὐ μόνον δὲ τὰ κατὰ τοὺς πρὸς ἄνεμον βορρᾶν ἐκπολεμωθέντας ἡμῖν βαρβάρους ἦν ἀεί πως ἐπικρατέστερά τε καὶ δυσαντίβλεπτα, ἀλλὰ καὶ καθ' ἕω τὰ Ῥωμαίων Πέρσαις ἐξέκειτο πρὸς ἀφαίτωσιν. μὴ γὰρ τῷ Πέρσῃ σπεισάμενος, ὃς Ἀγκύρας ἦρχε τῆς Γαλατικῆς, ἀλλὰ τῇ μὲν τὴν μετ' αὐτοῦ φιλίαν παρ' οὐδὲν τιθέμενος, ὡς λυμαίνεσθαι Ῥωμαίοις οὐκ ἔχοντος, τῇ δὲ περὶ τὴν δόσιν τῶν χρημάτων ὧν ὑπὲρ εἰρήνης ᾔτει σμικρολογούμενος, διετέλεσεν ἐς χρόνον ἕνα καὶ μῆνας ἓξ ἐκείνῳ διαφερόμενος. ἀμέλει τοι διὰ ταῦτα ὅ, τε Κίλιξ Ἀλέξιος, ὅσα εἴπομεν, διεπράξατο, παρὰ τοῦ τῆς Ἀγκύρας δυνάστου ἐνισχυόμενος, ἥ τε πόλις Δάδιβρα ἑάλω, καὶ Πέρσαις ὑπέκυψεν. ἄρας γὰρ μετ' ἁπάσης ὁ Πέρσης αὐτοῦ τῆς δυνάμεως, καὶ περὶ ταύτην τὴν πόλιν βαλὼν στρατόπεδον, ἐπέμενε πολιορκῶν. τριβομένου δὲ τοῦ καιροῦ, ἐπεὶ μὴ ἂν ἄλλως ἔλεγεν ὁ Πέρσης δυνατὸν εἶναι τὴν πολιορκίαν λῦσαι, εἰ μὴ παραλάβοι αὐτήν, εἰς μῆνας μὲν ἡ πολιόρκησις παρετάθη τέσσαρας, ἐπικουρία δ' ἦν οὐδαμοῦ τοῖς Δαδιβρηνοῖς ἐπιοῦσα ἐκ τῶν ἐκτός. ὅ, τε γὰρ βασιλεὺς

γὰρ βασιλεὺς εἰ καὶ πέμπων ἐνῆγεν αὐτοὺς ἀντέχειν γενναίως, καὶ συμμαχήσειν κατεπηγγέλλετο, ἔμελλεν ἀεί πως καὶ ἀνεδύετο, καὶ οἱ περίοικοι Παφλαγόνες ἀγχοῦ που προσιέναι καὶ ἐπαμύνειν οὐδαμῶς ἐθάρρησαν. ἀτὰρ οἱ πολιορκούμενοι πρὸς πᾶσαν ἀπεγνώκεσαν ἀρωγήν, καὶ δῆλοι ἦσαν λιμῷ πιεζόμενοι, καὶ ταῖς πετροβόλοις μηχαναῖς ἀνήκεστα πάσχοντες. τοῖς γὰρ λίθοις ἐκ τῶν ἔξωθεν γηλόφων κατὰ τὸ μέσον ἀφιεῖσθαι τῆς πόλεως, τὰς οἰκίας κατήρειπον, πέτρινά τε διακοντίζουσαι. καὶ πᾶν ἕτερον ἀνθρώποις ἐπίβουλον ἀκροβολίζουσαι, τὰ δοχεῖα τῶν ὑδάτων ἠφάνιζον, ὥστε τὰ ποτὰ ἠχρείουν ἔσωθεν ὄντα, καὶ μὴ πλανώμενα. μετ᾽ οὐ πολὺν δέ τινα χρόνον βασιλικῆς ἐπικουρίας ἀφιγμένης, καὶ κατὰ τὸν Βάβαν τὸ ὄρος αὐλισαμένης, ἧς ἦρχον μειράκες τρεῖς, ὁ Βρανᾶς οὗτος Θεόδωρος, ὁ Καταχαλὼν Ἀνδρόνικος, καὶ ὁ Καζάνης Θεόδωρος, ὡς ᾔσθοντο οἱ Πέρσαι, λόχους ὑποκαθίζουσι, καὶ μήπω παρανατειλάσης ἡμέρας ἐπιθέμενοι καὶ φεύγουσιν κατόπιν ἐπικείμενοι, οὓς μὲν ἔκτειναν, οὓς δὲ συνειλήφασι ζῶντας, μεθ᾽ ὧν καὶ τοὺς δύω στρατηγούς, καὶ τούτους περιηγκωνισμένους τὰς χεῖρας, κύκλῳ περιάγων ὁ Πέρσης ἐδείκνυ τοῖς ἐπὶ τῶν τειχῶν, καὶ παρῄνει ἕως ἡ πόλις τοῖς πολεμίοις ἀβάπτιστος κύμασι, τὴν ἐκείνης ἐγχειρίσαι αὐτῷ οἰάκισιν. μηδὲ γὰρ ἐκ τοῦδε σώζειν ἔχουσαν ἐλπίδα σφίσιν ὑπολελεῖφθαι, μηδ᾽ ἂν αὐτὸν ἐκεῖθεν μεταναστεῦσαί ποτε, εἰ μὴ ἐγκρατὴς τῆς πόλεως γένοιτο. τοιούτοις οὖν οἱ Δαδιβρηνοὶ θεάμασι καὶ ἀκούσμασι κατακλασθέντες τὸ πρόθυμον, τρέπονται πρὸς συμβάσεις ἀσυμφόρους μέν. ὁποίας δ᾽ ἐπέταττεν ὁ καιρός, ἀκμαῖος ἐφεστὼς καὶ τομός, κατανεύουσί τε τὴν μὲν πόλιν ἐκλιπεῖν πανσυδί, βαδίσαι δ᾽ ἕκα-

eos per nuncios ad fortiter resistendum hortabatur, & auxilia pollicebatur: subinde tamē rem procrastinabat: & finitimi Paphlagones propius accedere, & opem eis ferre non audebant. Neque verò hostem latebat, eos omni auxilio destitutos & fame premi, & à machinis grauissimè affligi. Nam cum saxa, calx, & quicquid hominum vitæ insidiatur, ex collibus in mediam vrbem cōiicerentur, ædes diruebantur, & putei inficiebantur. Non multò pòst missis ab Imperatore auxiliis, quæ in Baba monte castra habebāt, tribus adolescentibus ducibus, Brana isto Theodoro, Andronico Catacalone & Cazane Theodoro: Persæ ea re comperta, ex insidiis eos ante lucem adorti, & tergis fugientium inhærentes, alios occiderunt, alios ceperunt, & duos duces inter cæteros. quos Persa manibus post tergum reuinctis vndique circunductos, iis qui in mœnibus erant, ostēdebat, monens, vt vrbem priusquā belli fluctibus obrueretur, sibi gubernandam traderent. Neque enim spē salutis vllā eis superesse: neque se inde recessurum, nisi vrbe expugnata. His spectaculis & sermonibus Dadibreni fracti, ad pactiones descendunt, iniquas quidem illas, sed quas temporis angustiæ & durum telum necessitas flagitabant. Annuūt, se vrbē penitus deserturos, vt cuique cum suis charissi-

Imperator ignauus cunctando rem amittit: nec Paphlagones audent ferre suppetias.

Obsessi duriter premuntur.

Adolescentū auxilium vanum & nullum esse sentiunt.

Clades auxilij intempestiui, vrbem obsessam persuadat.

Victoris audacia felix obsessorum animos frangit, & iniquas pacis cōditiones cogit recipere.

mis & ſupellectilibus incolumi abire liceret, quò vellet. Neque enim barbarus eos in patria manere, & tributa penſitare pati voluit. His conditionibus iureiurando firmatis, Perſa vrbem ſuis popularibus incolẽdam dedit, ciues in alias atque alias regiones & vrbes ſunt diſperſi. quidam etiam, Perſæ conceſſu, tuguriolis in proximo ſtructis, amore patriæ, ſeruitutis iugum ſubierunt. Ac cum vrbe Dadibra hoc modo actum eſt. Imperator autem paulo pòſt, pace cum Perſa facta, libenter ei, deterſo pudore, ea dedit, quæ ante illius vrbis deditionem poſtularat. Vix Romanum imperium ab hoc malo reſpirarat, quũ alij nũcij grauiores afferuntur, & futura maiorem dolorem afferũt quàm præſentia. Nam hæc quidẽ, quamuis ex parte moleſtiam haberent, tamen libertatis nonnullis reliquiis blandiebantur. Quæ autem ab Occidentalibus gentibus imminebãt, ea ſeruitutem vniuerſam & perpetuam minitabantur. Nam Alemannorum rex Ammerigus, Friderici filius, qui in expeditione Palæſtina ſubmerſus eſt, vt in Iſaacij Angeli imperio diximus, paterno principatu ſuſcepto, Sicilia & Italia ſubactis, Romanos ipſos laceſſebat, nouarũ rerum importunè cupidus,

σον κακῶν ἀπαθῆ μετὰ τῶν φιλτάτων σφίσι, καὶ τῶν κτήσεων, ἣν ἂν αἱροῖντο στείλασθαι, ἐπεὶ μηδ' εὕρισκον τὸν βάρβαρον μένειν αὐτοὺς κατὰ χώραν ἐῶντα, καὶ φόρους αὐτῷ κατατίθεσθαι ὁπωσοῦν συντιθέμενον. ταῦτ' ἄρα καὶ ὅρκων γεγονημένων, ὁ Πέρσης εἶχε τὴν πόλιν, καὶ τοῖς ἐκ τοῦ γένους δίδωσιν αὐτὴν εἰς ἐνοίκησιν· αὐτοὶ δὲ μεταναστάντες ἐκεῖθεν, καθ' ἑτέρας χώρας καὶ πόλεις διεσπάρησαν· πολλοὶ δὲ τῆς πατρίδος ἄγχιστα πηξάμενοι μόσσυνα, οὕτω δοκοῦν τῷ Πέρσῃ, προσέμειναν, δούλειον ὑποδύντες ζυγόν, εἷς ἡ τῆς ἐνεγκαμένης γλυκύτης τῇ μνήμῃ προσίζανεν ἀναπόνιπτος. καὶ τοιοῦτον μὲν τῇ πόλει Δαδίβρῃ τέλος ἀπήντησεν. ὁ δὲ βασιλεὺς μετὰ βραχὺ τῷ Πέρσῃ σπεισάμενος, ἀπέδωκεν ἀσπασίως, ὅσα πρὸ τοῦ ἁλῶναι Δάδιβραν ἀπῃτεῖτο χρήματα, ὡς ἐξ ὀμμάτων οὖσαν τὴν τότε αἰσχύνην ταχέως ἀποτριψάμενος. ἀλλ' οὔπω ἡ Ῥωμαίων ἀρχὴ τὴν ἄλμην ταύτην ἀπέπτυσεν, ἀνένευσέ τε καθαρῶς, καὶ ἀνέπνευσε, καὶ δεινοτέροις ἀγγέλμασιν ἀκουσμάτων βάλλεται ἄλλων, καὶ τῶν ἐνεστώτων ἦσαν τὰ προσδοκώμενα δυσαχθέστερα, εἴ γε τὰ μὲν ὑπέσαινον ἐλευθερίας ἐγκαταλείμμασιν ἀπὸ μέρους ἀλγύνοντα. τὰ δ' ἐκ τῶν ἑσπερίων ἐθνῶν βάλλοντα, δουλείαν παρεῖχον φαντάζεσθαι, παγγενῆ προϊσταμένην καὶ δυσαπάλλακτον. ὁ γὰρ δὴ τότε κρατῶν τῶν Ἀλαμανῶν Ἀμερίγος ὁ τοῦ Φρεδερίχου υἱὸς ἐν τῇ κατὰ Παλαιστίνην ἀνόδῳ τὰ ὕστατα νίπτρα λέλουται, ποταμίῳ ἐναποψύξας ῥεύματι, καθὼς ἐν τοῖς κατὰ τὸν βασιλέα Ἰσαάκιον τὸν Ἄγγελον λόγοις ἱστόρηται, τὴν πατρῴαν εἰληφὼς βασιλείαν, Σικελίαν τε παραστησάμενος, καὶ Ἰταλίαν ὑπαγαγόμενος, ἐπὶ τῷδε καὶ Ῥωμαίοις αὐτοῖς ἐπεφύετο, πραγμάτων νεωτέρων ἄτοπος ὢν ἐραστής, καὶ

Dadibreni ſuis ſedibus patriis pulſi experiuntur quàm miſera ſit eorum conditio qui ſtultorũ principum imperio ſubiecti ſunt.

Amerigi legatio ad Græcos Tertia Græcorum oppugnatio, ab Occidente. In luxu & ignauia perditos populus vndiq; ruunt potentes aduerſarij.

Amerigi elogium ab homine Græco ſcriptum.

καὶ ῥέκτης κακῶν δυσαπάλλακτος. οὐκ ἀνέδην δὲ καὶ αὐτίκα Ῥωμαίοις ἦν ἐφεδρεύων, τὸ τῆς ἐγχειρήσεως ἐργῶδες ὑποβλεπόμενος, καὶ ἔτι ἔχων τοῖς ὀφθαλμοῖς προκείμενα, ὁπόσα Ῥωμαῖοι κατὰ Σικελικῶν ἠνδρίσαντο, ἐς τὴν ἡμετέραν πρώην παρεμβαλόντων, καὶ παρὰ τοῦ Πάπα δὲ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, οὐκ ἔλαττον ἀνασειραζόμενος τῆς προθέσεως. πέμψας οὖν πρέσβεις πρὸς τὸν αὐτοκράτορα Ἰσαάκιον (οὐ γάρ πω τῆς ἀρχῆς ἐξωστράκιστο) αἰτίας συνεῖρε ἀναιτίου δήπουθεν διαστάσεως. ἑαυτῷ γὰρ ἀπεμέριζε καὶ προσῳκείου, ὡς ἤδη Σικελίας ἐξουσιάζοντι, τὰς ἐξ αὐτῆς Ἐπιδάμνου μέχρι καὶ τῆς μεγαλωνύμου πόλεως Θεσσαλονίκης Ῥωμαϊκὰς ἁπαξαπάσας χώρας. ὡς νόμῳ ὑποκυψάσας πολέμου τῷ τῶν Σικελῶν προτέρως στρατεύματι. τὴν γὰρ ἧτταν τούτων καὶ κατατρόπωσιν, κατ' ἀπάτην ἔλεγε Ῥωμαίων προσυπαντῆσαι, οὐχ ἥκιστα πάντων λογοποιὸς ἐν τοῖς ἀνδράσιν εὑρισκόμενος. ἐλογίστευε δὲ καὶ λύπας τὰς τοῦ πατρὸς, καὶ σταθμίοις οὐ δικαίοις αὐτὰς ἐταλάντευεν, οὐ τὰς προσφάτους μόνον, ἀλλὰ καὶ ὅσαις ἐκεῖνος ἐκ πολλοῦ προσεπάλαισε, τῆς παλαιτέρας Ῥώμης ἐκδιϊστάμενος, ταῖς τοῦ βασιλέως Μανουὴλ ἀγχινοίαις, καὶ Ἰταλίας ὡσαύτως ἐκσφενδονούμενος, καὶ ταῦτα δὴ τὰ πρὸ Εὐκλείδου ἀνυποστάτως ἀνακινῶν, ἤθελε Ῥωμαίους χρήμασι μεγίστοις πρίασθαι τὴν εἰρήνην, ἢ πολεμησείοντα τοῦτον ἐκ τοῦ αὐτίκα μάλα καθυποδέχεσθαι. προσαπῄτει δὲ, ὡς εἰ κυρίων κύριος καθειστήκει, καὶ βασιλεὺς ἀναδέδεικται βασιλέων, συνάρασθαι τοῖς κατὰ Παλαιστίνην ὁμογενέσιν ἐκείνῳ διὰ ἀποστολῆς ναυμαχικῆς στρατιᾶς. ἀντεπιστείλαντος δὲ πρὸς ταῦτα τοῦ βασιλέως, καὶ ἄνδρα τῶν οὐκ ἀσήμων πρεσβευτὴν στείλαντος, πρέσβεις ἐκεῖθεν ἀφίκοντο, ὧν ἅτερος βαρὺ

& grassator ineuitabilis. Neque tamen statim Romanos inuasit, rei difficultate deterritus. positis adhuc ob oculos nostrorum contra Siculos fortibus facinoribus, cùm pridem in prouincias nostras impetum fecissent, & à veteris Romæ Papa ab instituto retraheretur.

Cur Amerigus non tam citò Græcos inuaserit.

Missis igitur ad Isaaciũ legatis (nõdum enim is imperio exciderat) causam dissensionis inanem quæritans, Romanas prouincias omnes ab Epidamno vsque ad inclytã vrbem Thessalonicam, sibi vt Siciliæ regi vendicabat, vt belli iure nuper à Siculo exercitu subactas.

Legationis Amerigi ad Alexiũ summa.

Nam quòd is tandem à Romanis profligatus esset, id fraude factum asserebat, in suis cupiditatibus fucandis fabulator insignis.

Exagitat Amerigũ Nicetas in occidẽtales paulò iniquior.

Cõmemorabat etiam, & iniquis lancibus ponderabat paternas offensas: nec eas recentes duntaxat, sed veteres etiam, Manuelis solertia veteris Romæ Papa contra illũ concitato, cuius Manuelis opera etiam Italia exactus esset pater. Ita obsoletis criminibus perfricta fronte renouandis, Romanis aut pacem maxima pecunia redimendam, aut bellum statim tolerandũ arbitrabatur. Præterea tanquam rex regum & Imperator imperatorũ postulabat, vt Romanis suis in Palæstina popularibus naualia auxilia mitterent.

Ex aliis historicis petenda est rerum à Germanis & aliis occidentalibus populis gestarum descriptio.

Ad quę cum Imperator rescripsisset, & virum non obscurum ad eum ablegasset: legati ab eo venerunt, quorum alter

homo ſuperciliosſus erat: & eo nomine ſuperbus, quòd regis in pueritia curam geſſiſſet. Eius legationis ſumma erat, plurimorum talentorum poſtulatio, arrogantia & inſolētia verba, rerum ab Alemannis geſtarum glorioſa commemoratio, quibus auditores decipi ſolent.

Summa iteratæ legationis Amerigi ad Alexium.

8 Imperator igitur (potiebatur autem rerum is, cuius nunc hiſtoriam contexi-mus) cum legatos infecta re dimittere non poſſet, annuit ſe pacem pecunia redempturum, quæ res ad id vſque tempus facta non erat. & vt Imperij Romani opes oſtētaret atque exaggeraret, rem aggreſſus eſt tēporibus minimè conſentaneam, ſed ab officio & decoro alieniſſimam, & Romanis propè ridiculam. Nam in feſto natalis Chriſti & ipſe gemmatam veſtem induit, & reliquos omnes auratas & laticlaui veſtes induere iuſſit. Quo ſpectaculo Alemanni adeò non obſtupuerunt, vt eorum cupiditas illo ſplendore Romanorum magis etiam inflammaretur: & Græcos vt ignauos homines & ſeruilibus deliciis deditos, quàm primum oppugnandi occaſionem optarent. Cum autem aſtantes Romani eos hortarentur, vt gemmarum ſplendorē, quibus Imperator inſtar prati nitebat, aſpicerēt, & media bruma veris ſuauitatē oculis perciperēt: negabāt, Alemānos talia ſpectacula deſiderare, neq; muliebria ornamēta admirari ſolere, quæ fucis flāmeis, inauribus radiantib. viris

AlexiūAmerigus ad pacem pecuniā redimēdam cogit.

Qui rem aggreditur, tēpori minimè cōſentaneā, ab officio & decoro alienam, is ſe ridendum cun ctis propinat.

Græci ab Alemānis ignaui & ſeruilibus delitiis dediti homines iudicantur.

ἣν τὴν ὀφρὺν καὶ περιττὸς τοῦ παιδοκομῆσαι τὸ ῥῆγα. ἦν δὲ τὰ δι᾽ αὐτῶν πρεσβευόμενα χρημάτων ἀποδόσεις πολυταλάντων, ἀλαζονεῖαί τε καὶ κόμποι, καὶ αὖ χρημάτων ἐγχωρείων κατάλογοι, δι᾽ ὧν καταπολιτεύονται οἱ ἀκούοντες.

8 Βασιλεὺς τοίνυν (ἦρχε δὲ ὁ νῦν ἱστορούμενος) μὴ ἔχων ἀπράκτους ἀποπέμψαι τοὺς πρέσβεις, κατένευσε χρημάτων τὴν εἰρήνην ἀλλάξασθαι, πρᾶγμα μήπω ἐς τόδε καιροῦ γεγονός, ὑπεξάψαι δὲ τὴν βασιλείαν Ῥωμαίων ὡς πλουσίαν ὁ βασιλεὺς Ἀλέξιος προθέμενος, ἐς οὐδὲν ἔργον τοῦ καιροῦ συνῳδὸν καθυπενήνεκται, ἀλλὰ καὶ λίαν παρακεκινημένων τοῦ σεμνοῦ τε καὶ εὐπρεποῦς, καὶ ῥυὲν μικροῦ πρὸς Ῥωμαίων κατάγελων. τῆς γὰρ γενεθλίου ἐπιστάσης ἡμέρας Χριστοῦ, αὐτός τε τὴν διάλιθον στολὴν ἠμφιάσατο, καὶ τοῖς λοιποῖς πᾶσιν ἐπιτετάχει τὰς χρυσοϋφεῖς περιθέσθαι καὶ πλατυσήμους ἐσθῆτας. οἱ δ᾽ Ἀλαμανοὶ τοσοῦτον ἀπεῖχον ἔκθαμβοι τοῖς ὁρωμένοις τούτοις φανῆναι, ὥστε καὶ ἀνέθαλπον μᾶλλον τὸν ἔρωτα, ὃν ὑπέτυφον ταῖς λαμπροφορίαις τῶν Ῥωμαίων ἐναυόμενον, καὶ ηὔχοντο τάχιον κρατῆσαι Γραικῶν, ὡς ἀγεννῶν τὰ ἐς πόλεμον, καὶ περισπουδαζόντων τὰς ἀνδραποδώδεις χλιδάς. πρὸς δὲ τοὺς συνεστῶτας σφίσι Ῥωμαίους καὶ ἐνάγοντας ἐς τὴν τῶν λίθων ἄνθην ἀφορᾶν, εἷς ὁ βασιλεὺς ὡς λειμὼν ἐνηγλάϊστο, καὶ χειμῶνος μέσον χάριτας ἐαρινὰς δρέπεσθαι, καὶ τὸν ὀφθαλμὸν ἑστιᾶν· οὐ χρείαν, ἔφασκον, Ἀλαμανοὶ τοιούτων ἔχουσι θεαμάτων, οὔτε μὴν ἐπιτηδείων γυναιξὶν ἐμπορπημάτων καὶ στολισμάτων φιλοῦσι θεάσασθαι καθεστάναι, ἃς ἡ κονία καὶ κρήδεμνα καὶ ἐνώτια παμφανόωντα, καὶ τὸ ἀρέσαι τοῖς ἀνδράσι δια-

φέροντας ἀσπάζεται· ἀλλὰ καὶ Ῥωμαίους μορμολύττοντες, νῦν ἱκανὸν καιρὸς, ἔλεγον, μεθαρμοσθῆναι τῶν γυναικωδῶν ἐμπορπήσεων, καὶ σιδήρῳ περισταλῶσαι ἀντὶ χρυσοῦ. εἰ μὴ γὰρ τὰ τῆς πρεσβείας λήψονται πέρας, καὶ πρὸς τὸ τοῦ κυρίου σφῶν καὶ βασιλέως συμβαῖεν Ῥωμαῖοι βούλημα· ἀνάγκη τις ἔσται πάντως διὰ μάχης ἀνθρώποις χωρεῖν, οἵ τινες οὐ λίθοις ὡς λειμῶνες περιανθίζονται, οὐδ᾽ οἰδαίνονται πρὸς ἦθος ἀγέρωχον μαργάρων σφαιρώμασιν πρὸς φῶς διαγελώντων σελήνης, ἢ ταῖς ἐν θυάσοις μεθύουσι λίθαξιν, αἳ ὡς ἀλαζὼν ὄρνις ὁ μηδικὸς, πορφύρᾳ καὶ χρυσῷ περιχρώζονται. ἀλλ᾽ ἄρεος ὄντες τρόφιμοι, θυμοῦ μὲν πυρὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐρυθραίνονται τοῖς τῶν λίθων ἐπίσης ἀκτινώδεσιν. ἱδρῶτας δὲ θρομβοῦντες ἐν τῷ μογεῖν πανημέρια ὑπὲρ στιλπνότητα μαργάρων αὐτοὺς καλλωπίζονται. ᾐτοῦμεν δὲ καὶ τὰ ὑπὲρ εἰρήνης αἰτούμενα χρήματα εἰς χρυσίου πεντήκοντα κεντηνάρια καθ᾽ ἕκαστον χρόνον διδόμενα. πρὸς ἅπερ ὁ βασιλεὺς ἀπαυδῶν, πρέσβιν ἐς τὸν ῥῆγα πέπομφε τὸν Φιλοκάλην Εὐμάθιον, ἔπαρχον ὄντα τῆς πόλεως. τοῦτο δὲ πλείστῳ ὑπὲρ τοὺς τότε κομμῶν, ἑκόντως ὑπέδυ τὸν πρεσβευτήν. ἀμέλει καὶ δεῖται τοῦ βασιλέως μετὰ τῶν ἐπαρχικῶν παρασήμων ἐνδοθῆναι οἱ διαπρεσβεύσασθαι. καὶ βασιλεὺς ἐφόδιον ὅπερ ᾔτησε περιχαρῶς αὐτῷ παρασχόμενος, οἰκείοις ὀψωνίοις τὴν προκειμένην παρῆκε στείλασθαι. ὅθεν ἐποφθεὶς καινός τις καὶ ἔξαλλος πρεσβευτὴς, οὐ μόνον οὐδέν τι παρὰ τοὺς πρότερον πρέσβεις τετίμητο, ἀλλὰ καὶ γέλων ὦφλε τῷ ἀήθει τοῦ περιβλήματος. ἐπεὶ δὲ τὰ τῆς εἰρήνης ἕνεκα δοθησόμενα χρήματα, εἰς δέκα πρὸς τοῖς ἓξ χρυσίου περιέστησαν κεντηνάρια, ὁ μὲν Φιλοκάλης τὴν

viris impensè placere studeãt, ac vt Romanis terrorẽ incuterent, nunc tempus instare aiunt, vt muliebribus ornamentis sepositis, aurum ferro commutẽt. Nam si legatio foret irrita, nec Imperator regis sui & domini postulatis annueret: necesse eos habituros pugnare cum hominibus qui non gemmis vt prata niteant, neque rotũdis margaritis intumescant, aut amethystis purpuræ & auro intertextis pauonis instar glorientur: sed qui Martis alumni, irę flamma oculos suffusi non secus quàm gemmæ radient: & totos dies sudorẽ fundant, margaritis splendidiorem. Recensebant etiam pecuniam quæ pro pace postularetur, esse auri centenarios L. quotannis pendẽdos. Quam summam cum se Imperator soluere posse diffideret, Eumathium Philocalem præfectũ vrbis, legatum ad regẽ mittit: qui cum opibus cæteros superaret, vltrò id munus subiit, Imperatore exorato, vt sibi cum præfecturę insignibus legationem obire cõcederetur. Imperator verò viatico quantũ postularat libenter dato, suis eũ sumptibus propositum iter conficere passus est. Ita ille insolitus ac potius insolens legatus, nõ modò non maiore quàm cæteri honore affectus est, sed derisus etiam ob vestitus inusitati nouitatem. Cæterùm pecunia quæ pacis causa dãda esset, ad XVI. auri talenta redacta: Philocales

Veterũ Germanorũ obseruandum elogium.

Martis alumnorum deliciæ quales sint.

Sedecim auri talenta Alemannis pẽsitanda.

Diuites ambitiosi munera grauia vltro subeunt.

Insolitus ac insolens legatus, stultæ ambitionis mercedẽ, nẽpe irrisionẽ, reportat.

in Sicilia, vbi regem conuenerat, expectabat, dum ea mitterentur. Imperator verò pecuniæ inopiam causatus, à prouinciis tributum exigebat, quod Alemanicum appellatur, tum primùm institutum, & vrbano populo, senatu & cœtu Ecclesiastico, opificibus item & artificibus omnis generis conuocatis, petebat vt quisque de facultatibus suis partem aliquam stipis nomine conferret. Sed cum se nihil proficere, ac frustra talibus rebus niti, & inania verba fundere cerneret: plerisque etiam vociferantibus & tumultuãtibus ob inusitata ista & iniqua tributa, nonnullis verò cẽsoriam ei notam inurentibus, quòd Rempu. per luxum perderet, inter cognatos prouincias partitus, qui extinctis oculis omnes essẽt inutiles: ab eo quidem instituto toto impetu resiliit, ac propemodum eam postulationem à se profectam esse negauit: & aliam ingressus viam, aurea & argentea donaria, quæ extra sacrariũ essent, neque corpori & sanguini Christi suscipiendo seruirẽt, postulauit. Ab ea quoque petitione multis abhorrentibus, quasi sacra profanaturus esset, surda & muta Imperatorum monumenta, quæ nullum aduocatum haberent, inuadenda esse censuit. Itaq; sepulchra effodiuntur: nec vllis Romanorũ imperatoribus, quantumuis ob res gestas claris, quicquam præter saxeas tunicas, frigidum & extremum illud propugnaculum, relinquitur, omni precioso ornatu spoliatis.

Rebus suis, dum fuit tẽpus Alexius minimè consulens, grauis populo fit, tributa exigendo Sic solent stulti principes in cõtraria vitia currere.

Censoria nota dignus est qui per luxũ perdit Rempublicã, prouinciasque cõmittit hominibus inutilibus.

Nihil homini sacro sacrum est.

Surda & muta, sepulchra fac inuaduntur.

τούτων ἀποστολὴν κατὰ Σικελίαν ἐπέμενε, προσδοκῶν ἔνθα τῷ ῥηγὶ συνεγένετο. βασιλεὺς δὲ φάσκων ἀπορεῖν χρημάτων τάς τε χώρας ἐφορολόγει, τὸ καλούμενον εἰσπράττων Ἀλαμανικὸν, τότε καινισθὲν πρώτως· καὶ τὸ τῆς πόλεως ἐκκλησιάσας πλήρωμα, τότε γερουσιάζον καὶ ὅσον τοῦ βήματος τρόφιμον. καὶ ὅσον εἰς διαφόρους τέχνας καὶ ἐπιστήμας μερίζεται, ἔρανον ἀπῄτει γενέσθαι, καὶ ἀπόδασμά τι καταθέσθαι τῆς οὐσίας ἕκαστον. ὁρῶν δὲ ὡς οὐδὲν περαίνει, ἀλλ' εἰκῇ τὰ τοιαῦτα μέτεισι, κενολογῶν ἀτεχνῶς, καὶ τοὺς πλείους δὲ κραυγάσους καὶ στασιώδεις εὑρίσκων, οἷα μηδαμῶς ἀνεκτὰ ἡγουμένους τὰ φορτικὰ ταῦτα καὶ ἀήθη ἐπιτάγματα, ὑπό τινων δὲ καὶ λοιδορούμενος, ὡς τὰ κοινὰ κατασπαθῶν, καὶ τοῖς συγγενέσι τὰς ἐπαρχίας διανειμάμενος, ἀχρείοις οὖσι πᾶσι καὶ ἀπεσβεσμένοις τοὺς λύχνους τοῦ σώματος, τῆς μὲν προθέσεως ταύτης μεθ' ὅλης συντονίας ἀπῆρε. μικροῦ μηδ' αὐτὸς εἶναι διατεινόμενος ὁ τὸ σκέμμα τότε εἰσενεγκάμενος· ἑτέραν δὲ τραπόμενος, ᾔτει τὰ τῶν χρυσέων καὶ ἀργυρέων ἀναθημάτων, ὁπόσα ἐκτὸς τοῦ βήματος, μήτε μὴν πρὸς ὑποδοχὴν ἡτοίμασαι τοῦ θείου σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ. ἀποπηδησάντων δὲ πρὸς τοῦτο πολλῶν, καὶ εἰπόντων, ὡς κοινοῦν ἐθέλει τὰ ἅγια, ἔγνω δεῖν τοῖς ἀλάλοις καὶ κωφοῖς τῶν βασιλέων ἐπιθέσθαι μνήμασι, μηδένα τὸν ὑπερφθεγγόμενον ἔχουσιν. ἐτυμβωρυχοῦντο οὖν τὰ μνήματα, ὡς τοῖς πώποτε Ῥωμαίων ἄρξασι, καὶ ὅσοις αἱ πράξεις περίδοξοι, τοὺς λαΐνους περιλελεῖφθαι μόνον χιτῶνας, τὸ ψυχρὸν καὶ τελευταῖον κώλυμα τοῦτο, παντὸς γεγυμνωμένοις ἐπικοσμήματος τιμαλφοῦς.

ἣν δ' ἂν οὐδ' ἡ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου σορὸς ἀναφὴς καὶ ἀσκύλευτος, εἰ μὴ φῶρες φθάσαντες τὸ δόγμα τοῦ βασιλέως, τὴν ἐπιτρέχουσαν διάχρυσον ἀγλαΐαν ἐκλωποφόρησαν. ἀμέλει καὶ συναγηοχὼς ἀργύρειον ἐντεῦθεν, εἰς τὰ ἑβδομήκοντα κεντηνάρια, καὶ μερίδα χρυσίου τινὸς ὡσεὶ βέβηλον ὕλην καθῆκεν εἰς τὸ χωνευτήριον. δυοῖν δὲ τῶν ἐκ τῆς βασιλείου αὐλῆς τὴν τούτων ἐπαναθεὶς συλλογὴν, εἶχεν ἀμφοτέρους μετὰ βραχὺ σύνδρομον τῇ πράξει τὴν ἐκβίωσιν εἰληφότας. ὁ μὲν γὰρ πυρετῷ λάβρῳ διαφρυγεὶς ἀπελήλυθεν, ὁ δ' ὑδέρῳ κατὰ τοὺς ἀσκοὺς οἰδηθεὶς ἀπερρύετο.

Ac ne magni quidem Constantini loculus intactus & inuiolatus mansisset, nisi fures Imperatoris decretum anteuertissent, & aurea illius ornamenta abstulissent. Vnde cùm ad LXX centenarios argenti, & auri nonnihil corrasisset, conflari ea tanquam profanam materiam iussit. Eius muneris ministri duo paulo pòst obierunt, alter ardenti febre, alter aqua intercute sublatus.

Multa, sed non satis possidet homo pietatis & cõsilij expers.

ΤΟΜΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

NICETAE CHONIATAE
LIBER SECVNDVS, DE REBVS gestis Alexij Angeli.

* * *

BREVIARIVM.

1 *Nicetas insultat Amerigo mortuo, illiúsque in Siculos crudelitatem exaggerat. Caphures Genuensis pirata à Ioanne Stirione opprimitur.*

2 *Turbæ in aula Alexij Imperatoris, cuius cognati omnia vendunt. Euphrosyne imperatrix Constantinum Mesopotamitanum euehit, ideo à fratre & genero adulterij accusatur: vnde Batazis nobilis adolescentis proditoria cædes, & Alexij factum indignum.*

3 *Alexij irrita contra Blachos expeditio. Euphrosyne in monasterium abstruditur: sed delatorum opera reuocatur.*

4 *Constantini Mesopotamitani, sacrificuli & versutissimi aulici miræ artes describuntur. In altum sublatus casu grauiore ruit.*

5 *Temeritas Alexij in Iconiensi Sultano concitando. Sultanus oppida quædam ex improuiso capit. Antiochia Phrygiæ maximo periculo mirè liberatur. Sultani in captiuos humanitas. Alexij futiles ad bellum apparatus.*

6 *Alexius inconsultè in seipsum sæuit. Imperatricis deliberationes de imperij successore. Miserrimus imperij status: & Scytharum in Thraciam eruptio.*

Amerigi obitus inducias adfert Alexio. Nicetas autem, ex illa sua faecundia, tāquam ex armamētario, tela in mortuū contorquet, sed irrito conatu: immo in Nicetam ipsum eiusmodi tela redeunt. Sapientē etenim haud decet, rhetorum more in hunc vel illū declamitādo veritatis oculis offundere caliginem.

SEd quis Domini potētiam pro dignitate celebret, aut laudes eius diuulget? Antequam pecunia mitteretur, Alemaniæ rex moritur, cuius obitus non Romanis duntaxat optatissimus, sed Occidentalibus etiam gentibus gratissimus fuit, tum iis quas vi magis quam beneuolentia secum cōiunxerat, tum iis quas inuadere decreuerat, semper solicitus, & omnium voluptatum contemptor, vt monarchiam constitueret, & circumiacentibus regnis omnibus dominaretur: Antonios & Augustos Cæsares subinde somnians, & ad eorum principatum cupiditatem extendens, & tantum non vt Alexander dictitans, Et hæc & illa mea sunt. Pallidus & seuerus. Cum autem serò cibum caperet, & moneretur, cauendum esse ne ea re valetudinem læderet: respondit, *Homini priuato quoduis tempus ad cibum capiendum esse idoneum, id præsertim cui assueuerit. Regi verò, tot curis distracto, si nomini suo respondere vellet, satis esse, si vesperi curare corpus liceret.*

Amerigi apophthegma Principe dignum.

Verùm quod dixi, regis Alamaniæ mors cùm omnibus aliis gentibus optata fuerit, tum Siculi ea tanto magis sunt exhilarati, quod insula capta grauissimis ab eo malis affecti fuerant, quæ vix satis describi possunt. Non enim tantum cædibus rapinis, exiliis, cruciatibus into-

Siculos ad defectionem procliues in officio retinet, sed manu effera.

omnia versus Septētrionem & Austrũ. Nec ipsum Hippicum inuiolatum permansit: sed eius quoque pars occidenti obuersa penitus cõflagrauit, & quæ ad Sophias & & Bacanum porriguntur, & deinceps Elutherij partibus contermina. Cum autem incendium vrbem à mari vsq; ad mare hoc modo vastaret, & in hiatum vastissimum discessisset, ignito flumini simile, amici non citra periculum, nisi nauigio adiri poterant. Tunc maior pars habitatorum vrbis rei familiaris iacturam fecit: quippe cum ignis alios nec opinantes oppressisset, alij bona sua aliò translata multis anfractibus & regressibus ignis æquè amisissent. Heu splendidissimas & elegantissimas ædes, & omni venustate & summis opibus plenas, quę apud omnes celebrãtur. His atrocissimis casibus Isaacius Imperator dolebat ille quidem, sed non quantum oportebat. Eius verò filius Alexius adeò non grauiter eos ferebat, vt totam vrbẽ interire optaret, patriæ fax, flãmea facie, & malum illum Angelum incendiarium exprimens, cuius sacræ litteræ meminerunt. Incendio nundum planè sopito, sacer ornatus accuratius perquiritur & conflatur, quàm prius. Latinorum verò exercitus aurum & argentum quod ita præbebatur, ad vsum corporis, vt profanam materiam transferebat, & publicè vendebat, ac se criminis ab-

Hiatum vastissimum efficit.

Iacturã maximam fortunis ciuium adfert.

Isaacius atrocissimos casus deplorat: filius minimè. Adeò quorũdã, prę sertim magno loco cõstitutorũ ferrea sunt pręcordia.

Latini reliquias ignis diripiunt.

πρὸς βορρᾶν καὶ νότον περίεισιν ἄνεμον, οὐδ' αὐτὸ τὸ ἱππικὸν ἀδιαλώβητον ὑπολέλειπτο, ἀλλὰ καὶ τούτου τὸ πρὸς δυσμὰς ἅπαν μέρος ἐξεπυρώθη, καὶ ὅσα κάτεισιν ἐς Σοφίας, καὶ κατ' αὐτὸ τὸ Βύκανον παρεκτείνεται, καὶ καθ' ἑξῆς ὁπόσα τοῖς τοῦ Ἐλευθερίου ἀγχιτέρμονα μέρεσι. τοῦ δὲ πυρὸς ἀπὸ θαλάσσης ἕως θαλάσσης τὴν πόλιν οὑτωσὶ διαζώσαντος καὶ διελθόντος ὡς εἰς χάσμα μέγιστον, ἢ ποταμοῦ πυρὸς μέσον ἕλκοντος, οὐκ ἦν ἀκινδύνως συμμίξαι τοῖς φιλουμένοις ἀκμή τις ἀκατίῳ διεπορθμεύετο. τότε καὶ οἱ πλείους τῶν οἰκητόρων τῆς πόλεως, τῶν οὐσιῶν ἀπεψίλωντο, οἷα τοῦ πυρὸς τοῖς μὲν ἀπαρασκεύοις ἐπιφθάσαντος, τῶν δὲ τὰ ὄντα μεταθεμένων πρὸς ἑτέρας καταγωγάς, καὶ μήδ' οὕτω διασωσαμένων αὐτά. ἕλιξι γὰρ καὶ περικαμπαῖς ἐκτροπαῖς τε πλείσταις καὶ ἐπανόδοις τὸ πῦρ χρησάμενον, ἠφάνιζε τὰ μεταγόμενα. ὤμοι τῶν λαμπροτάτων καὶ περικαλλῶν δόμων, καὶ παντοίας γεμόντων χάριτος, καὶ τοῦ ῥυηφενοῦς πλούτου καὶ ζηλωτοῦ παρ' ἅπασι. πρὸς δὲ τὰ δεινότατα ταῦτα συναντήματα ὁ μὲν βασιλεὺς Ἰσαάκιος ἤχθετο, εἰ καὶ μὴ ἐς ὅσον εἰκός. ὁ δὲ τούτου υἱὸς Ἀλέξιος, οὐχ ὅπως οὐκ ἐδυσχέραινεν, ἀλλὰ καὶ συντελεσμὸν ἐπηύχετο τοῦ παντός, ὁ τῆς πατρίδος δαλός, καὶ τὴν ὄψιν φλογερός, κἀντεῦθεν διαχαράττων τὸν γραφικὸν ἐμπρηστὴν πονηρὸν Ἄγγελον. μήπω δὲ καθαρῶς λωφήσαντος τοῦ πυρός, ἡ τῶν θείων αὖθις κειμηλίων συλλογή τε καὶ καταχώνευσις ὑπὲρ τὸ πρὶν ἐπετείνετο. ὁ δέ γε τῶν Λατίνων στρατὸς τὸ χορηγούμενον αὐτοῖς οὕτωσὶ χρυσόν τε καὶ ἄργυρον, εἴς τε τὰς σωματικὰς χρείας, ὡς ὕλην βέβηλον, μετεσκεύαζον, καὶ τοῖς βουλομένοις προὔβαλλον εἰς πρατήριον, ἑαυτοῖς τὸ ἀνεπέγκλητον

τὸν ἐπιμαρτυρόμενοι (οὐ γὰρ ἠγνόουν, ὁπόθεν συνείλεκτο τὰ σφίσι βραβευόμενα χρήματα) ὡς τὰ ὠφειλημένα λαμβάνουσι, τοῖς δὲ Ῥωμαίοις τὴν ὑψόθεν ἐπιχαλῶντες ὀργὴν, ὡς περιέπουσι μὲν τὰ οἰκεῖα, κοινοῦσι δὲ τὰ Θεοῦ.

3 Δέησαν δὲ καὶ τῆς Λατινικῶν δυνάμεων συνάρσιν εὑρέσθαι τὸν Ἀλέξιον (ὁ γὰρ θεῖος αὐτῷ καὶ πρῴην βασιλεύων Ἀλέξιος, ἀπαναστὰς τοῦ Δεβελτοῦ, τὴν Ἀδριανοῦ κατέλαβε· καὶ ἣν ἀπείπατο βασιλείαν, ἐρασταῖς καταπροδόις ἐκμανέσιν ἐρᾶν τε πάλιν καὶ πειρᾶν οὐκ ᾐσχύνετο) οὐκ ἄλλως συνέκδημον αὐτῷ καὶ συστράτηγον τὸν Μαρκέσιον ἐπεσπάσατο Βονιφάτιον, εἰ μὴ χρυσίου δέκα πρὸς τοῖς ἓξ καταθέσθαι οἱ συνέθετο κεντηνάρια. ἐξιὼν τοίνυν, φυγάδα δείκνυσι τὸν Ἀλέξιον συντονωτέρῳ τοῦ προτέρου καὶ πολλῷ μακροτέρῳ χρησάμενον δραπετεύματι· ἀμέλει καὶ τὰς Θρακίας πόλεις περιελθὼν, καὶ ταύτας καταστησάμενος, εἰπεῖν δὲ καὶ καλαμησάμενος. ὁ γὰρ συνέκδημος ἐκείνῳ στρατὸς συχνάκις ὠρέκτια τὸν χρυσορρόεθρον ἀρύσασθαι, καὶ κατὰ τοὺς διψάσι δηχθέντας πίνων οὐκ ἐκορέννυτο· καὶ μέχρι Κυψέλλων κατιὼν, ἐπάνεισι πάλιν εἰς τὰ βασίλεια, ἅπας τῆς φρατρίας ἐξηρτημένος, οἳ τὴν τοῦ πατρὸς πήρωσιν καὶ τὴν ἐκ τῆς ἀρχῆς καθαίρεσιν Ἀλεξίῳ τῷ θείῳ συνδιεπράξαντο. ὃ καὶ μὴ φέρειν Ἰσαάκιος ἔχων, ὅτι καὶ ἣν καιροφυλακῶν εἰς φῶς ἐκρῆξαι τὸν κότον, ὃν ὑπέτυφεν ἐκ μακροῦ τῇ ψυχῇ, κατὰ τῶν σχέτλια ἐκεῖνον ἐργασαμένων δεινὰ, κακηγορῶν οὐκ ἐνέλιπε τὸν υἱὸν, καὶ μάλισθ' ὅτι τὴν οἰκείαν ἑώρα ἰσχὺν ὑποβαίνουσαν, καὶ κατὰ βραχύ πως ἀφιπταμένην, καὶ πρὸς τὸν υἱὸν μεταῤῥέουσαν. ἀπεπνίγετο δὲ καὶ πρὸς τὴν μετάθεσιν τῆς ἀναγορεύσεως. ὁ μὲν γὰρ υἱὸς προταττόμενος, κατατεινομέναις ἀνευφημεῖτο

soluta (nec enim ignorabãt vnde essent, quæ dabantur) quod acciperẽt debitũ: Romanis verò irã Dei impendere vaticinabatur, quod rem priuatam conseruarent, sacram verò profanarent.

Irritus Alexij Cõneni, imperiũ quod meritò amiserat repetẽtis, conatus.

3 Cũ autem Latinæ copiæ Alexio auxiliari deberẽt (nã patruus eius & dudũ Imperator Alexius, Debelto relicto Adrianopolim occuparat: & Imperium quod repudiarat, insanis amatoribus cõdonatum, repetere & amplecti non verebatur) Bonifacium Marchionem aliter secũ attrahere ad belli societatẽ nõ potuit, nisi auri centenarios XVI promisisset. Verùm egressus Alexium fugat longè celerius & lõginquius quàm prius: & Thracias vrbes passim componit, ne dicam deglubit.

Fugatur enim ab Alexio Isaacij filio.

Nam qui eum sequebatur exercitus, sæpissimè ex aureo flumine haurire cupiebat, veluti morsi à dipsadibus inexplebili siti ardens. Vsq; ad Cypsella progressus, in palatiũ reuertitur, totus eorum factioni deditus, qui patris excæcandi, & euertẽdi Alexio patruo adiutores fuerant.

Qui Constantinopolim reuersus ad homestum domesticorum lanienam conuertitur.

Quod cùm Isaacius ferre non posset, iam longo tempore vltionem illorũ cogitans, filio maledicere non desistebat: præsertim cum autoritatem suam imminui, & paulatim exolescere, & ad filium transire cerneret.

Inde inter filium & patrem simultates & odia ex stulta ambitione nata.

Indignissimè quoque ferebat, proclamationis mutationem. Nam filius priore loco contentis vocibus, vt palatium resonaret, saluta-

ſalutabatur, ipſo tanquam Echo ſubmiſſius ſequente. Sed quia prohibere illa non poterat, ſubmurmurabat, & apud eos quibus arcana ſui pectoris committebat, malè de filio loquebatur. Neque enim quicquam virtutis ei eſſe, non bonis moribus informatum eſſe, ſed peſſimis ſtudiis occupari, & peſſimorum hominum conſuetudine corrũpi. Neque hæc falſa erant, aut inania. Nam Alexius pluribus & grauioribus peccatis magnificum & inclytum Imperij Romani nomen fœdabat, vt qui paucis comitantibus, in Barbarorum tentoria traiiciens, crapulæ & aleæ vnà cum illis per totos dies indulgeret. Eius verò colluſores diadema aureum & gemmatum, ei detractum, ſuis capitibus, illi verò laneũ hirſutum pileum imponebant. Neque verò Alexius duntaxat ob huiuſmodi res apud honeſtiores Latinos & modeſtiores Romanos execrabilis habebatur: ſed & pater eius Iſaacius nihilo minus inuiſus erat, cũ rurſus abſurdarum opinionum intemperiis agitaretur, & diuinationibus atque oraculis fœdioribus quàm prius incumberet. Nam antè monarchiam ſibi imaginabatur, ſeque impudenter eum eſſe iactabat, qui Occidentem cum Oriente coniuncturus, & totius mũdi Imperio potiturus eſſet. Tum verò viſum ſe recepturum, & arti-

Iſaacius Alexio filio maledicit.

Eiuſdem tra ducit & carpit vitia.

Princeps crapulæ & aleæ deditus, exitio proximus

Colluſores ei diadema detrahunt.

Iſaacius autẽ hæreſeos & magiæ morbo execrabili laborat.

Monarchiã ſomniat impudenter.

Suauiter ſibi applaudit mẽtis oculis priuatus.

φωναῖς, ὡς τῷ πατάγῳ κόπτεσθαι τὰ ἀνάκτορα. ὁ δὲ κατὰ τὸ τῆς ἠχοῦς ὑστερόφωνον παρηκολούθει ταῖς υἱικαῖς καὶ στεῤῥοτέραις ἀνακηρύξεσιν. οὐδὲν δέ τι δρᾶσαι πρὸς τὰ γινόμενα οὕτω δυνάμενος, ὑπ᾽ ὀδόντα ἐτονθόρυζε, καὶ οἷς ὡς ἐξ ἀδύτων τῆς καρδίας ἀνεμήρυε τὰ ἀπόῤῥητα, κατὰ τοῦ υἱοῦ ἀποφήματα διελέγετο, ἕωλα μὲν αὐτῷ τὰ χρηστὰ λέγων εἶναι, καὶ ὡς οὐδ᾽ ὅλως σωφροσύνῃ ἐῤῥύθμισται, ἐν τοῖς χειρίστοις τὸ ἦθος τυπούμενος, φθορεῦσί τε ἀνδράσι συνδιαιτώμενος, καὶ τὰ ἤθη τούτων ἀναματτόμενος. οὐ μάτην δὲ ταυτὶ καὶ εἰκαίως κατὰ τοῦ υἱοῦ ἠγόρευεν Ἰσαάκιος. ἀλλὰ καὶ πλείω ἕτερα καὶ ἀσελγέστερα πολλῷ πλημμελῶν, τὸ μεγαλοπρεπὲς καὶ πανκλέϊστον τῆς τῶν Ῥωμαίων βασιλείας κατεῤῥύπαινεν ὄνομα. εἰς γὰρ τὰς τῶν βαρβάρων σκηνὰς μετὰ μετρίων ὀπαδῶν περαιούμενος, συνεκραιπάλα τοῖς ἐν αὐταῖς, καὶ συνδιημερεύων ἐκύβευεν. οἱ δὲ συμπαίγμονες ἐκείνῳ τὸ τῆς κεφαλῆς ἀφαιροῦντες διάδημα, χρυσόκολλον ὂν καὶ λιθόστρωτον, αὐτοὶ μὲν ἐκεῖνο περιετίθεντο, τὸν δ᾽ Ἀλέξιον περιέβαλλον τὸ λαχνῆεν καὶ ἐρεοῦν καὶ τῆς Λατινικῆς ταλασίας περίβλημα. οὐ μόνον δὲ ὁ Ἀλέξιος ἐνδυκαιρῶν ταῖς πράξεσι ταύταις, παρὰ τοῖς τῶν Λατίνων εὐσχήμοσι καὶ τοῖς τῶν Ῥωμαίων σώφροσι βδελυγμίας ἐκρίνετο· ἀλλὰ καὶ ὁ τούτου πατὴρ Ἰσαάκιος οὐκ ἐπ᾽ ἔλαττον ἦν στυγητός, ἐπειδήπερ καὶ πάλιν ἀλλοκότοις δόξαις περιεφέρετο, λόγιά τε καὶ ὀμφὰς συντιθείς, οὐκ ἔληγε τῶν ἐπὶ τῆς προτέρας ἀρχῆς ἀῤῥητότερα· εἴγε πάλαι μὲν τὸν μόναρχον ἐφαντάζετο, καὶ αὐτὸς εἶναι ἀναιδῶς διετείνετο, ὁ τῇ δύσμῃ συνάψων τὴν ἕω, καὶ κράτος περιζωσόμενος τὸ παγκόσμιον, τότε δὲ καὶ τὴν πήρωσιν ἀποτρίψασθαι προσεδόκα τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ ὡς

λεβηρίδα

λεβηρίδα τὴν νόσον ἀποξύσασθαι τὴν ἀφθεί-
τιδα, καὶ τὸ ὅλον εἰς ἄνδρα θεοείκελον ἀ-
μειφθήσεσθαι, ὥς τε καὶ τῶν μοναστῶν οἱ κα-
ταρατότατοι, καὶ βαθεῖ ληΐῳ κομῶντες
τὴν τοῦ πώγωνος ἄρουραν, εἰς αἰσχύνην τε
οἰκείαν τὸ θεοφιλὲς οἱ θεομισεῖς περικεί-
μενοι σχῆμα, τὰς ἀρχικὰς τραπέζας με-
ταδιώκοντες, καὶ τῶν ἰχθύων τοὺς νεαλεῖς καὶ
πίονας περιχαίνοντες, συνδειπνοῦντες
Ἰσαακίῳ, συγκαθίστων ἐκείνῳ τὴν μο-
ναρχίαν ἐν λόγοις, τὸν αὐθοσμίαν ζωρό-
τερον προσφερόμενοι· ἐνίοτε δὲ καὶ τὰς
ἐξηρθρωμένας χεῖρας περιπτυσσόμενοι,
καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτὰς προσάπτοντες,
τὴν ὅσον οὐδέπω τούτων προηγόρευον ἀνα-
καίνισιν καὶ κραταίωσιν. ὁ δὲ διεχεῖτο πῶς
ἂν εἴποι τις τοῖς λεγομένοις, καὶ ἐπεσκίρτα
τοῖς βωμολοχεύμασι τούτοις ὡς ἀψευδέ-
σι θεσπιωδήμασιν. ἐν πολλοῖς δὲ καὶ τοὺς
τῇ ἀστρικῇ προσκειμένοις προσιέμενος,
ἄλλα τε ταῖς αὐτῶν ὑποθήκαις ὑπείκων
εἰργάζετο· καὶ δὴ καὶ τὸν Καλυδώνιον σῦν,
ὃς ἐν τῷ Ἱππικῷ φρίσσων τὴν ἐπινώτιον
τρίχα, ῥύδην φέρεται, τῆς βάσεως κα-
θελών, μετενήνεγκεν εἰς τὸ μέγα παλά-
τιον, τὸν τὴν ὁρμὴν συώδη καὶ ἀτάσθαλον
δῆμον τῆς πόλεως καταστελεῖν ἐντεῦθεν οἰ-
όμενος. ἀλλὰ καὶ τῶν ἀγοραίων οἱ φιλοι-
νότεροι τὸ ἑστὸς ἐπὶ στήλης ἐν τῷ Κωνσταν-
τινείῳ φόρῳ τῆς Ἀθηνᾶς ἄγαλμα εἰς
πλεῖστα διεῖλον τμήματα. ἐδόκει γὰρ τοῖς
ἄφροσι σύρφαξιν ὑπὲρ τῶν ἐξ ἑσπέρας ἐστοι-
χειῶσθαι τοῦτο στρατῶν. ἀνέβαινε μὲν τὴν ἡ-
λικίαν ὄρθιον ὡς ἐς τριακάδα ποδῶν· ἠμ-
φίεστο δὲ στολήν, ἐξ ὁποίας ὕλης ὅλον τὸ
ἰνδαλλόμενον κεχαλκούργητο. ποδήρης
δ' ἦν ἡ στολή, καὶ συμπτυσσομένη πολλα-
χῇ τῶν μερῶν, ὡς μή τι τοῦ σώματος πα-
ραφαίνοιτο, ὅπερ ἡ φύσις περιστέλλειν ἐπέ-

cularem morbum, vt serpentem exuuias, positurum, & in virum Deo similem se transformatum iri somniabat. Proinde Monachi quidã summè execrabiles, promissis barbis, homines inuisi Deo, religioso habitu cum sua ignominia conspicui, qui mensam principalem persequebantur, qui recentibus & pinguibus piscibus inhiantes, cum Isaacio cœnitabant: mero largius hausto monarchiam illi verbis confirmabant. aliquãdo etiam nodosas manus eius oculis admotas, euestigiò renouatum & confirmatum iri prędicebãt. Ille verò mirum quàm blanditiis istis exhilarabatur, & scurrilibus iocis æquè ac certissimis oraculis fidem adhibebat. De astrologorũ quoque sententia cum alia fecit: tum aprum Calydonium, qui horrentibus in tergo setis in Hippico impetu fertur, in magnum palatium transtulit, ea se ratione temerarij & apro non dissimilis populi rabiem cohibiturum existimans. Sed & ebriosi quidam ex circumforaneis, Mineruę simulacrum in foro Constantini columnæ insistens, in multas partes comminuerunt, quòd demens turba id pro exercitibus occidentalibus formatum esse credebat. Id in xxx. pedum altitudinem assurgebat, indutum ærea veste, qua materia totum constabat, demissa ad pedes, & multis in partibus complicata, ne quid appareret, quod natura tectum es-

Monachi assectatores miserũ Isaaciũ pessundant.

Recẽtiorum hypocritarũ, qui specioso titulo & studio tecti principibus & populis fucum faciũt expressa tabella.

Aper imago plebis.

Minerua vt Occidentaliũ fautrix comminuta à plebe Constantinopolitana.

Simulacrum egregij operis.

se voluit, baltheus lumbos arctè constringebat. In pectore rectis mammis insigni Aegidem cum Gorgoneo capite ab humeris dependentem gerebat. collum nudum & longum erat iucundissimum spectaculum. Aes enim deam ita repræsentabat, vt labia suauem editura vocem, si quis expectaret, viderentur. apparebant & venæ, & totum corpus, quà decebat, mollius inflectebatur: & quamuis exanime, animati corporis vigorem referebat. Cauda equina capiti imposita, terrorem quendam præ se ferebat. Coma à fronte dependens, in nodum contorta, & à tergo constricta oculorum erat deliciæ. galea non penitus contecta, sed ex parte prominens. læua manus plicas vestis continebat: altera versus Austrum caput paulũ inclinatum sustinebat. oculorum acies eódem intendebatur, vt qui situm angulorum non satis norant, simulacrum Occidentem spectare, & veluti manu allicere Occidentales exercitus, affirmarent, haud sano iudicio oculorum decepti. Ac illi hac opinione impulsi, Mineruæ simulacrũ contriuerũt: ac potius subinde ruentes in deterius, & contra semetipsos armati, fortitudinis & prudentiæ præsidem nec typis expressam apud se ferre potuerunt. Imperatorum verò sũma & vnica occupatio erat, pecuniæ collectio, quòd nulla erat acci-

Veteres opifices admodũ industrij & inimitabiles.

Nicetas ex pulice facit elephantũ: & minutias istas nimium auidè persequitur ac pueriliter deflet.

Summum in principe vitium pecuniæ amor, vt eã postea in malos vlus effundat.

ταξε· μίτρα δ' ἀρεος τὴν ἰξὺν διειληφυῖα, ἱκανῶς αὐτὴν περιέσφιγγεν. εἶχε δὲ καὶ ἐπὶ τοῖς στέρνοις ὀρθόπτυθον ὂν ποικίλον αἰγίδος ἐπένδυμα, τὴν ὤμων διεξικνούμενον, τὴν τῆς Γοργόνης τυποῦν κεφαλήν. ὁ δέ γε αὐχὴν ἀχίτων ὤν, καὶ πρὸς τὸ δολιχόδειρον ἀνατεινόμενος, ἄμαχον εἰς ἡδονὴν θέαμα ἦν. τοσοῦτον δ' ὁ χαλκὸς πρὸς τὴν ἐκείνου μίμησιν πειθήνιος ὑπηλλάττετο, ὥς τε καὶ τὰ χείλη δόξαν παρεῖχον, ὡς εἰ προσμένει τις, μείλιχον φωνὴν ἐνωτίσεσθαι, καὶ φλεβῶν δὲ διεκτάσεις ὑπεκείνοντο, καὶ ὡς ὑγρὸν ὅλον τὸ σῶμα ἐν οἷς ἔδει περικλᾶσθαι· καὶ ζωῆς ἀπέχον, μετεῖχεν ὡς ζῶν ἀνθηρότητος, τοῖς ὀφθαλμοῖς ἱμέρῳ παντὶ ῥεόμενον. ἱππουρὶς δ' ἐπικειμένη τῇ κεφαλῇ, δεινὸν καθύπερθεν ἔνευεν. ἡ δὲ κόμη ἐς πλέγμα διεστραμμένη, καὶ δεσμουμένη ὄπισθεν, ὅση κέχυτο ἐκ μετώπων τρυφή τις ἦν ὀφθαλμῶν, μὴ ἐπίπαν τῷ κράνει συνεχομένη, ἀλλά τι καὶ παρεμφαίνουσα τοῦ πλοχμοῦ. τῶν δὲ χειρῶν ἡ μὲν λαιὰ τὰ συνεπτυγμένα τοῦ ἐσθῆτος ἀνέστελλε, ἀτέρα δ' ἐκτεινομένη πρὸς κλίμα τὸ νότιον, εἶχε τὴν κεφαλὴν ἠρέμα πως ἐγκλινομένην ἐκεῖ, καὶ τὰς τῶν ὀφθαλμῶν ἐπίσης τεινομένας βολάς, ὅθεν οἱ μηδὲ τὰς θέσεις τῶν περάτων ὁπωσοῦν ἐπιστάμενοι ἐς ἑσπέραν ἀφορᾶν τὸ ἄγαλμα διετείνοντο, καὶ οἷον ἐπισπᾶσθαι χειρὶ τὰ ἐκ δυσμόθεν στρατεύματα, κακῶς κρίνοντες καὶ μὴ πρὸς ἔννοιαν ὀρθὴν τοῖς ὁρατοῖς ἐπιβάλλοντες. οἱ μὲν οὖν μετὰ τοιούτων κινημάτων τῆς διανοίας τὸ τῆς Ἀθηνᾶς συνέτριψαν ἄγαλμα, ἢ μᾶλλον τοῖς χείροσιν ἀεὶ προβαίνοντες, καὶ καθ' ἑαυτῶν ὁπλῖται γινόμενοι, τὴν ἀνδρείας καὶ φρονήσεως ἐπιστάτιν κἂν τοῖς τύποις αὐτοῖς ἀπεώσαντο. οἱ δὲ βασιλεῖς οὐδὲν ὅτι μὴ τὴν συλλογὴν τῶν χρημάτων

μάτων ἔργον ἀσχολίας πάσης εἶχον, καὶ πάλιν ἀνώτερον, ἐπεὶ μηδὲ κόρος ἦν παρὰ τοῖς λαμβάνουσι λήψεως. ἀλλ' ὅσον αἱ δόσεις προὔβαινον, τοσοῦτον ἐνήκμαζε τὸ φιλόχρυσον. ἀμέλει κἀκ τῶν πολιτῶν ἔρανοι ὠδίνοντο συλλογαί. τούτου δὲ μὴ ὁμαλῶς προχωροῦντος (ὁ δὲ λεὼς ὅσα καὶ πέλαγος ἀχανὲς καὶ ἀόριστον ἀνέμῳ, τοῖς μὴ θυμήρεσι διαρριπιζόμενον, ἐπέρρευσεν εἰς ἀπόστασιν) τῆς μὲν προθέσεως ταύτης ἀπέστησαν. τοὺς δὲ ζαπλούτους ἐπιλεγόμενοι ἐσύλησαν ὅπως ἡ Λατινικὴ γαληνιάσῃ βούπεινα. καὶ τὰ χρύσεα δὲ τοῦ μεγίστου νεὼ ἔπιπλα ἑκατοντάλαντα ὄντα, καὶ αἱ λυχνίαι σὺν αὐτοῖς αἱ ἀργύρεοι ἀφαιρούμεναι, καὶ παραδιδόμεναι πυρί, πρὸς βρῶσιν ἀτεχνῶς προβέβληντο τοῖς κυσί, καὶ μίξις ἦν τῶν ἀμίκτων αἴσιος.

4. Ἀλλὰ καὶ τούτων οὕτω γινομένων, καὶ προδήλως αἰτουμένων, οὐδὲν ἐπεραίνετο. ἠβούλοντο γὰρ οἱ τῶν χρημάτων εἰσπράκτορες, τῆς τῶν Ῥωμαίων εὐηθείας κατατρυφῶντες, καὶ τῆς τῶν κρατευόντων ἠλιότητος καταπαίζοντες, τοὺς μὲν τὰς τιμίας ὕλας ἀποφορτίζεσθαι παρ' αὐτοῖς, τοὺς δὲ παρεστάναι ἀχθοφοροῦντας, ἄλλους προσιέναι χρυσαγωγούς, ἐνίους δ' ἐνσκευάζεσθαι πρὸς τὴν ἄφιξιν, καὶ τοῦτο δρᾶσθαι διὰ παντός. ὅθεν τοῖς περὶ τὴν μεγαλόπολιν τρυφηλοῖς χωρίοις, καὶ τοῖς ἱεροῖς ἐν Προποντίδι τεμένεσι, τοῖς τε λαμπροτάτοις οἰκοπέδοις τῶν βασιλέων παραλλὰξ οἱ στρατηγοὶ ἐφιστάμενοι, καὶ παρὰ θάτερον ἄτερος ὁπλιζόμενοι, ἐσκύλευόν τε τὰ ἐνόντα, καὶ αὐτὰ πυρὶ παρεδίδοσαν, φειδόμενοι μηδενὸς παραλίου οἰκοδομήματος, οἱ τοῦ καλοῦ ἀνέραστοι κηρεσιφόρητοι βάρβαροι. πλεῖστα δὲ κἀν ταῖς ᾐόσι τῆς πόλεως ἐπιπλέοντες συνίστων πόλεμον. καὶ ἦν ἡ νίκη ἀμειβαδὸν ἐπιμειδιῶσα ποτὲ καὶ Ῥωμαίοις,

piendi ſatietas: ſed quantum donatiua augebantur, tantũ creſcebat auri cupiditas. Cupiebant etiam à ciuibus exigere tributum. Sed cum ea res nõ expeditè ſuccederet (nã populus inuiſa poſtulatione irritatus, inſtar vaſti maris vento cõturbati, defectionẽ ſpectabat) omiſſo illo propoſito, eos qui ditiſſimi eſſe ferebantur ſpoliarũt, vt Latinorũ cupiditati immẽſæ fieret ſatis. Præterea maximi tẽpli aurea ſupellectilia multorũ talentûm, & argẽtei lychni vnà abrepti conflabantur, & planè canibus obiiciebantur, rebus non miſcendis nefariè commiſtis.

Græcorum ſumma miſeria, ſe ipſos exuere vt Latinos graſſantes induerẽt.

4 Neque tamen manifeſtis iniuriis iſtis quicquã proficiebatur. Nã pecuniæ exactores Romanorũ ſimplicitati inſultantes, & Imperatorũ vecordiæ illudẽtes, poſtulabant, vt alij materiã precioſam apud ſe deponerent, alij onera ſuſtinẽtes aſtarent, alij auri baiuli accederent, alij ſe ad acceſſum pararent, idq; cõtinenter fieret. Vnde hoſtium duces ſuburbana prædia amœniſſima & ſacras ædes Propontidis, & ſplendidiſſima Imperatorum palatia, alij ab aliis inſtigati, direptis per vices iis quæ inerant, cremabãt, nulli maritimo ædificio parcentes: homines Barbari ab omni elegantia alieni & in perniciem hominum nati. Multi etiam vrbana littora legentes, pugnam ciebant, victoria non ipſis perpetuò addicta, ſed alternis, etiam Ro-

Sicuti quò plus ſunt potæ plus ſitiuntur aquæ: ita pecuniæ diſtributio exactorũ auaritiã acuit.

Inde rapinæ, incendia, cædes.

Quid enim non mortalia pectora cogit, pecuniæ ſitis?

manis aliquando fauente. & vrbanus populus, fiducia ſumpta, ab Imperatore poſtulauit, vt ſibi, qui fideles ipſi & populares ipſius eſſent, cum exercitu ad reſiſtendum hoſtibus opem ferret: niſi fortè labiis duntaxat Romanis faueret, animo verò ad Latinos propenderet. Verùm illæ poſtulationes erant irritæ. Nam & Alexius ab armis cõtra Latinos ſumendis abhorrebat, idque inutile eſſe putabat: & pater eius id conſilium dabat, inanes promiſcuæ turbæ clamores negligendos: eos verò quorum ope in patriam reſtitutus eſſet, ſummis honoribus afficiendos eſſe. Huic ſententiæ reliquiæ quoq; Imperatorii generis in Alexii æqualis ſui gratiam aſſentiebãtur. Quidam etiam Latinis familiares facti, colloquia ciuium vt veteres nugas aſpernabantur: Latinum bellum magis reformidantes, quàm ceruorum exercitus rugientem leonem. Solus omnium Ducas Alexius, cui ob coniuncta ſupercilia & velut oculis imminentia, Murzufli cognomentum ab æqualibus erat inditum, regni cupiditate flagrans, vt ciuium gratiam colligeret, cum Latinis pugnare auſus, ad perforatum ſaxum & contiguum illi fornicem, illuſtre virtutis ſpecimen edidit. Sed popularium ducum nullo adiuuante (nam id Imperator vetuerat) captus eſſet, equo in genua prolapſo, & omnibus vnum ducem petentibus, niſi manus ſagittariorum eum defendiſſet. Proinde plebeia mul-

Ignaui imperatoris opẽ fruſtra populus oppreſſus implorat.

Nec enim ſuprema lex illi eſt, Reipublicæ ſalus.

Adulatores aulici priuata ſua cõmoda curant, & populi querelas ſuauiter derident: vmbrã belli formidãtes.

Alexius Ducas Murzuflus Latinis reſiſtit, non vt patriã iuuaret, ſed vt principatum facilius vſurparet. Ita ſuperbi & ambitioſi homines in Reipublicæ turbis & incendiis aurã popularẽ captant, & pericula nõnulla adeunt, quo ſcalas ſibi ad rerum faſtigiũ pertingendũ erigere poſſint.

καὶ μὴ πιθεῖσα ταύτῃ τὰ τῶν ἐναντίων ἀπρόσμαχα. ὁπότε καὶ τὸ δημῶδες τῆς πόλεως ἀνδριζόμενοι, ἐνέκειντο τὸν βασιλέα αἰτούμενοι, συμπαραθῆναι σφίσι μετὰ στρατεύματος κατὰ τῆς τῶν πολεμίων ἀντιμαχήσεως, πιστοῖς οὖσι καὶ πατριώταις, εἴπερ μὴ χείλεσι μὲν Ῥωμαίοις προστίθεται, τῇ δὲ καρδίᾳ Λατίνοις προσνένευκεν. ἦσαν δὲ αἱ ἐπαγγελίαι πρὸς μηδὲν ἀνύσιμον προϊοῦσαι. ὅ,τε γὰρ Ἀλέξιος ὁπλίζεσθαι κατὰ Λατίνων μὴ πεφυκὼς, ᾤετο καὶ ἀσύμφορον καὶ ὁ τούτου πατὴρ Ἰσαάκιος εἰσῆγε παραίφασιν, κενοφωνεῖν τοὺς ἐκ τριόδων ἐᾶν, τοὺς δ᾽ αὐτὸν καταγαγόντας εἰς τὴν πατρίδα, τιμῆς τῆς ἀνωτάτω καταξιοῦν. ταῖς δὲ γνώμαις ταύταις προσεπέρρεπον, καὶ τὰ τοῦ βασιλείου γένους ἐγκαταλείμματα, ἥλικες ἥλικα τέρποντες τὸν Ἀλέξιον. ἔνιοι δὲ καὶ τοῖς Λατίνοις εἰς ἑταίρους ἀνακραθέντες, ὡς ἑώλους ὕθλους τὰς τῶν πολιτῶν ἐντεύξεις παρέτρεχον, τὸν τῶν Λατίνων ἐκτρεπόμενοι πόλεμον, ὡς οὐδὲ λέοντα βρυχητίαν ἐλάφων στρατόπεδον. μόνος δ᾽ ἐκ πάντων ὁ Δούκας Ἀλέξιος, ὃς ἐκ τοῦ συνεσπάσθαι τὰς ὀφρῦς, καὶ οἷον τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐπικρέμασθαι, πρὸς τῶν συνεφήβων ἐπωνόμαστο Μούρτζουφλος. πλὴν καὶ ἐρῶν βασιλειῶν, καὶ τὴν τῶν πολιτῶν ἐπιτεχνώμενος εὔνοιαν, τὸν κατὰ τῶν Λατίνων ἀπεθάρρει πόλεμον, ἀρετῆς τε ὡς μάλιστα ποιούμενος ἔνδειξιν περὶ τὸν λεγόμενον τρυπητὸν λίθον, καὶ τὴν ἐκεῖσε περιαγομένην ἁψῖδα, τοῖς δυσμενέσι συμπλέκεται. μηδενὸς δὲ τῶν παρεστώτων ὁμοφύλων ἡγεμόνων, δόξαν οὕτω βασιλεῖ, ἐπαρήξαντος, μικροῦ συνείληπτο ἄν. ὅτε γὰρ ἵππος ἐπὶ γόνυ ὤκλασεν ᾧ ἐπεκάθητο, καὶ πᾶσα ἡ ξυμβολὴ πρὸς ἕνα ἀπεκλείσθη πολέμαρχον. εἰ μὴ τοξότις νεολαία τῆς πόλεως τὰ δυνατὰ περιτυχοῦσα ἐπήμυνε. τὸ τοίνυν λεῶδες τῆς πόλεως

μηδένα τὸν ἐπὶ Λατίνοις ξιφουλκίας συναγωνιστὴν εὑρίσκων καὶ ξύμμαχον, εἰς ἀποστασίαν οἰδαίνειν ἤρξατο, καὶ ὡς λέβης ἐκ πυρὸς κατὰ τῶν κρατούντων ἀτμοὺς ἀνιέναι ὕβρεων, καὶ τὴν πάλαι ὕφαλόν τε καὶ ἄγνωστον γνώμην ἐκζέειν πρὸς φῶς. ἦγε μὲν οὖν τότε πέμπτην καὶ εἰκοστὴν ὁ Ἰανουάριος τῆς ἑβδόμης ἰνδικτιῶνος τοῦ ἑξακισχιλιοστοῦ ἑπτακοσιοστοῦ δωδεκάτου ἔτους. συνδρομῆς δ' ὅτι πλείστης εἰς τὸν μέγαν γινομένης νεὼν, συνηναγκάζετο καὶ ἡ σύγκλητος, ἥ, τε τῶν ἀρχιερέων ὁμήγυρις, καὶ οἱ τοῦ βήματος λόγιμοι συνελθεῖν ἐκεῖσε καὶ συνδιασκέψασθαι σφίσι περὶ τοῦ ἄρξοντος. περὶ τῶν προκειμένων τοίνυν τὸ παριστάμενον εἰπεῖν λιπαρούμενοι, ἐκ μὲν τοῦ αὐτίκα ἐπιθέσθαι τοῖς βασιλεύουσι, καὶ χειροτονεῖν ἕτερον εἰς ἀρχὴν, οὐ δόλως ἐδοκιμάζομεν ὑποθέσθαι τοῖς συνιοῦσι. καλῶς γὰρ ᾔδειμεν, ὡς τὸ μεῖον ὁ προβληθεὶς ἀποίσεται, τῇ τε ἄλλῃ, καὶ ὅτι τῶν Λατίνων οἱ στρατηγοὶ ἀμφοτέραις καὶ πάλιν ἀνθέξονται τοῦ Ἀλεξίου καὶ περιέξονται. οἱ δὲ λαοὶ χρῆμά τι ὄντες ἀφελὲς καὶ εὐρίπιστον, καὶ πλέον τοῦ θεληματαίνειν οὐδὲν ἐπιστάμενοι, οὐκέτ' ἔφασκον ὑπ' Ἀγγέλων βούλεσθαι βασιλεύεσθαι· καὶ ὡς οὐκ ἄλλως ὁ σύλλογος ἐκεῖνος διαλυθήσεται, εἰ μή τις τῶν πραγμάτων προστήσεται θυμήρης αὐτοῖς. πεῖραν τοίνυν γνόντες τὸ τῶν ἀνδρῶν ἀμετάθετον, ἡσυχάζομεν, ἑαυτοὺς ταλανίζοντες, καὶ πολλὰ τῶν παρειῶν καταλείβομεν δάκρυα, τὸ μέλλον, ὡς εἰκὸς, προσορώμενοι. οἱ δὲ τὸν ἄρξοντα ἐπιμελῶς ἀνεδίφων, καὶ νῦν μὲν τόνδε, νῦν δ' ἐκεῖνον ἐκ τῆς εὐγενοῦς φυταλιᾶς ηὐτοσχεδίαζον αὐτοκράτορα· τέλος δ' ἀπειρηκότες τοῖς ὅλοις, τοῖς ὀχλαρχικοῖς καὶ δημοκόποις, ἐνίους δὲ καὶ τοῦ καθ' ἡμᾶς τάγματος τῆς χειρὸς ἐπισπώμενοι, στεφηφορεῖν ἀνέπειθον ξιφήρεις ὁρώμενοι

titudo, cũ neminẽ, qui cõtra Latinos opẽ ferret, inueniret, defectionis cõsilia agitare cœpit, & cõuiciis Imperatores insectari: cogitationibus quæ diu animis latuerãt, erumpentibus. Agebatur tũ XXV dies mensis Ianuarij: VII indictione anno VI. M. DCCXII. Concursu autem maximo in magnum tẽplum facto, etiam Senatus & collegium pontificum, & Ecclesiasticorũ primores eò conuenere, & de Imperatore deligendo vnà deliberare sunt coacti. Cum autem sententias rogaremur, nullo modo autores esse poteramus, vt Imperatoribus statim eiectis, alium crearent: haud ignari, quisquis designatus esset, eũ cùm ob alia, tum quòd Latinorum duces rursus Alexium summis viribus defensuri essent, posteriores laturum. At *plebs, vt simplex est & mutabilis, & nihil nisi libidinem in consilio habet*, se Angelorum imperium diutius toleraturã negabat: neque prius discessurã, quàm Imperatorem ex sententia nacta esset. Igitur ipsa re contumaciã hominũ experti, fortunas nostras miserãtes & affatim lachrymantes, quiescimus, quid futurũ esset, multo antè prospicientes. Dum autẽ illi diligẽter Imperatorẽ quærunt, & alios atq; alios ex nobilib. familiis designãt: tandẽ iis omnibus improbatis, plebeios magistratus, & quosdã nostri ordinis manibus prehẽsos, accipere coronã strictis ensibus hortaban-

Tandem populum ad seditionem suspercilíosus iste sedulò incitat: quod cõsilium recẽtiores Mursufli ex Niceta hausisse ac secuti esse videntur.

Plebis seditiosæ ingenium.

Prudentiorũ in his tumultibus lacrymæ.

Imperium à seditiosis nõ meliori vel nobiliori, sed viliori offertur.

tur. Heu, heu, quid illo periculo grauius atque acerbius? quid illius cõciliabuli vecordia demẽtius magisue ridiculũ? designationis ea ratio afferebatur. *Vestem habes: esto noster Imperator.*

Cõfusio summa.

5 Vix tandem triduo elapso, adolescentẽ quendã Nicolaũ Canabũ inuitũ Imperatorẽ inaugurant. Quæ vbi Alexius audiuit (nã Isaacius animam agebat, illis diuturni imperij prædictionibus ipso euentu refutatis, & nõ aliter quàm febricitãtium somnia euanescentibus) Bonifacium Marchionẽ accersit: initóq; cõsilio, vtriq; visum est Latinas cohortes in palatium admittendas esse, quibus nouus iste Imperator, & populus qui illũ designasset, submoueretur. Eo consilio nunciato, Murzuflus Ducas arrepta occasione, ad defectionem quã parturiebat idonea, cũ multis cognatis suis, spadonẽ fisco prefectum sibi conciliat, homuncionẽ incremẽtis dignitatis & largitionibus non inexpugnabilẽ. Is verò Imperatoris consilio bipenniferis nunciato, efficit, vt ea amplectenda censeant, quæ ipse vellet, & Romanis grata essent. Ex eo Imperatoris expulsio quasi per ludum inchoatur, cumq; Ducas intẽpesta noctę adit (erat enim ei intima familiaritate cõiunctus, Protouestiarij dignitate & insignibus calceis ab eo ornatus) & mœsta voce ait, cognatos eius, & plurimos obscuros homines, in primis verò bipenniferos barbaros furioso impetu in foribus es-

Adolescens Nicolaus Canabus à seditiosis imperator, inuitus inauguratur.

Cui armata manu Alexius Angelus occurrendum esse cẽset.

Murzuflus occasionem inter tot turbas astutè celeriterq; captans, viam ad soliũ sternit.

Alexium Angelum mentis impotem verbis dolosis ludificat: quales imperatores habuisti tunc, ô Græcia!

φεῦ, φεῦ, τί τούτου τότε τοῦ πειρατηρίου θυμαλγέστερον ἢ ἀχθεινότερον; ἢ τί τῆς συνειλεγμένης ἀβελτηρίας γελοιωδέστερόν τε καὶ ἀλογώτερον; τὸ γὰρ ἱμάτιον ἔχεις· γενοῦ ἡμῶν ἀρχηγὸς, ἦν ὁρᾶν ἀτεχνῶς περαινόμενον.

5 Μόλις δὲ καὶ τρίτης ἡμέρας παραρρυείσης, νεανίσκον τινὰ λαβόντες Νικόλαον τὴν κλῆσιν, Καναβὸν τὴν ἐπίκλησιν, εἰς βασιλέα χρίουσιν ἄκοντα. ὡς δ' Ἀλεξίῳ ταῦτα ἠνώτισθη τῷ ἀνάσσοντι (ὁ γὰρ Ἰσαάκιος ἔκειτο πνέων τὰ λοίσθια, τῶν μακρῶν ἐκείνων προαγγελμάτων τῆς μοναρχίας φρούδων ἐληλεγμένων, καὶ ὡς κλινεγερτοῦ ἀποπταύντων ἐνύπνιον) μετάκλητος τίθεται ὑπ' αὐτοῦ ὁ Βονιφάτιος Μαρκέσιος, καὶ περὶ τῶν ἐνεστώτων ἄμφω σκεψάμενοι, δεῖν ἔγνωσαν, δυνάμεις Λατινικὰς εἰσενεχθῆναι τοῖς παλατίοις, δι' ὧν ἀπόβλητος ἔσεσθαι ὁ δημοπρόβλητος, καὶ ὁ τοῦτον αἱρετισάμενος λαός. ὡς δ' ἦν τὰ ἐσκεμμένα ταῦτα πεφωραμένα, τὸν καιρὸν ἁρπάσας ὁ Δούκας ὁ Μούρτζουφλος, ὡς πρὸς ἣν ὤδινεν ἀποστασίαν ἁρμόδιον, σὺν τοῖς ἐκ τοῦ γένους ἐκείνῳ συχνοῖς καὶ τὸν ἐπὶ τῶν ἀρχικῶν χρυσώνων ὑποποιεῖται θλαδίαν, ἁλωτὸν ἀνθρώπιον τιμῶν ἀναβάσεσι καὶ εὐχείρωτον λήμμασιν. ὁ δὲ τοὺς πελεκυφόρους ἐκκλησιάσας, καὶ σφίσι κοινωσάμενος τὴν βασιλέως πρόθεσιν, ἐκεῖνα φιλητέα τίθησι κρίνοντας, ὅσα οἱ βουλητέα, καὶ Ῥωμαίοις ἀσπάσια. κἀντεῦθεν ἡ τοῦ βασιλέως οὐδέπως δραματουργεῖται καθαίρεσις. προσέρχεται ὁ Δούκας τῷ βασιλεῖ τῆς νυκτὸς ἀωρὶ (ἐπῳκείωτο γὰρ ὑπὲρ ἅπαντας, τιμηθεὶς Πρωτοβεστιάριος, καὶ τὰ τοῖς πολλοῖς ἐπερόχημα καθυποδούμενος πέδιλα) καί φησι συμπαθῶς, ὡς οἱ τῶν αἱμάτων ἐκείνῳ. ἀλλὰ δὴ καὶ πλεῖστοι τῶν ἀνωνύμων, πρὸ δὲ πάντων τὸ πελέκεσιν ὁπλιζόμενον βάρβαρον, πάρεισιν ἐπὶ θύραις ὁρμαῖς μανιώδεσιν,

αὐτοχειρὶ αὐτὸν διασπαράσοντες, ὡς ἤδη τοῖς Λατίνοις ἐκφανθέντα ὁμόνοα, καὶ τῆς αὐτῶν ἐξηρτημένον φιλίας. ὁ δὲ πρὸς τὴν ἀκοὴν ταύτην μορμολυχθεὶς, καὶ φανεὶς ἔκθαμβος, ὑποθέσθαι οἱ τὸ πραχθησόμενον λιπαρεῖ. περιχέων τοίνυν τὸν βασιλέα τοῦ καταπεχυμένου μέχρι ποδῶν καὶ πλατεῖ ἐπενδύτῃ τοῦ σώματος, συνέξεισιν ἐκείνῳ, καὶ ἄπεισι δι' ἀφανοῦς τοῖς πλείστοις πυλίδος ἐς τὸ σκήνωμα, ὃ δὴ τῶν βασιλείων εἶχεν ἐντὸς, ὡς δῆθεν αὐτὸν ῥυσόμενος. καὶ βασιλεὺς μὲν ἐπὶ τοῖς οὕτω δρωμένοις μικροῦ καὶ χάριτας ὡμολόγει τῷ Δούκᾳ, καὶ τὰ τοῦ Δαβὶδ ὑπέκρεκεν αὐτίκα ἐπ' αὐτῷ, ἔκρυψέ με ἐν σκηνῇ αὐτοῦ, ἐν ἡμέρᾳ κακῶν μου· ἐσκέπασέ με ἐν ἀποκρύφῳ τῆς σκηνῆς αὐτοῦ. ὁ δὲ καθ' ἕτερα ψαλμῳδήματα τοῦ Δαβὶδ ἅ φησι· χείλη δόλια ἐν καρδίᾳ, καὶ ἐν καρδίᾳ ἐλάλησε κακά· καὶ ἐμοὶ μὲν εἰρηνικὰ ἐλάλουν, καὶ ἐπ' ὀργὴν δόλους διελογίζοντο, ταῦτα ἦν μετιών. καὶ παραχρῆμα ὁ μὲν σιδήρῳ τοὺς πόδας ἀσφαλισθεὶς, καὶ παραρριφεὶς δεινοτάτῃ παρὰ πάσας εἱρκτῇ, ἔθετο οὕτω σκότος ἀποκρυφὴν αὐτοῦ. ὁ δὲ τοῖς βασιλικοῖς κοσμεῖται συμβόλοις. τὰ δ' ἐπὶ τούτοις οἱ μὲν τῷ Δούκᾳ προσρύονται, καὶ τὰς εἰωθυίας τῷ αὐτοκράτορι προσρήσεις ἀναδιδόασιν. οἱ δὲ τῷ καθημένῳ ἐπὶ νεὼ προσνεύουσι Καναβῷ, ἀνδρὶ τὸ ἦθος μειλίχῳ καὶ δεξιῷ τὴν γνώμην, μηδ' ἀγεννεῖ τὰ πολέμια. ἐπεὶ δὲ τὰ χείρω ἐπικρατέστερα παρὰ τοῖς Κωνσταντινουπολίταις, καὶ μάλιστα (φιλτέρα γὰρ ὑπὲρ τοὺς ὁμογενεῖς ἡ ἀλήθεια) ὁ μὲν Δούκας ἐκραταιοῦτο καὶ ηὔξανεν, ὁ δὲ Καναβὸς ἀμαυρουμένην εἶχε τὴν αἴγλην κατὰ σελήνην λειψιφῶσαν. χειροῦται δὲ καὶ πρὸς τῶν ὁπλοφόρων τοῦ Δούκα οὐκ εἰς μακρὸν, καὶ φρουρᾷ παραδίδοται, πρὸς οὐδὲν ἐπαρκέσαντος αὐτῷ τοῦ βασιλοῦντος λεὼ, ἀλλὰ πάντων διασπαρέντων εὐθὺς μετὰ τὴν ἀνάρρησιν,

se, ad eũ, ob initã cum Latinis familiaritatẽ & amicitiã, discerpendũ. Is verò eo nũcio territus atq; obstupefactus, orat, vt quid agendũ sit, moneat. Tum ille Imperatorem lata veste & ad pedes vsque fusa, cõplexus, per portã plerisq; ignotã, in tentoriũ, quod in palatio habebat, quasi liberaturus perducit. Qui ob id factum ei penè gratias agebat, & Dauidicũ illud canebat, Occultauit me in tentorio suo, in die malorũ meorum: texit me in occulto tabernaculi sui. Ille verò alternis respõdebat: Labia dolosa in corde, & in corde locutus est mala: ac pacatè mecũ loquuti sunt, & irati dolos struxerũt. Ac Alexius statim cõpedibus iniectis, in omniũ teterrimũ carcerẽ cõiicitur, Murzuflus verò insignia Imperij sumit, eumq; deinceps alij Imperatorẽ de more cõsalutant: alij ad Canabum in tẽplo sedentẽ confluunt, virum leni ingenio, cordatũ, & nõ imbellẽ. Sed quia peiora apud Constantinopolitanos in primis vincũt (nam populariũ meorũ gratiæ veritatẽ antepono) Ducæ opes crescebant & firmabantur, Canabi verò splendor vt Lunæ deficientis obscurabatur: nec multo pòst à satellitibus Ducæ captus, custodiæ traditur, populo nihil opitulante, post proclamationem eius dispersis omnibus.

Miser Alexius dum sibi optimè consultum esse putat ab amico, paulò post eundem inimicissimum experitur, in tetrum carcerẽ coniectus.

Murzuflus imperiũ rapit.

Canabum æmulũ per satellites tradit custodiæ.

Aduersarios leni flatu dissipat.

Alexium Angelũ laqueo interimit.

Cæterùm Alexio imperatori Ducas bis venenum propinauit. quod cum adolescẽs tum ætatis robore, tum antidotis, quibus clàm vtebatur, vicisset, laqueo ei guttur elidit, mense Imperij sexto, die octauo.

Τῷ δὲ βασιλεῖ Ἀλεξίῳ δὶς μὲν προὔτεινεν ὁ Δούκας ζωῆς κατολυνάστριαν κύλικα. ὡς δ' ἦν ὁ μεῖραξ τοῦ φαρμάκου νεανικώτερος, ἀντιδότοις χρώμενος λάθρα, δι' ἀγχόνης τὸν τῆς ζωῆς ἐκείνῳ μίτον ἐκτέμνει, ἢ καὶ οὕτως εἰπεῖν, διὰ στενῆς καὶ τεθλιμμένης τῆς δὲ πορείας τὴν ψυχὴν ἐκείνῳ ἐκθλίβει, καὶ πρὸς τὸ τοῦ ᾅδου ἐκπυρρινίζει πέταυρον βασιλεύσαντι μῆνας ἕξ, σὺν ἡμέραις ὀκτώ.

ΒΑΣΙΛΕΙΑ ΑΛΕΞΙΟΥ
ΤΟΥ̃ ΔΟΥΚΑ ΤΟΥ̃ ΚΑἸ ΜΟΥΡΤΖΟΥΦΛΟΥ.

ALEXII DVCAE COGNOMENTO MVRZVFLI, SEV
Superciliosi Imperium.

BREVIARIVM.

1 *Alexij Ducæ Murzufli ingenium locupletibus mulctatis bello se parum feliciter parat. A Latinis fugatur.*

2 *Pacificationis conatus irriti. Vrbis oppugnatio, expugnatio, & incendium. Eques vnus Latinus Græcos in fugam vertit.*

3 *MurZufli fuga. Theodorus Ducas & Lascaris frustra de imperio contendunt. Vrbis direptio, & sacrilegiorum deploratio.*

4 *Latinorum in vrbe deprædationes & alia flagitia. Eorundem insectatio. Saraceni Latinis humaniores.*

5 *Deploratio vrbis prolixè descripta per Nicetam.*

6 *Confeßio & inuocatio: multiplex item consolatio & ad pœnitentiam adhortatio.*

Stultus multa animo versat. Stat autẽ diuinæ prouidentiæ cõsilium.

IMperio citra cõtrouersiã potitus Ducas, mutatiões rerum parturiebat, & conturbare omnia in animo habebat, homo callidus & arrogans, qui prudentiam in dissimulatione

ὩΣ οὖν καθαπερὰς εἰς Δούκαν ἡ βασιλεία μετανεκύβευτο, ὁ μὲν ὤδινε πραγμάτων μεταβολὰς, καὶ τὸ πᾶν ἀνακυκήσειν ἐσκέπτετο, συ-

φισματίας ὢν τὸ ἦθος, καὶ τὸν τρόπον φρενηματίας, καὶ τὸ κρυψίνουν ἀγχίνουν οἰόμενος, καὶ ἐπὶ πᾶσι τὴν εὐεργέτην ἐς τοὺς * μετέωρος αἰῶνας ἀναδυόμενος, ἐκ τοῦ μὴ κρίνειν, ὡς ἔλεγε, βασιλικὸν, τὸ αὐτόματον καὶ ἀνάκριβον ἐν ταῖς πράξεσι, τὸ δὲ προεσκεμμένον καὶ χρόνιον. πρὸς δὲ τὰς τοιαύτας γνώμας ὡρμᾶτο μὲν καὶ αὐτόθεν, οὐδὲν ἐκεῖνον λεληθέναι τῶν καθηκόντων ἰσχυριζόμενος, ἀλλὰ πᾶσι πεφυκέναι πράγμασι· εἶχε δὲ καὶ συνεργὸν σκίασμα ἰσχνὸν παρεπόμενον, τὸν κηδεστὴν Φιλοκάλιον. ὃν οὐχ ἑτέρως ἔχων ἐπὶ τοῦ ἄκρου στῆσαι τῆς συγκλήτου βατῆρος, ἡμᾶς μὲν ἀπ' οὐδεμιᾶς εὐσχήμονος προφάσεως τοῦ τοῖς σεκρέτοις λογοθετεῖν παραλέλυκεν. ἐκεῖνον δ' ἀντιπροβέβληκεν. ἀμελέτητος δ' ὢν ὁ ἀνὴρ ὅδε τοῦ ἑαυτὸν εἰδέναι παντάπασιν, ὑπὸ τῆς ἄγαν φιλοτιμίας τῶν ὑπὲρ τὸ καθῆκον σφαλερῶς ἐφιέμενος, τὸ μὴ σύνθρονος εἶναι τοῖς ἐν τιμαῖς ἐνίοις ὑπενόθευε, ποδάγραν σχηματιζόμενος, ὡς εἴπερ συνδιέρρεε ταῖς πτέρναις τὸν ἐγκέφαλον, κἀντεῦθεν ἀλλοφρονέων, ὀλιγώρως εἶχε τοῦ πρέποντος. ἀλλὰ καὶ τοὺς βασιλείους θησαυροὺς οὐκ ἐπιχειλεῖς, οὐδ' ἡμιδεεῖς, ἀλλ' ἐν στενῷ παντῃ ἀπειλημμένους ὁ ἄρξας οὑτοσὶ Δούκας εὑρὼν, θερίζων ἦν ἔνθα οὐκ ἔσπειρε, καὶ συνάγων ὅθεν οὐ διεσκόρπισεν, ἐτάσεσι βαρείαις ὑπάγων τοὺς τὰς μεγίστας ὑπ' Ἀγγέλων ἀνεζωσμένους πρώην ἀρχὰς, καὶ μεταρσιωθέντας εἰς ὕψος Σεβαστοκράτορσι καθῆκον καὶ Καίσαρσι, καὶ πρὸς τὰς κοινὰς ἀπεκτᾶτο χρείας, ὁπόσα ἐνθένδε συνέλεγε χρήματα. ἀπειροκάλως δ' ἔχων τῆς τῶν Λατίνων ἀντιμαχήσεως, καὶ τοῦτο τὸ μέρος πάντων ἐπρώτευε. τά τε γὰρ παράλια τείχη τῆς

mulatione & cunctatione ponebat, ac beneficia subinde in Meteonis ætatem differebat. Negabat enim regium esse, subitò ac temerè quicquam facere, sed cum mora & deliberatione. Ad has sententias cùm suapte sponte propensus erat, quippe qui se nihil scitu necessarium ignorare, sed omnibus rebus gerendis idoneum esse profiteretur: tum à Philocalio socero suo vmbratili adiutore in ea opinione confirmabatur. Quem cum aliter in summo consilij gradu collocare non posset: nos nulla probabili de causa ab officio Logothetæ secretorum remouit, eúmq; in nostrum locum substituit. Is verò vir cum à sui cognitione alienissimus esset, dum præ nimia ambitione ea quæ dignitatem eius superabant, cũ periculo appetit, ne quosdam honoratos viros assessores haberet, pati podagrã simulat, quasi vnà cum pedibus cerebrum etiam amisisset, & quasi alienata mente decorum negligit. Cæterùm Ducas hic cum suscepto imperio thesauros non plenos, nec semiplenos, sed admodũ exhaustos reperisset: metebat vbi non seuerat, & colligebat vbi nihil sparserat. ac graui quęstione in eos habita, qui sub Angelis maxima imperia gesserant ad fastigium Sebastocratoricũ & Cæsareum euecti, pecuniam inde collectam ad publicos vsus referebat. Cùm autem Latinis, hostium viribus malè æstimatis, resistere cuperet, eáque re omnium primus esset, murum mariti-

Tyrãnus prudẽtiam in simulatiõe & stolida cunctatione constituit.

Superbia ridicula effertur.

Vmbratili adiutore gaudet, & fidelẽ ministrũ (qualis tunc fuit Nicetas) de gradu deijcit.

Stulto autem delectatur. Dignum patella operculum.

Rapacitatem crudelitati & superbiæ adiungit.

In primarios viros inquirit.

Malè æstimat hostium vires.

In vmbra pugnat, aerem ridiculè feriens.

mum trabibus altiorem fecit, & terrestres portas tibicinibus fulsit: & legionibus, suo exemplo, dum gladio accinctus, & ferream clauam manibus versare cõspicitur, ad fortitudinem excitatis: partim hostium excursiones reprimit, partim eos qui frumentatum sparsim exibant persequitur. Quæ cum vltrò nemine flagitante faceret, vt charus erat ciuibus, ita cognatis suis ferè suspectus & inuisus.

Cognatis suspectus & inuisus est.

Qui vt in ocio nutriti, & in deliciis adulti, seueram & modestam vitæ rationem vt morbida corpora temperantiam auersantes, ab eo abhorrebãt, & eius castigationẽ & increpationẽ (erat enim natura voce graui, aspera & rauca) grauissimè & iniquissimis animis patiebantur & eius exitium vt diuinum beneficium exoptabant.

Voce graui & aspera delectatur.

Cũ autem Imperator contra Balduinum Flandriæ Comitem, qui Phileæ loca finitima populabatur, & tributa exigebat, exiret, atq; in eo itinere vterq; alteri occurrissent: Romanis perterritis & trepidè fugientibus, solus derelictus, penè periit: & genitricis Dei imago quam Romanorum Imperatores belli sociam asciscunt, ab hostibus capta est. Neq; hæc tantùm grauia erãt, sed & longè grauiora timebãtur. Nam in maioribus nauibus horrendæ rursus scalæ fabricabantur, & omnis generis machinæ parabantur,

Impetu, non consilio, impulsus sapientem & strenuum aduersariũ aggressus, dat tantæ leuitatis, multas pœnas: & superstitionis suæ spoliatur insignibus.

πόλεως διὰ δοκῶν ἀνύψωσε, καὶ τὰς χερσαίας πύλας τειχισματίοις διείληφε, καὶ τὴν στρατιὰν ἀνεζωπύρει τῷ καθ' αὑτὸν ὑποδείγματι. ἐν πολλοῖς δὲ καὶ αὐτὸς ξίφος ἀγκυλιζόμενος, καὶ χαλκήρει κορύνῃ τὴν χεῖρα καθοπλιζόμενος, τοῦτο μὲν τὰς τῶν ἐναντίων ἀνέκοπτεν ἐκδρομὰς, τοῦτο δὲ τοῖς σποραδικῶς ἐξιοῦσιν εἰς πορισμὸν σιτίων, ἐφιστάμενος ἦν αὐτεπάγγελτος καὶ αὐτενέργητος. ἀμέλει διὰ ταῦτα τοῖς πολίταις ἠσπάζετο, εἰ καὶ ὕποπτος ἦν τὰ πολλὰ, καὶ ἀσύμβατος τοῖς ἐξ αἵματος. ἅτε γὰρ ἐντραφέντες οὗτοι βλακείᾳ, καὶ μαλακίᾳ συνανδραθέντες, ἀναγωγικὴν αἰσχείειν καὶ δίαιταν σώφρονα περιϊστάμενοι, ὡς τὰ κεκρατημένα σώματα νοσοκόμησιν, ἐτρα- χηλίων καὶ ἐσκληρύνοντο. τὴν τοῦ Δούκα τοίνυν ἐμβρίμησιν καὶ ἐπίπληξιν (ἦν γὰρ καὶ φύσει κοῖλος καὶ βαρὺς τὴν φωνὴν, καὶ τὸν φάρυγγα βραγχιῶν) ὅσα καὶ γεῦσιν πολύποδος ὠμοῦ ἢ ἐλλεβόρου τράπεζαν, εἴτε μὴν ταυρείου αἵματος κέρασμα ἐκτρεπόμενοι, τὴν τούτου καταστροφὴν ἐπιστροφὴν ᾤοντο θείκην· ἔνθέν τοι καὶ Βαλδουίνου τοῦ τῆς Φλαντρείας Κόμητος τὰ περὶ τὸν Φιλέαν κείροντος μέρη, κἀκεῖθεν φόρους συλλέγοντος, ἔξεισι κατ' αὐτοῦ βασιλεύς. ὡς δὴ ὁ μὲν ἀπιὼν, οἱ δ' ἐκ τοῦ πολεμίου σίφοις ἀναζευγνυῶτες, ἀλλήλοις συνέμιξαν· Ῥωμαῖοι μὲν δέει ξυνέχονται, καὶ συντόνου φυγῆς ἔχονται. περιλειφθεὶς δὲ μόνος ὁ βασιλεὺς, αὐτός τε μικροῦ παραπώλετο, καὶ ἡ τῆς Θεομήτορος εἰκὼν, ἣν οἱ βασιλεῖς Ῥωμαίων ποιοῦνται συστράτηγον, τοῖς ἐναντίοις ἑάλωκεν. ἦν δ' οὐ μόνον ταῦτα δεινὰ, ἀλλά γε καὶ τὰ ἐλπιζόμενα πολὺ χείρω καὶ χαλεπώτερα. ἐν γὰρ τοῖς μείζοσι τῶν πλοίων φρικώδεις πάλιν κλίμακες ἐτεκταίνοντο, καὶ μηχαναὶ παντοῖαι κατεσκευάζοντο,

σημαῖ-

σημαῖαί τε ἐπὶ τούτων ἠνέμωντο, καὶ τοῖς εἰς αὐτὰς ἀνιοῦσιν ἐπὶ τῷ μάχεσθαι, δωρεαὶ παρὰ Λατίνων προὐτείνοντο μέγισται.

2 Καὶ ταῦτα μὲν τὴν δειναὴν ἐκινεῖτο, τὰ δὲ ἐγίνετο, τὰ δ᾽ ἤμελλεν. ἠλόγηντο δὲ καὶ οἱ περὶ φιλίας λόγοι, καὶ παντάπασι κατημέληντο. μᾶλλον δὲ καὶ τούτους πονηροί τινες τελχῖνες πολλάκις συνέχεον. ὁ γὰρ δοὺξ Βενετίας Ἐρρίκος Δάνδουλος ὁμιλῆσαι περὶ σπονδῶν ἑλόμενος βασιλεῖ, νηὶ εἰσιὼν τριήρει, περὶ τὰς ἀκταῖς προσέχει τοῦ Κοσμιδίου, ὡς δ᾽ ἔφιππος ἐκεῖσε καὶ βασιλεὺς ἀφίκετο· ἐκοινοῦντο μὲν ἀλλήλοις τὰ πρὸς εἰρήνην ῥήματα, μηδενὶ τῶν ἄλλων τὴν σπουδὴν χαριζόμενοι. καὶ ἦσαν τὰ παρὰ τοῦ δουκὸς Βενετίας καὶ τῶν λοιπῶν στρατηγῶν αἰτούμενα χρυσίου πεντήκοντα κεντηνάρια, ἐκ τοῦ αὐτίκα μάλα καταβαλλόμενα, καὶ συμφωνίαι τινὲς ἐπ᾽ αὐτοῖς, ἀποκναίουσαι μὲν καὶ δυσπαράδεκτοι τοῖς γευομένοις ἐλευθερίας, καὶ εἰωθόσιν ἐπιτάσσειν, οὐκ ἐπιτάσσεσθαι, καὶ λακωνικαὶ βαρεῖαι κρινόμεναι μάστιγες. οἷς δ᾽ αἰχμαλωσίας πρόκειται κίνδυνος, καὶ πάνδημος ἀνέρρωγεν ὄλεθρος τὸ μέν τοι πρῶτον, τὸ δὲ καὶ ὑπογύως ἀναστομούμενος, ἀνεκταὶ πάντως, μηδὲ παντάπασιν ἀχθεινόταται. ἐν ᾧ δὲ τὰ πρὸς εἰρήνην εἰς διάλεξιν προὔκειντο, ἱππικαὶ Λατινικαὶ δυνάμεις ἐξ ὑπερδεξίων ἄφνης φανεῖσαι, ἡνίαις ὅλαις τῷ βασιλεῖ ἐπιτίθενται, ὡς μόλις ἐκεῖνον παρερύσαντα τὸν ἵππον διεκφυγεῖν τὸν κίνδυνον, τῶν δὲ συνόντων χειρωθῆναι τινάς. τὸ γὰρ ἄκρον τῆς ἐκείνων πρὸς ἡμᾶς ἀπεχθείας, καὶ τὸ ὑπερβάλλον τῆς ἐπ᾽ ἐκείνοις ἡμῶν διχονοίας, οὐδὲ μίαν ἑκατέροις παρεισῆγε ῥοπὴν φιλάνθρωπον. τὰ

vexillis supernè volitantibus:& iis qui pugnandi causa ea conscenderent, à Latinis maxima præmia proponebantur.

2 Ita periculis partim instantibus, partim vrgentibus, nulla spes pacificationis supererat, pactionibus per inuidos & sceleratos quosdam homines sępè confusis. Nam dux Venetiarum EricusDandulus cum Imperatore de pace acturus, triremi iuxta Cosmidium appellit: eodem & Imperator equo aduehitur. rebus aliis omnibus relictis, de pace verba conferunt. Ac à duce Venetiarum cæterisq; principibus auri centenarij L. statim numerandi postulantur, adiectis conditionibus aliquot durissimis, & minimè accipiendis iis, qui libertatis dulcedinem sunt experti, & imperare, non parere didicerunt, & Laconici flagelli acerbitatem superantibus. Quibus verò captiuitatis periculum imminebat, ac publicum exitium & inchoatum & exasperatum, planè tolerabiles erant, nec omnium difficillimæ. Dum verò de pace disputatur, Latinorum equestres copiæ ex superiore loco subitò erumpentes, laxis habenis Imperatorem petunt, vt vix equo conuerso periculum effugeret, & comitum eius aliquot caperentur. Nam summum eorum erga nos odium, & immensum nostrum cum illis dissidium, obstabat, quo minus vtrinque de æquis conditionibus agi posset. Exinde maximæ

Nulla pax iis contingere potest quib. iratum Numen bellum & excidium denuntiat.

Vel potétiorum postulatis acquiescendum est, vel fortiter pugnandum & moriédū.

Captiuitatis periculo imminéte, quouis auro pax vitáq. est redimenda.

Murzufli supercilium fe rè depressū.

Tandem venit summa dies & ineluctabile fatũ vrbis, quæ tot parricidas, tot sceleratos nebulones tandiu fouerat.

hostiles naues, in quibus paratæ erant scalæ, cæteráque instrumẽta ad oppugnationem necessaria, à littoribus reductæ, rectà ad mœnia accedunt: & iustis inuicem distinctæ interuallis, id spaciũ occupant, quod ab Euergetæ monasterio ad amussim ad Blachernium palatiũ extenditur, incendio desolatũ, aspectúque fœdum. Quo viso Ducas, vt paria cum hostibus faceret, ipse quoque Imperatoria tentoria in tumulo ad Pantepopti monasterium figi iussit: vnde & hostium naues, & quicquid agerent, conspici poterat. Vt autem IX. dies Aprilis illuxit, Indictione VII anni VI. MDCCXII: naues ad mœnia contendunt: & quidam audaces milites, scalis conscensis, tela omnis generis in eos iaculantur, qui mœnia defendebant. ac eo toto die acriter pugnatum est, victoria tamen ád Romanos inclinante. Nam scaligeræ & equestres naues re infecta sunt ab vrbe repulsæ, & tormentis magna hostium multitudo occubuit. Postridie & sequenti die Dominico quieuerunt hostes. Inde Aprilis XII, II die, VI hebdomadis ieiuniorum rursus vrbem petunt. Ac res nostra vsque ad meridiem superior fuit, & pugna atrocior quàm nudiustertius cõmissa. Sed cum omnium vrbium dominę ci-

Superba stultáq. ambitio, serpenti similis, etiamsi in frusta dissecta, strepitus & sibilos edit, vt suam prodat magis ac magis miseriam atque infelicitatem.

Postremus Græcorum conatus.

Quiescunt victores vt impressioné acriùs faciát.

δ᾽ ἐπὶ τούτοις ἀποσαλεύονται τῶν ᾐόνων τὰ μέγιστα τῶν ἀντιπάλων σκαφῶν, ἐφ᾽ ὧν αἱ κλίμακες εὐτρεπεῖς, καὶ ὅσα τῶν ὀργάνων πρὸς τειχομαχίαν ἡτοίμασται, καὶ ὡς ἐπὶ ζυγοῦ κατατείναντα, ἐπὶ τὴν πρὸς τὰ τείχη μεταβαίνουσι πλάστιγγα, καὶ διειλήφασι τὸν χῶρον, ἐς τὸ ἀπὸ χρεὼν ἀλλήλων διϊστάμενα, ὃς ἐκ τῆς τοῦ Εὐεργέτου μονῆς ἐς τὰ ἐν Βλαχέρναις ἀνάκτορα γραμμικῶς ἐκμηκίζεται, ἐμπεπυρισμένος ὢν καὶ ἀνεσκαμμένος τὰ ἔνδον οἰκόπεδα, καὶ παντὸς ἐψιλωμένος ἡδέος θεάματος. ὅπερ ἰδὼν ὁ Δούκας, δρᾷν καὶ αὐτὸς τοῖς πολεμίοις ἀντίθετα, τὴν βασίλειον αὐλαίαν προσετετάχει διαταθῆναι κατὰ τὸν ἐν τῇ μονῇ τοῦ Παντεπόπτου κολωνόν. ὅθεν ἦσαν ὁραταὶ μὲν αἱ νῆες αἱ πολεμιστήριοι, καταφανῆ δὲ καὶ τὰ παρ᾽ αὐτῶν ἐν ταύταις δρώμενα. ὡς δ᾽ ἐπέφασκεν ἡ ἐννάτη τοῦ ἀπριλλίου μηνὸς τῆς ἑβδόμης ἰνδικτιῶνος τοῦ ἑξακισχιλιοστοῦ ἑπτακοσιοστοῦ δωδεκάτου ἔτους, τὰ μὲν πλοῖα καὶ οἱ δρόμωνες τοῖς τείχεσι προσπελάζουσι. θαρσαλέοι δέ τινες πολεμήτορες ἐπανίασι τὰς κλίμακας, τὰ δὲ βέλη παντοῖα κατὰ τῶν ἐν τοῖς πύργοις ἠφίεντο. ὅλην μὲν οὖν ἐκείνην τὴν ἡμέραν μάχη ἐνειστήκει στονόεσσα, ἦν δέ πως τὰ Ῥωμαίων ἐπικρατέστερα. αἵ τε γὰρ κλιμακοφόροι νῆες σὺν τοῖς ἱππαγωγοῖς δρόμωσιν, ἄπρακτοι τῶν τειχῶν ἀπεκρούσθησαν, καὶ τὰ τῶν λίθων ἐκ τῆς πόλεως ἀφετήρια πλείστους ὅσους τῶν πολεμίων διέφθειραν. ἀνοχλευσάμενοι δὲ οἱ πολέμιοι τὴν μετ᾽ ἐκείνην ἡμέραν, καὶ τὴν ἐφεξῆς κυριώνυμον, τῇ ὑστεραίᾳ πάλιν τῇ πόλει προσπλέουσι, καὶ ταῖς ἤοσι προσίσχουσιν, ἥτις ἦν δωδεκάτη μὲν τοῦ ἀπριλλίου μηνὸς, δευτέρα δὲ τῆς ἕκτης ἑβδομάδος τῶν νηστειῶν. μέση μὲν οὖν ἡμέρα καὶ κατίσχυον τὰ ἡμέτερα, καὶ ἡ ἀκμὴ τοῦ κακοῦ ἰσχυροτέρα τῆς ἦν καὶ δριμυτέρα τῆς προτεραίας ἐπειδὴ δὲ ἔδει δούλειον ζυγὸν ὑποδῦναι

τὴν

τὴν τῶν πόλεων ἁπασῶν ἄρχουσαν, ἐν κημῷ τε καὶ χαλινῷ τὰς σιαγόνας ἡμῶν ἄγξαι Θεὸς ἐδικαίωσεν, ὅτι καὶ πάντες ἐξέστημεν, ἱερεῖς ὁμοῦ καὶ λαὸς, ὡς ἵππος θρασαύχην τε καὶ δυσχάλινος, ἐκ τῶν κλιμάκων μιᾶς, ἥτις ἄγχιστα ἦν τῶν Πετρίων, καὶ βασιλέως ἔναντι διεπονεῖτο, ἄνδρες δύο παραβαλόντες ἑαυτοὺς τῇ τύχῃ, πρῶτοι τοῦ ἐπιβατικοῦ ἐς τὸν κατ' ὄψιν πύργον καταπηδῶσι, καὶ διασοβοῦσι τὸ ἐκεῖσε Ῥωμαίοις φυλακτικὸν συμμαχικόν. ἐκ δὲ τούτου διασείσαντες τὴν χεῖρα ἄνωθεν, ὅπερ σύμβολον χαρᾶς καὶ θάρσους, τοὺς φυλέτας ἐπέῤῥωσαν. ἐξ ἴσου δὲ τοῖς εἰς τὸν πύργον ἀλαμανοῖς, καί τις ἐκ τῆς ἱππάδος Πέτρος τοὔνομα, διὰ τῆς πύλης εἴσεισι τῆς ἐκεῖσε, ὅλας φάλαγγας κλονῆσαι κρινόμενος ἱκανώτατος, καὶ τὴν ἀναδρομὴν τοῦ σώματος ὡς γίγας μικροῦ προφαινόμενος ἐννεόργυιος, καὶ αὐτὸν δὲ τὸν κάσιν τῆς κεφαλῆς διεσκευασμένον ἔχων κατὰ πόλιν πυργόεσσαν. οὐδὲ κόρυθος τοίνυν μέτωπον ἑνὸς ἀνδρὸς ἱππασοῦ καταπληκτικοῦ τὸ εἶδος, ἀξιοθεάτου τὸ μέγεθος οἱ περὶ τὸν βασιλέα τῷ γένει ἐπίσημοι, καὶ τὸ λοιπὸν στράτευμα κατιδεῖν ἐνεγκόντες, ἀγαθὸν τοῦ σώζεσθαι φάρμακον τὴν ἐθάδα φυγὴν ὑπειλήφασιν, ὥσπερ εἰς μίαν ἐνηθισθέντες καὶ συντακέντες ἀγεννῆ ψυχὴν, ὅθεν εἰς δειλίαν τῶν ὀχυρωμάτων αὐτοῖς τεθειμένων (ἐπὶ γὰρ γηλόφων ὀρθίων ἵσταντο) κατὰ χιλίους ὑφ' ἑνὸς ἐδιώκοντο, καὶ ταῖς * χρυσέαις χερσαίαις πύλαις ἐπιστάντες τῆς πόλεως, τὸ νεόδμητον ἐκεῖσε κατασπῶσι τῶν πολλῶν ἐπιτείχισμα, καὶ τρέχουσί τε καὶ διασκίδνανται (ὡς ὄφελόν γε τὴν ἐς βάραθρον καὶ πανώλειαν βαδιούμενοι) οἱ δὲ πολέμιοι μηδενὸς εἰς χεῖρας ἰόντος, διαθέουσι πολλαχῇ, καὶ τὰ ξίφη σπῶσι καθ' ἡλικίας πάσης

uitati feruitutis iugum fubeundum effet,&maxillas noftras fræno & camo cõftringendas cẽfuiffet Deus, quòd omnes declinaueramus, facerdos fimul & populus, vt equus effrænis & contumax: duo viri falute fua fortunæ permiffa, ex fcalis quæ proximè Petrium aduerfus Imperatorem in opere erant, præ cæteris fociis in turrim defiliunt, & Romanum præfidium deturbant. Deinde agitata manu,quod alacritatis & fiduciæ fignum effet, populares fuos confirmant. Eodem quoque tẽpore quidam eques nomine Petrus, per portam ibidem ingreditur, qui totas phalanges fugare poffe cenferetur, gigantex propemodum ftaturæ, caffidem turritæ vrbis inftar capite geftans, cuius vnius equitis toruo vultu & fpectabili proceritate, ftipatores Imperatorij,homines nobiles, & reliquus exercitus non tolerato,confuetam fugam egregium falutis præfidium iudicarunt, quafi in vnum degenerem animũ conflati effent omnes: ac defertis munitionibus (nam in editis tumulis ftabant) milleni ab vno fugabantur, & per * Auream terreftrem vrbis portam egreffi,ac nuper ftructo propugnaculo diruto, quò quemq; metus tulit (vtinam verò in barathrum & internecionem incidiffent) diffugiunt. Tum hoftes refiftente nemine, paffim difcurrunt, & gladios in omnẽ

Durum eft contra ftimulos calcitrare, & iugum quod omnipotens impo nit fubire neceffe eft.

Conftãtinopolis expugnatio à Latinis facta.

Petrus Planzius turriger gigas.

Trepida Græcorum fuga. Non in multitudine,nec in militũ manibus latet fortitudo.

Mille ab vno fugantur. Vide quid metus à Deo immiffus efficiat.

Multus vbiq. pauor, vbiq. luctus, & plurima mortis imago.

ætatem & ſexum ſtringunt, non conſeruata acie, non integra cohorte, ſed ſparſim diffuſi, vt iam omnibus formidabiles. Veſperi iis quæ ad Orientem tendunt incenſis (quod incendium ab Euergetæ monaſterio, ea quæ ad mare inclinant, vſq; ad Drungarij ædes abſumpſit) reuerſi ad Pantepoptæ monaſterium caſtra locant, Imperatoris tentorio ſpoliato, & Blachernio palatio citra negocium primo impetu capto. At Imperator in alios atque alios vrbis angiportus diſcurrens, ſtudebat ille quidem temerè oberrantem populum colligere & centuriare: ſed ij neque monitis eius mouebantur, nec increpationes curabant, turbine deſperationis omnes oppreſſi. & vt ea quæ reſtant adiungam, dies inclinauit, nox proceſſit, & vrbis habitatores omnes transferendis & defodiendis ſuis opibus occupabantur. erant etiam qui ex vrbe vellent diſcedere, qua quiſque poſſet ratione ſalutem quæſituri.

Incendium vrbis.

Nihil inexpugnabile victori.

Vanus Murzufli conatus.

Deſperatio victos opprimit.

Expugnatorū amentia.

3 Ducas igitur cum ſe nihil proficere videret, ſimúlque timeret, ne captus paratum opſonium maxillis Latinorum eſſet: maximum palatium ingreditur, & Euphroſyna Imperatoris Alexij coniuge, & eius filia Eudocia, cuius amore tenebatur (erat enim homo à pubertate libidinoſus & ſalax, & duas iuuenculas vxores per iniuriam repudiarat) lembo impoſitis, vrbe egreditur, cum duos menſes & dies XVI imperaſſet.

Qui malis artibus imperium rapuerat, præda ignominioſè ſpoliatur.

Libidinoſus tyrannus ingenium retinet.

ἑαλώκειν, οἱ σκυλευταὶ ταῖς ὁπηοῦν οἰκίαις ἐναυλισάμενοι, τά τε ἔνδον διήρπαζον, καὶ περὶ τῶν ἀφανῶν τοὺς δεσπότας ἀνέκρινον, πληγὰς ἐντείνοντες ἐνίοις, πολλοῖς δὲ καὶ προσηνῶς συγγινόμενοι, ταῖς δ᾽ ἀπειλαῖς ἐπὶ πᾶσι χρώμενοι· ὡς δὲ τὰ μὲν εἶχον τὰ δ᾽ ἐξέφαινον, τὰ δὲ ὀφθαλμοῖς προκείμενα, καὶ πρὸς τῶν ἐχόντων προσαγόμενα, τὰ δ᾽ ὑπὸ σφῶν αὐτῶν ἀναδιφώμενα, καὶ φειδώ τις οὐκ ἦν παρὰ σφίσιν, οὐδὲ τῶν ἐνόντων μετάδοσις πρὸς τοὺς ἔχοντας, οὔτι μὴν συμμέθεξις ἑστίας ἢ ἑστιάσεως, ἀλλ᾽ ὑπεροψία καὶ ἀμιξία, καὶ μεθ᾽ ὕβρεων ἀπαγωγὴ καὶ ἀπόπεμψις, ἔδοξε διὰ ταῦτα τοῖς στρατηγοῦσιν ἀνεικέναι τοῖς βουλομένοις τὴν ἐκ τῆς πόλεως ἄπαρσιν. κατὰ συμμορίας τοίνυν ἀγειρόμενοι ἐξῄεσαν, ῥακίοις ἐσπειραμένοι, ἀπασίᾳ ἐκτετηγμένοι, τὴν χροιὰν τραπέντες, νεκρώδεις τὰς ὄψεις, καὶ ὕφαιμοι τοὺς ὀφθαλμοὺς, ὡς πλέον αἵμασιν ἤπερ δάκρυσι κλαίοντες. οἱ μὲν γὰρ θρήνων τὰς οὐσίας εἶχον ὑπόθεσιν, οἱ δὲ τὴν τούτων ἀποβολὴν ὡς οὔπω θλίβον ἐς μὴ λόγον τιθέμενοι, ἢ ὡραῖον γάμου κόριον ὠλοφύροντο, ἁρπαγὲν παρά του καὶ διακορηθὲν, ἢ ἀλόχου στέρησιν ἀπωδύροντο, καὶ ἄλλος ἄλλό τι κακὸν αἰώμωζε πορευόμενος. ἵνα δὲ καὶ τὰ κατ᾽ ἐμὲ συνείρω τῇ ἱστορίᾳ, πολλοὶ τῶν συνήθων εἰς τοὐμὸν συνέδραμον οἴκημα, τῆς στυγνῆς ἐκείνης καὶ δυσωνύμου ὄντως ἐπιφαυσάσης ἡμέρας, ὑπόστῳον οὖσαν καὶ χαλεπὴν προσπελάσαι καὶ ζοφώδη τὴν εἴσοδον. ὁ γὰρ ἄμαχος τῷ κάλλει καὶ τῷ μεγέθει μέγιστος οἶκος ἡμῶν ἐν τοῖς Σφωρακίου ἱδρυμένος, ὑπὸ τοῦ δευτέρου πυρὸς ἠφάνισται. ἦν δὲ καὶ ἄλλως εὐμαρῶς ἐκεῖθεν εἰς τὸν μέγιστον εἰσδῦναι ναὸν, ἐπεὶ καὶ τῷ τεμένει συνέκειτο. ἀλλ᾽ ἦν ἀνεξερεύνητον οὐδὲν

est, prædatores eas ædes, in quas diuerterant, diripiebãt: & præterea quæ ipsi indagabant, dominos de occultis thesauris, nonnullos cum verberibus, multos blandis verbis, omnes cum comminationibus percontabantur. Qui cum alia se habere faterentur, alia indicarent, alia in conspectũ afferrẽt: milites nulla erga hospites clementia, nulla benignitate, nec hospitiis nec victu communicando, vtebantur. omnia superba, inhumana immania erant, domini per contumeliam ædibus suis eijciebantur. Quibus de causis cũ visum esset ducibus, ijs qui vellent vrbe excedendi potestatem dare: ciues turmatim abibant, pannis inuoluti, macie & pallore confecti, facie mortuis similes, oculis sanguine suffusis, quippe qui sanguine potiùs quàm lachrimis flerent. Nam alij facultatum iacturam deplorabãt: alij ea, vt re leuioris momẽti, neglecta, aut filiolæ nubilis raptum, aut coniugem amissam, alij denique aliud in itinere lugebant. Vt autẽ de me quoque aliquid referam: Multi ex familiaribus illo tristi & verè nefasto die, in meam domum porticibus impositam, propter obscuritatem aditu difficilem (nã pulcherrimæ & amplissimæ ædes nostræ in Sphoracio sitæ, altero incendio perierant) confluebant: & alioqui opportunus erat inde in maximum templum receptus, cui vicina erat. Sed mi-

Deprædationes & rapinæ.

Militum immanitas.

Græcorũ ex suis ædibus eiectio.

Lugubre exilium & miserabilis conditio.

Quid maximè deplorãdum sit in istiusmodi expugnationibus.

Nicetæ post vrbem expugnatam, qualis fuerit cõditio.

Ædes eius sunt multorum asilum.

Milites victores quocumque libet, pergunt, & quicquid libet peragunt.

lites nihil inperuestigatum relinquebant: nec locus vllus sacer, aut situ munitus, supplices defendebat. Quocũque accurreres, ab hostibus abstractus, quò illis erat lubitum, abducebaris. Quas iniurias cum cerneremus, vt tempus ferebat, rebus nostris consulebamus. Erat mihi familiaris quidam atque domesticus natione Venetus, qui domi meæ cum vxore & rebus suis victum tutumque receptum habebat. Is eo tempore nobis vtilis fuit. Nam armis & militari habitu pro mercatorio sumptis, prædatores aliquandiu fortiter ædium ingressu depulit: se commilitonem eorum, & ædes eas præoccupasse simulans, & patria lingua cum eis, quæ res postulabat, colloquens. Cùm autem illis cateruatim irruentibus, Francis præsertim, qui cæteris nec ingenijs nec corporibus similes, id vnũ se vereri iactant, ne cœlum ruat, resistere non posset: autor nobis fit inde discedẽdi, ne capti à barbaris, nos in vincula conijceremur, mulieres verò ad stupra & libidinem raperentur. Cum autem bonus ille pridẽ famulus & cliens, tum verò adiutor & tẽpore maximè necessario defensor, nos in alias ædes vbi nobis noti Veneti habitabant, duceret: pauci simul exibamus, illo manibus nos trahente, & vt prædam suam comitante, tristes & malè vestiti.

Beneficentia in peregrinũ & hospitem præmiũ non leue reportat.

Homo pauper liberali patrono in extremo discrimine fide fit.

Francorũ vis Nicetæ exosa.

Consiliũ fidi clientis optimum.

Et opera tẽpore maximè necessario fideliter præstita.

3 Sed vbi ad illam vrbis

τοῖς στρατεύμασιν, οὐδὲ τόπος εὐαγὴς, καὶ τῇ θέσει παρέχων ἀσφάλειαν, ἀσινὲς ἐτήρει τὸ προσρυόμενον. ἀλλ' ὅπῃ τις ἂν καὶ προσδεδραμμένον ἀπεσπᾶτο πρὸς τῶν εἰσιόντων ἐκεῖ πολεμίων. καὶ ἔνθα πρὸς βουλῆς ἐκείνοις ἀπήγετο. ταῦθ' ὁρῶντες ἡμεῖς αἰομέμεθα, ὡς ἐκ τῶν παρόντων εἰχόμεθα τὸ σύμφορον μέτιμεν. ἦν οὖν ἐμοί τις συνήθης τε καὶ σύνεστιος, ἐκ τοῦ τῶν Βενετικῶν προσελθὼν γένους, κομιδῆς ἀξιούμενος καὶ τῆς ἐς τὸ σῶμα ἀσφαλείας κομιδῇ μετέχων τοῖς οὖσιν ἅμα καὶ γυναικὶ, οὗτος χρήσιμος ἡμῖν ἐν τοῖς τότε καιροῖς γίνεται. θωρακισάμενος γὰρ καὶ τὸν ἔμπορον εἰς στρατιώτην μεταμειψάμενος, μάλα ἐμβριθῶς ἀπεκρούετο τοὺς εἰσιόντας μέχρι τινὸς τὸ οἴκημα σκυλεύοντας, τῶν συμπολιτῶν ἐκείνοις ὑποκρινόμενος, καὶ προειληφέναι τὴν οἰκίαν χρηματιζόμενος, συμβαρβαρίζων ἅμα σφίσι, καὶ τὰ εἰκότα διαλεγόμενος. ὡς δ' οἱ μὲν κατὰ πλῆθος εἰσέρρεον, ὁ δ' ἀντέχειν ἀπείρηκε, καὶ μάλιστα τοὺς ἐκ τῶν Φραγγίσκων εἰσιόντας, μὴ τοῖς ἄλλοις ὄντας παραπλησίους καὶ τὰς γνώμας καὶ τὰ σώματα, μόνον δὲ τὸν οὐρανὸν δεδιέναι κομπάζοντας, μὴ εἴη σφίσιν ἐπιπεσὼν, μεταχωρεῖν ἐκεῖθεν ἡμῖν ὑποτίθησιν, ἵνα μὴ πρὸς τοῖς βαρβάροις γενόμενοι, ἐν μὲν δεσμοῖς οἱ ἄνδρες ἡμεῖς διαχρήματα εἴημεν, αἱ δὲ γυναῖκες ἐν ὕβρεσι καὶ ἀσέμνοις ἀπαγωγαῖς. τοῦ χρηστοῦ τοίνυν ἐκείνου προφήλου οἰκότριβός τε καὶ πρόσφυγος, τότε δ' ἀγαθοῦ συνεργάτου κἀν τοῖς καιρίοις ὑπερασπίζοντος, ἐς ἄλλην οἰκίαν ἡγησαμένου, γνωστοὺς ἡμῖν Βενετικοὺς τρέφουσαν, κατὰ βραχεῖς ἔξιμεν ἐκεῖθεν, ὡς δορύκτητος ἐκείνῳ κλῆρος φερόμενοι, ἐκ χειρὸς ἑλκόμενοι κατηφεῖς καὶ δυσείμονες, καὶ οὕτω παραπεμπόμενοι.

3 Ἐπεὶ δ' ἐκεῖνο τὸ μέρος τῆς πόλεως

λεως εἰς κλῆρον τοῖς Φραγγίσκοις ἐπέλαχε, μεταναστάσαι πάλιν γινόμεθα. ὅτε καὶ τῶν ἐπὶ τῆς θεραπείας ἡμῶν ἄλλων ἄλλῃ διασπαρέντων, καὶ πάντων ἀπανθρώπως ἡμᾶς παρηκότων, ἐπωμάδια φέρειν ἡμεῖς ἠναγκάσμεθα τὰ μήπω τῶν παιδαρείων ποσὶ χρώμενα, σέγξιν δ' ὑπομάλλιον καὶ ἄρρενα παῖδα ὑπομασίδιον, καὶ χωρεῖν οὕτω διὰ μέσον τῶν ἀγυιῶν. ἡμέρας τοίνυν πέντε μετὰ τὴν ἅλωσιν τῇ πόλει προσμείναντες, ἀπαίρομεν καὶ ἡμεῖς. ἦν δὲ τότε σάββατον, κατὰ θείαν οἶμαι καὶ μὴ τυχηρὰν περίπτωσιν ἢ συντυχίαν οὕτωσί πως συμβὰν ἄλογον. καὶ χειμὼν δὲ ἐπὶ καὶ πρὸς ὠδῖσιν ἔτι ἡμῶν ἡ σύζυγος, ὥστε καὶ τὸ τοῦ Χριστοῦ προηγόρευμα ὅ φησιν, εὔξασθε μὴ γενέσθαι τὴν φυγὴν ἡμῶν χειμῶνος ἢ σαββάτου, καὶ οὐαὶ ταῖς ἐν γαστρὶ ἐχούσαις ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις, ὡς εἴπερ ἐφ' ἡμῖν προείρητο, πέρας ἀτεχνῶς εἴληφεν. ὡς δ' ἱκανοὶ συνήθεις καὶ συγγενεῖς, καὶ πλῆθος ἕτερον κατὰ θέαν ἡμῶν συνδραμόν. τῆς πορείας εἰχόμεθα, ἐπίσης ἀγορᾷ μυρμήκων διϊόντες τὰς τριόδους, προσυπαντώντων ἡμῖν οἱ στρατιῶται, οὐχ ὡπλισμένοι πρὸς ἀκρίβειαν, μαχαίρας δ' ἐπιμήκεις παρὰ πλευρὸν πλάγιον τοῦ ἵππου ἐξηρτημένοι, καὶ παραξιφίδια ταῖς ζώναις ἐνιέμενα φέροντες, οἱ μὲν τῶν σκύλων ἔμφορτοι, οἱ δὲ τοὺς παριόντας αἰχμαλώτους ἐξιχνιάζοντες, εἰ λαμπρὰν ἐσθῆτα περίκειν), διερρωγότι περιεσταλμένῳ χιτῶνι, ἢ γοῦν ἀργύρειον καὶ χρυσίον τῷ κόλπῳ ἐνθάπτουσιν, οἱ δὲ καὶ γυναικῶν τὰς κάλλει διαφερούσας πεπηγόσι βλέμμασι, μηδὲ ῥαδίως ἀποσπωμένοις ἐνατενίζοντες, ὡς ἁρπάζοντες αὐτίκα, καὶ βιασόμενοι. περὶ ταῖς γυναιξὶ τοίνυν ἡμῶν δείσαντες, τὰς μὲν

partem Francis aſſignatam, rurſus peruenimus, inde pro fugimus : à famulis noſtris omnibus, alijs aliò diſperſis, inhumaniter deſerti, liberis noſtris, qui nondum ingredi poterant, humeris impoſitis, & filiolum lactantem adhuc ſub ala ferre, & ita per medios vicos incedere coacti ſumus. & dies v poſt captam vrbem commorati, & ipſi diſceſſimus die ſabbati. quod diuina prouidentia, & non fortuito caſu factum videtur. Accedebat & hyems, & noſtra vxor vicina erat partui. vt illa Chriſti prædictio, quæ monet, orãdum eſſe, ne fuga noſtra in ſabbato & hyeme fiat, & prægnantibus in diebus illis malè ominatur: non ſecus ac ſi noſtra cauſa dicta eſſet, exitum ſortiretur. Vt verò complures familiares & cognati, aliaque turba ad noſtrum conſpectum confluxerant, non aliter quàm cœtus formicarum per triuia pergebamus, occurrentibus nobis exercitibus, non accuratè armatis, ſed prælongis enſibus ad latera equorũ ſuſpenſis, & pugionès cingulis inſertos geſtantibus: quorum alij manubiis onuſti erant, alij prætereuntes captiuos excutiebant, an ſub lacera tunica ſplẽdidam veſtem celarent, aut argentum aurumue in ſinu occultarẽt. alij mulieres forma præſtantes ita defixis oculis intuebantur, quaſi mox eas ad ſtuprum rapturi eſſent. Nos igitur mulieres earum pudicitiæ metuentes, in

Abyſſus abyſſum inuocat: nec miſeriarũ finis eſt. Nicetas tot modis vexatus cuſtoditur, vt poſtea nobis ſuas aliorumque calamitates exponat.

Chriſti prædictionẽ ad ſe ſuoſq; applicat.

Diſcedentibus ex vrbe lacera cœtus imbellis, militũ ſuperbiæ crũdelitati libidinique exponitur.

Impudentiæ militaris deſcriptio. Nicetæ & aliorũ induſtria, vt virginum pudicitiæ cauerent. Quæ autẽ olim fucis vtebãtur, cœnogenatum ruborẽ illinũt.

medium agmen tanquam in ouile recepimus, adoleſcentulas verò cœno faciem illinere vt pridem fucis, atque ita ruborem genarum extinguere iuſſimus, ne formæ venuſtas principiò, vt viatores noctu elatus ignis, ſpectatores, deinde amatores, poſtremo raptores alliceret, cum ſibi licere viderent omnia. Interim ſupplices ipſi manus ad Deum tendebamus, afflictis animis pectora plangentes, & oculos rigãtes lachrymis, ſi quo modo omnes immanes iſtas feras ſalui & inuiolata pudicitia euaderemus. Cum autem nobis per auream portam exeundum eſſet, vt ad inclyti martyris Monij ædem venimus, inſolens & nefarius quidam barbarus puellam formoſam, iudicis cuiuſdam filiam, è medio noſtrûm tanquam lupus agnam abripit. Quo miſerrimo ſpectaculo totus cœtus noſter conſternatus exclamauit. Puellæ verò pater ſenio & morbo afflictus, tum etiam in cœnũ prolapſus ac contaminatus, iacens crebrò me tanquam ficulnum præſidium intuebatur, & nominatim orabat, vt ſibi pro virili ad puellam recuperandam adiumento eſſem. Itaque ſtatim conuerſus veſtigia raptoris perſequor, cum lachrymis vim factam proclamãs, & ſupplicibus geſtibus opem prætereuntium militum implorãs, qui linguæ noſtræ non planè rudes erant: quorundam etiam manibus prehenſatis. & vix quoſdam ad commiſerationem ita flexi, vt impudẽtem & libidinoſum illum hircum vlciſci

Tutũ in ſummis illis tentationibus & periculis præſidium.

Nefarius miles victoriâ inſolenter & impiè abutitur, nobilem virginem rapiens.

Agnam Nicetas è lupi faucibus eripere modis omnibus conatur, egregiâ proximo ſuo nauans operam.

ὡς ἐν σηκῷ τῷ μέσῳ ἡμῶν ἀπειλήφαμεν, ταῖς δὲ νεάνισι ἐπεσκήψαμεν ἐντρίψασθαι πηλῷ τὰ πρόσωπα ἀντίρροπα τῆς προτέρας κομμώσεως, καὶ τὸ πυρσὸν οὕτω κατασβέσαι τῶν παρειῶν, ἵνα μὴ ὡς ἐν νυκτὶ φρυκτωρούμενον πῦρ προκαλεῖται τοὺς ὁδίτας, πρῶτα μὲν θεατάς, ἔπειτα δ' ἐραστάς, ἐκ δὲ τούτου καὶ βιαστάς, ἀνόθευον ὁρῶντας τὸ ἴδιον θέλημα· ἅμα καὶ χεῖρας ἱκέτιδας αἴροντες εἰς Θεόν, καὶ μετὰ συνοχῆς καρδίας τὸ στῆθος τύπτοντες, καὶ δακρύοις τὰ ὄμματα τέγγοντες, εἴ πως ἅπαντες ἐν πάσαις τοὺς ὠμηστὰς ἐκείνους θῆρας σχοίημεν ἀδιαλώβητοι παρελθεῖν. ἔδει δὲ διὰ τῆς χρυσείας πύλης ἡμᾶς ἐξελθεῖν. ὡς δὲ περὶ τὸν νεὼν ἥκομεν Μωκίου τοῦ καλλιμάρτυρος, ὑβριστὴς καὶ ἀνόσιος βάρβαρος, ὡς ἀμνάδα λύκος, ἐκ μέσου ἡμῶν ἀφαρπάζει κόρην εὐπλόκαμον, τινὸς τῶν ἐπὶ τῷ δικάζειν θυγάτριον· πρὸς τὴν οἰκτροτάτην τοίνυν ταύτην θέαν, οἱ μὲν συνοδῖται πάντες διαθροηθέντες ἐξεβοήσαμεν. ὁ δὲ πατὴρ τῆς παιδὸς γήρᾳ καὶ νόσῳ τετρυχωμένος, τότε δὲ καὶ σφαλεὶς κατὰ τέλματος, ὀλοφυρόμενος καὶ τῷ πηλῷ φυρόμενος, δόχμιος ἔκειτο, ὡς εἰς συκίνην ἐπικουρίαν ἀφορῶν συχνάκις ἐμέ, καὶ πρὸς ὄνομα δεόμενος, συναρέσθαι οἱ τὰ δυνατὰ πρὸς τὴν τῆς παιδὸς ἀπόλυσιν. ἐπιστραφεὶς οὖν αὐτίκα μάλα ὡς εἶχον, κατ' ἴχνια τοῦ ἅρπαγος ἔβαινον, μετὰ δακρύων τὴν βίαν ἐπιβοώμενος, καὶ σχήμασιν ἱλασίμοις εἰς ἀρωγὴν ἐπισπώμενος τοὺς μὴ πάντη ἀμαθεῖς τῆς ἡμετέρας φωνῆς, ἐκ τοῦ στρατεύματος παριόντας· ἔστι δ' ὧν καὶ χειρὸς ἁπτόμενος, καὶ μόλις ἴσχυσά τινας οὕτως ἐς οἶκτον προκαλέσασθαι, ὡς μετιέναι ζητεῖν ἐκεῖνον τὸν ἀναιδῆ καὶ φιλόσαρκον. ἠ-

γύναιον τοίνυν αὐτός, οἱ δ' ἐφείποντο. ὡς δ' ἐπέστημεν ἔνθα ὁ φιλογύνης κατέλυεν, ὁ μὲν τὴν κόρην εἴσω ἐκπέμψας, πρὸς τοῖς πυλῶσιν εἱστήκει, τοὺς ἀντιστησομένους ἀποκρουσόμενος. ἐγὼ δὲ αὐτὸν δακτύλῳ ὑποδείξας· οὗτος, εἶπον, ὁ ἐπὶ μάρτυρι τῷ φωτὶ ἀδικῶν, καὶ τῶν εὖ γεγονότων ὑμῶν παραβλεπόμενος τὰ ἐντάλματα. ὑμεῖς μὲν γὰρ γυναιξὶ ταῖς ὑπὸ ζυγόν, καὶ ταῖς ὅλως ἀπειράτοις ἀνδρός, καί γε ἔτι ταῖς ἀποθειξαμέναις Θεῷ, μηδὲ μοιχικοῦ μέχρι βλέμματος εἰ δυνατόν, συνελθεῖν ἐθεσπίσατε, καὶ ὅρκοις τὰ περὶ τούτων φρικώδεσι διειλήφατε. ὁ δὲ ἀποφλαυρίσας τὰς ὑμῶν ἐντολάς, ταῖς παρθενικαῖς ἐπὶ μάρτυσι πολλοῖς ὀνηδὸν ἐπιβρωμώμενος οὐχὶ δέδιε. τοῖς αὐτῶν οὖν ὑμῶν νόμοις, καὶ τοῖς ἐν χερσὶν ἡμῖν ἐπαμύνατε, μαλαχθέντες τούτοις τοῖς δάκρυσιν, ἃ καὶ Θεὸς προσίεται, καὶ ἡμῖν ἡ φύσις ἐς τὸ πρὸς ἀλλήλους οἶκτον βοήθημα μέγιστον τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐπωχέτευσεν. εἰ δὲ καὶ πατέρες παίδων ὑμεῖς, ναὶ πρὸς τῶν συλλέκτρων καὶ τῶν φίλων ὑμῖν τέκνων τοῖς ἱκέταις ὑμῶν χεῖρα ὀρέξατε, ναὶ πρὸς τοῦ τάφου τοῦ θεοδέγμονος καὶ τῶν Χριστοῦ παραιφάσεων, αἳ τοῖς ἀπ' αὐτοῦ καλουμένοις κοινῶς πᾶσιν ὑποτιθέασιν, ἐκεῖνα ποιεῖν τοῖς ἀνθρώποις, ἃ καὶ σφίσιν ὑπ' ἐκείνων γενέσθαι βούλονται. τούτοις τοῖς ῥήμασιν ὡς ἐξ ἐφόδου χρησάμενος, τὰ τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων φρονήματα διανέστησα. οὐκοῦν ἐνέκειντο, τὴν κόρην αἰτούμενοι. ὁ δὲ τὰ μὲν πρῶτα ὑπερεώρα. ἔρωτι καὶ θυμῷ τυραννικωτάτοις δυσὶ πάθεσιν ἐνισχόμενος. ὡς δὲ εἰς ὀργὴν ἐπιφρυάσοντας ἑώρα τοὺς ἄνδρας, καὶ προτείνοντας ἐκείνῳ τὴν ἐπὶ σκόλοπος ἀπαιώρησιν, ὡς ἀδίκῳ ἅμα καὶ ἀναιδεῖ, τό δ' ὅλον οὐκ ἀπὸ χειλέων μόνον, ἀλλὰ καὶ καρδίας τὴν διάλεξιν ἐκείνῳ πεποιημένους, ἐνδιδῶσί τε μόγις, καὶ

vlcisci cupientes, à me ad ædes illas perducerentur. Quò cum ventum esset, mulierosus ille, virgine introducta in foribus stabat, vt si qui vim facturi essent, eos repelleret. Ego verò digito eum commonitrans: *Iste*, inquam, *luce teste iniurius, vestræ nobilitatis edicta cōtempsit. Vos enim edixistis, ne cōiugatæ mulieris, aut virginis, aut delicatæ Deo puellæ, vel impudico aspectu, si caueri possit, quisquā contaminetur, & iusiurandum ea de re sanctissimum dedistis. At iste vestra autoritate cōtempta, in conspectu multorum, vt salax asinus, in virgines impetū facere non dubitauit. Vos igitur vestris legibus & armis nos defendite, lachrymis his deliniti, quas Deus admittit etiam, & natura maximū mutuæ misericordiæ incitamentum in oculos nostros deriuauit. Quòd si & vos liberos habetis, per cōiuges & charissima pignora obtestor, vt nobis supplicibus manum porrigatis: obtestor per diuinum sepulchrum & Christi præcepta, quæ Christianos omnes iubent, ea facere hominibus, quæ ab iisdem sibi præstari cupiant.* His verbis ex tempore vsus, virorum illorum animos excitaui, vt puellā seriò repeterent. At ille principiò verba illorum contemnebat, amore & iracundia duobus violentissimis affectibus occupatus. Sed cùm irati instarent, & suspendium ei minitarētur vt iniurio simul & impudico, denique verba illa nō ex labijs sed ex pectore promanare cerneret: vix

Nicetæ ad milites adstātes in raptorem oratio, qua puellam raptam repetit.

Agumenta ducta sunt: à victorum officio, qui edicta & promissa sua seruare tenētur.

A pio, iusto, & honesto.

A iuris naturalis cōsideratione.

Ab eiusdē religionis professione.

Iracundia & amor duo violētissimi affectus metu supplicij coercentur.

Patris ob filię liberationẽ lætitia, & in Deum gratitudo.

tandem minis expugnatus, puellam restituit. Pater conspectu filiæ exhilaratus, & lachrymis Deo libatis, ob fœdas illas nuptias propulsatas, surgit, & rursus nobiscum proficiscitur.

Variæ exsulũ cogitatiões, sed ad eundẽ scopum collimantes.

4 Postquam vrbe excessimus, alii aliter Deo gratias agebant, & fortunas suas cũ eiulatu miserabantur. Ego verò rectà in faciem prolapsus, tantùm non cũ mœnibus expostulabam, quòd sola essent integra, nec lachrymarẽt, nec in tumulum corruissent, sed adhuc erecta starent.

Nicetæ cum mœnibus expostulatio pathetica.

Nam si (inquam) ea quorum causa condita estis, iam ferro & igni penitus sublata conciderunt, cur vos adhuc statis? quem posthac tegetis & custodietis? nisi fortè hostibus exitium moliemini in die iræ cum Dominus ad eos, à quibus nos ita tractati sumus, frangendos insurrexit, & Occidentem forsitan, vt Dauid vaticinatus est, conculcarit?

Vrbis adlocutio, & encomium.

Et tu quoque Regina vrbiũ, vrbs amplissima, vrbs magni Regis, tabernaculum altissimi, laudatio & celebratio ministrorum eius, deliciæ hospitum, imperantium vrbium imperatrix, canticum canticorum, splendor splendorum, & rebus visu raris spectaculum rarius: quis nos à te auulsit, vt à chara matre charos liberos? Quierimus? quò nos vertamus? quam consolationem inueniemus? nudi à tuo sinu vt ex vtero matris auulsi? Quando te spectabimus, nõ talem qualis nunc es, campũ vastitatis, vallem luctus,

Vota inania: nã etsi summa dies huius vrbis non dũ aduenisset, tãdẽ Turcarũ prędа facta est.

τὴν κόρην ἀποδίδωσι. περιχαρὴς οὖν ἐπὶ τῇ θέᾳ τῆς παιδὸς φανεὶς ὁ πατήρ, καὶ σπείσας Θεῷ δάκρυα ἐπὶ τοῖς ἀστεφανώτοις ἐκείνοις καὶ ἀνυμεναίοις νυμφεύμασιν, ἀναστὰς αὖθις σὺν ἡμῖν ἐπορεύετο.

4 Ὡς δὲ τῆς πόλεως ἐξῄειμεν, ἄλλοι μὲν ἄλλως ἀνθωμολογοῦντο Θεῷ χαριστήρια, καὶ τὰ καθ' αὑτοὺς ἀνωλόλυζον. ἐγὼ δὲ ῥίψας ἐμαυτὸν, ὡς εἶχον, εἰς τοὔδαφος, μόνον οὐκ ἐμεμψιμοίρουν τοῖς τείχεσιν, ὡς μόνοις ἀπαθέσι, μηδὲ κατάγουσι δάκρυα, μήτε μὴν εἰς χῶμα κειμένοις, ἀλλ' ὀρθίαν εἰσέτι στάσιν ἔχουσιν. εἰ γὰρ ὧν ἕνεκα ἐκτίσθητε, εἶπον, εἰς τέλος ἤδη ἐξέλιπον, πυρὶ καὶ πολέμῳ ἠμαυρωμένα, τί ὑμῖν ἔτι καὶ τὸ ἑστάναι; καὶ τίνα περιστελεῖτε καὶ φυλάξεσθε μετέπειτα; εἰ μή γε τοῖς πολεμίοις ἀποτινεῖτε τὸν ὄλεθρον, ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς, ὅταν ἀναστῇ κύριος, θραῦσαι τοὺς ἡμᾶς οὕτω διαθεμένους, ἐπιβεβηκὼς ἴσως ἐπὶ δυσμῶν, κατὰ τὴν Δαβιδικὴν προαγόρευσιν; καὶ σὺ δὲ ὦ πόλις, ἔφην, βασίλεια πόλις περιοχῆς, πόλις τοῦ βασιλέως τοῦ μεγάλου, σκήνωμα ὑψίστου, αἴνεσις καὶ ὕμνησις τῶν αὐτοῦ θεραπόντων, καὶ προσφιλὲς ξενοδόχημα, καὶ βασιλὶς μὲν τῶν βασιλίδων πόλεων, ᾆσμα δὲ ᾀσμάτων, καὶ λαμπρότης λαμπροτήτων, καὶ τῶν σπανίων πανταχῇ θεαμάτων σπανιώτερον ὅραμα· τίς ὁ διασπάσας ἡμᾶς ἀπὸ σοῦ, ὡς ἐκ μητρὸς φίλης τέκνα φιλούμενα; τίνες γενοίμεθα; ποῖ τραποίμεθα; ποίαν παραψυχὴν εὕροιμεν γυμνοὶ, ὡς ἐκ κοιλίας μητρὸς τῶν σῶν ἐκσπασθέντες κόλπων, καὶ φανέντες παρ' ἔθνεσι κιθάρα καὶ θρύλλημα, ἀδελφοὶ σειρήνων, ἑταῖροι στρουθῶν, καὶ ψωμιζόμενοι μὲν ἀνάγκας, ὕδωρ δὲ χολῆς ποτιζόμενοι; πότε σε θεασόμεθα, οὐχ ὡς νῦν πεδίον ἀφανισμοῦ, καὶ κοιλάδα κλαυθ-

μένην, καὶ πατουμένην ὑπὸ στρατοπέδων, οὔτε μὴν ἐξουθενημένην καὶ ἀπωσμένην· ἀλλ' ἐξῃρημένην καὶ σωζομένην, καὶ προσκυνουμένην ὑπὸ τῶν ταπεινωσάντων σε καὶ παροξυνάντων σε καὶ γάλα ἐθνῶν θηλάζουσαν, καὶ πλοῦτον βασιλέων ὡς πρότερον ἔδουσαν; πότε δὲ καὶ ὡς φύλλα συκῆς καὶ χιτῶνας δερματίνους ἀποβαλούμεθα, τὰ ῥικνὰ ταῦτα ῥάκη, καὶ μηδὲ τοῦ παντὸς ἐξικνούμενα σώματος, ἃ ἡμῖν περιέθεντο οἱ ἐπίβουλοι ὡς ὄφεις ἀλλόφυλοι, τὰ σύνοικα ἡμῖν κακὰ καὶ ἐπίβουλα καὶ βαρύζηλα, ἐπενδυσόμεθα δ' αὖθις τοὺς ἐξ ὑφῆς στιλπνοτέρας καὶ χλιδῶντας χιτῶνας, οὓς πρότερον περιεκείμεθα; ἀλλ' ἵλασαι Θεὸν ἁγιωτάτη τῶν πόλεων, προβαλοῦ τοὺς νεὼς, τὰ τῶν μαρτύρων λειπόμενα, τὰς συμφορὰς αὐτὰς, τῶν πραγμάτων τὸ μέγεθος, ὧν εἰς κόρον μετέσχηκας, ἀνδράσιν ἀνοσίοις ἐκδοθεῖσα εἰς πύρπωσιν. ἐπικάλεσαι γάρ με, φησὶν, ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς σου, καὶ ἐξελοῦμαί σε, καὶ δοξάσεις με. ἆρα δὲ προσθήσω καὶ εἰς σέ ποτε ἐπιβλέψαι, παμμέγιστε ναὲ καὶ θειότατε, οὐρανὲ ἐπίγειε, θρόνε δόξης Θεοῦ, χερουβικὸν ὄχημα, στερέωμα δεύτερον, ἀγγέλλον τὴν τῶν χειρῶν Θεοῦ ποίησιν, θέαμα καὶ ἔργον ἑναδικὸν, καὶ εὐεριζον πάσης τῆς γῆς ἀγαλλίαμα; καὶ τίς ὁ ἐπαγγελλόμενος, εἰ μὴ μόνος ὁ ἐν οἷς πέπονθε πειρασθεὶς, τοῖς πειραζομένοις βοηθεῖν ἐπιστάμενος, καὶ ῥυόμενος πτωχὸν ἐκ χειρὸς στερροτέρων αὐτοῦ, καὶ πτωχὸν καὶ πένητα ἀπὸ τῶν διαρπαζόντων αὐτὸν καὶ ποιῶν πάντα, καὶ μετασκευάζων ἀεὶ πρὸς τὸ βέλτιον; ταῦτ' ἐξ ὑπεραντλοῦ ταῖς ἀχθηδόσι ψυχῆς κενώσαντες, πορευόμενοι ἐπορευόμεθα, κλαίοντες καὶ βάλλοντες τοὺς θρήνους ὡς σπέρματα.

5 Εἰ δὲ καὶ ἐρχόμενοι ἥξομεν, αἴροντες ἐν ἀγαλλιάσει τὰ τῆς δεξιωτέρας

ctus concultatã ab exercitibus, redactã ad nihilũ & profligatam: sed exaltatam & incolumem, & adorandam ab iis qui te depresserũt, & irritarunt, & bona gentium sugentem, & diuitias Regum vt antè comedentem? Quando tandem vt ficulna folia, & pelliceas tunicas, laceros istos pannos nec totum corpus obtegentes abiiciemus? quibus nos Barbari vt insidiosi serpentes, mala cõiuncta & infesta circundederũt? Age verò vrbs sanctissi. placato Deum, prætẽde templa, martyrum reliquias, ipsas calamitates, cladium magnitudinẽ quibus es oppressa, nefariis viris ad incendendum data. Iubet enim inuocari se tẽpore necessitatis tuæ. nam fore vt ipse te eripiat, tu verò eum laudes. Nunquid tẽplum amplissimum & diuinissimũ vnquam posthac te videbo, cœlum terrenum, solium glorię Dei, Cherubice currus, firmamentum alterum, fabricã manuum Dei annuncians, spectaculum & opus singulare, firmum vniuersæ terrę decus? Et quis est qui pollicetur, nisi is solus, qui in suopte supplicio tentatus, iis qui tentantur, succurrere didicit? qui inopem ex manu fortiorum, & pauperem & mendicum à prædatoribus eripit, qui omnia facit ac subinde commutat in melius.

Ad templum D. Sophiæ.

5 Quæ cum ex animo doloribus redundante effudis-

Exsulum redeũtium ... piscentiũ lachrymæ Deo

gratæ ſunt. Is verò ratione non raro humanæ mẽti incognita ſuos exaudit: nec deterños viam conſiliis eius præſcribere.

ſemus, continenter ibamus plorantes, & lachrymas tanquam ſemina ſpargentes. Si verò redituri ſumus proſperioris mutationis manipulos collecturi, Dei munus id erit, qui puſillanimes confirmat, qui eos ſalutis veſte induit, & tunica lętitiæ amicit. Antecedebat autẽ nos Oecumenicus ſummus paſtor, non peram ferens, non aurũ in zona, ſine baculo, ſine calceis, vna tunicula indutus, integer Euãgelicus apoſtolicus, aut potius Chriſti exemplar, quatenus paupere aſello vectus noua Sione diſcedebat, non autem triumphans illam ingrediebatur. Ac tum nos Selybriam profecti, oberrare deſtitimus, tota familia inuiolata, quæ magna Dei liberalitas eſt & ſempiterna perfectaque munificentia. non ferreis manicis, non funibus vincti, non pugnis cæſi, vt multi ex noſtris pecuniæ dandæ cauſa: & à ſolo Deo enutriti, qui cibum omnibus opportuno tempore curat & pullos coruorum ſe inuocãtes largiter paſcit: & agreſtia lilia quæ neque nent, neque ſeminãt, ſplendidè veſtit. Nam ruſtici & plebeij homines, nobis Byzantinis magis inſultabãt, & mendicitatis ac nuditatis miſeriam æqualitatem amẽter nominabant, vicinorum malis nihilo facti prudẽtiores. Multi etiam homines iniurij Deum laudabãt ſcilicet, quòd ditati eſſent popularium precioſis facultatibus vili precio redeptis. Necdũ enim tauriuoros Latinos in ædes ſuas recepe rãt: neq; norãt, vt merũ ſimul, queẽadmodũ & bilẽ, importunè effuderẽt, & Romanos ſuperbè & contẽptim haberẽt. Accõſter ſtatus, eorumq; qui

Patriarchæ Conſtantinopolitani, ad veterũ Chriſti ſeruorũ exemplũ reducta conditio.

Nicetę & ſuorum liberatio.

Vulgus potẽ... orum cladi us inſultat.

Latronũ in bellis & rapinis illis publicis ingeniũ.

ἀλλοιώσεως δράγματα δῶρον τοῦτο Θεοῦ, παρακαλοῦντος τοὺς ὀλιγοψύχους, καὶ σωτηρίου περιτιθέντος ἱμάτιον, καὶ χιτῶνα εὐφροσύνης ἐνδύοντος. προῆγε δὲ ἡμῶν ὁ οἰκουμενικὸς ἀρχιποίμην, μὴ πήραν φέρων, μὴ χρυσὸν ἐπὶ τὴν ὀσφὺν, ἄραβδος καὶ ἀσάνδαλος, καὶ χιτώνιον ἓν περικείμενος, ἐντελὴς εὐαγγελικὸς ἀπόστολος, ἢ μᾶλλον τοῦ Χριστοῦ ἀντίμιμος, καθ' ὅσον ὀναρίῳ πτωχικῷ ἐποχούμενος, μεθίστατο τῆς νέας Σιὼν, οὐ τὸν εἴσω αὐτῆς ἐσχεδίαζε θρίαμβον. τότε δ' οὖν πέρας τῆς ὁδοῦ τὴν Σηλυβρίαν ἡμεῖς θέμενοι, τοῦ λοιποῦ τοῦ πλάνου πεπαύμεθα, ἀνύβριστοι πανοικὶ, τὸ μέγα τοῦ Θεοῦ περὶ ἡμᾶς φιλοτίμημα, καὶ ἀείμνηστον καὶ τέλειον δώρημα, μηδ' ἀρθρέμβολα καὶ χοινοδέσμους, κἀπὶ τῶν κροτάφων ἀστραγάλους ὡς πολλοὶ τῶν καθ' ἡμᾶς δεξάμενοι διὰ χρημάτων ἀπόδοσιν, καὶ πρὸς μόνου Θεοῦ τρεφόμενοι, τοῦ τὴν τροφὴν ἐν εὐκαιρίᾳ πᾶσι βραβεύοντος, καὶ τοὺς νεοττοὺς τῶν κοράκων τοὺς ἐπικαλουμένους αὐτὸν, διαπνίζοντος ἐς τὸ ἄφθονον, ἔτι γε μὴν τὰ μήτε νήθοντα μήτε σπείροντα κρίνα τοῦ ἀγροῦ φιλοτίμως ἐνδύοντος. οἱ δ' ἀγροῖκοι καὶ ἀγελαῖοι, ἐπεκερτόμουν μᾶλλον τοῖς ἐκ Βυζαντίου ἡμῖν, καὶ τὴν ἐν πτωχείᾳ, καὶ γυμνότητι κακουχίαν ἰσοπολιτείαν ἀφρόνως ὠνόμαζον, οὐ τοῖς τῶν πέλας κακοῖς παιδευόμενοι. πολλοὶ δὲ καὶ ἀνομίαν ὑπολαμβάνοντες, εὐλογητὸς κύριος, ὅτι πεπλουτήκαμεν, ἔλεγον, ὀλίγου τὰς τῶν συμφυλετῶν οὐσίας ἀποδιδομένας ὠνούμενοι. οὐ γάρ πω βουθοίνας εἰσῳκίσαντο Λατίνους, καὶ εἴδοσαν ὅπως μὲν τὸν ἄκρατον οἶνον ὁμοῦ καὶ ζωρότερον, ὥσπερ καὶ τὸν χόλον ἀκέραστον χέουσι, ὅπως δὲ Ῥωμαίοις ἐν ὑπερηφανίᾳ καὶ ἐξουδενώσει προσφέρονται. καὶ τοιαῦτα μὲν τὰ ἡμέτερα, καὶ τῶν οἱ συ-

κεκοινωνηκόσιν ἡμῖν σχήματος, καὶ τῆς λογικῶν ἐν μεθέξει παιδεύσεων. οἱ δ' ἐκ τῆς φαύλης συμμορίας καὶ ἀγοραῖοι, ἐχρηματίζοντο, καὶ πάλιν τὰ θεῖα βεβηλοῦντες ὑπὸ Λατίνων ἀποδιδόμενα, καὶ ὡς κοινὸν ἀργύριον ἐμπορευόμενοι, ὡς εἴπερ τῶν ναῶν ἀπηρημένα καὶ τὸ εἶναι Θεοῦ ἀπεβάλλοντο. τὸ δέ γε ἀντίπαλον ἐν ἀσελγείαις ἦν καὶ τρυφαῖς, καὶ τούτων ταῖς ἀσέμνοις μάλιστα, καὶ τῶν Ῥωμαϊκῶν ἐν κωμῳδίᾳ ἐθῶν. τῶν γὰρ ἱματίων τὰ πλατύσημα, μὴ κατὰ χρείαν, πρὸς δὲ γέλων περιβαλλόμενοι, τὰς ἀγυιὰς περιήεσαν, καὶ τὰς ὀθονοσκεπεῖς περικεφαλαίους καλύπτρας ταῖς κορυφαῖς τῶν ὀχημάτων περιτιθέντες, καὶ τὰ κατὰ νώτου κεχυμένα λευκόλινα ταῖς ἱππείαις γένυσιν αὐτῶν περιδέοντες, ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ τῆς πόλεως διιππάζοντο. οἱ δὲ γραφίας δόνακας, καὶ δοχεῖα μέλανος φέροντες, τόμοις τὴν χεῖρα ἐδίδοσαν, ὡς γραμματέας ἡμᾶς τωθάζοντες. οἱ δὲ πλείους τὰς μὲν ὑπὸ σφῶν βιασθείσας, ἐπὶ τῶν ἵππων ἀνεῖχον, τανυπέπλους τινὰς καὶ ἀπλωνηκώτοις, καὶ τὰς τρίχας συνεστραμμένας εἰς ὀπίσθιον ἕνα πλοχμόν. τὰ δὲ γυναικεῖα τυμπάνια, καὶ τὰ τῶν ὅλων καὶ λευκῶν τριχῶν ἐπικροτάφια καθέματα τοῖς ἵπποις περιετίθεσαν, ἐκώμαζόν τε καὶ ἠκρατίζοντο πανημέριοι, οἱ μὲν βρωμάτων μαγγανείαις προσκείμενοι, οἱ δὲ καὶ τὴν πάτριον ἐδωδὴν παρατιθέμενοι ἐπιδείπνιον, ἥτις ἦν νῶτα βοείων κρεῶν, διαχαλώμενοι λέβεσι, καὶ συῶν τεμάχη ταριχηρά, κυάμοις ἀλητοῖς συνεψόμενα, ὥσπερ καὶ τὸ ἐκ σκορόδων ἐπέμβαμμά τε, καὶ σύνθεμα ἐξ ἄλλων χυμῶν δριμυσσόντων τὴν αἴσθησιν. ἐπεὶ δὲ καὶ τὰ σκῦλα διενείμαντο, οὐκ ἦν τις παρ' ἐκείνοις διαστολὴ ἐπίπλων καὶ σκευῶν βεβήλων τε καὶ ἁγίων· ἀλλ' ἐπίσης ἅπασιν εἰς τὰς σωματικὰς

eiusdem conditionis & literis eruditi erant, talis fuit. improbus autem grex & circumforanea turba ditescebat, profanandis denuò sacris, quæ Latini vendebant, iisque tãquam cõmuni merce cauponandis: quasi verò direpta è templis, Dei esse desiissent. Hostes porrò luxui & deliciis vacabant, iis præsertim quæ ad Romanorum derisum & ludibrium pertinerent. Nam vestibus lati claui nõ necessitatis, sed risus gratia induti, per vicos incedebant, & lineas mitras equorum verticibus imponebant: & quæ in humeris dependent, albas fascias maxillis bestiarum alligabant, atq; ita passim vrbẽ perequitabant. alij calamos scriptorios, atramentaria & libellos gestabant, qua re nos vt scribas sugillabãt. Maxima verò pars mulieres à se stupratas lõgis peplis indutas, & capillis in vnum nodũ tortis & in tergum reiectis, in equis vehebãt. Muliebribus verò pileolis, & dependentibus à temporibus crispis & albis crinibus, equos suos ornabant, ac totos dies comessabantur & potabant. alij cupediis & lauticiis intenti, alij patrio cibo vescentes, quę erant terga bubularum carnium lebetibus immissa, & succidiæ cum fabacea farina elixæ, vt & intinctus ex alliis & liquor ex aliis acribus humoribus cõfectus. Post manubiarum partitionem sacra minimè à profano distinguebantur, sed ex æquo cor-

Circumforaneæ turbæ quæ in vrbe remanserat belluinus stupor.

Militaris insolentia post victoriam.

Equitatio detestanda.

Comessationes & potationes.

Sacra mixta profanis.

poris vſibus vtraque adhibebantur, ſine vllo numinis & religionis reſpectu, adeò vt Chriſti & ſanctorum diuinis imaginibus pro ſellis & ſcabellis vterentur.

Sortitio prouinciarũ nõdum ſubactarum.

6 Poſtquam prouincias & vrbes ſortiri cœperunt, væcordiam, ne inſaniam dicã, virorum ſuperbia tumentiũ incomparabilem non ſine ſumma admiratione cerneres. Quaſi enim iam reges regum effecti, & orbem terrarũ ſuis manibus complexi, in Romanas prouincias deſcriptores miſerunt, vt annuis reditibus in primis cognitis, deinde eas ſortitò diſtribuerent. Aliarum verò nationum principatus & regna ſtatim diuiſerunt. Sub ſortem cecidit beata vrbs, Nilo adiacens Alexandria, Libya, ea quæ à Libya vſque ad Numidiam & Gades pertinent. Item Parthi & Perſæ, Orientales Iberes, Aſſyria, Hyrcania, & quæ ad Orientem maximis fluminibus diſterminantur. Ac ne Septentrionales quidem regiones ſunt prætermiſſæ, ſed eæ quoq; ſortitò diſtributæ. Alius ſuas vrbes vt magnum vectigal pendentes, & equis alendis aptas laudabat, & ſortem ſuã extollebat: alius vt aliis bonis florentes mirari eas non deſiſtebat: alij de ſortitione vrbiũ rixabãtur: alij inter ſe vrbes & fines permutabant, alij magnopere contendebant, vt Iconio potirentur. Portas verò vrbis & catenæ partẽ, quæ ad naualia cõtinenda extendebatur, ſuis in Syria popularibus cũ plurimis nauigiis miſerunt,

Ita ludũt homines, ac ſi Dei ſceptra gererent.

In immenſũ vagatur ambitio.

Stultorũ deſiderio neq; modus, nec finis.

Vrbs à Latinis nudatur.

χρείας ἐνέχρωντο, Θεοῦ καὶ Θέμιδος κατὰ μηδὲν ἐμπαζόμενοι. τὰ δὲ τοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν ἁγίων θεῖα εἰκάσματα εἰς ἕδρας καὶ ποδῶν θρανίδας παρῆγον.

6 Ὡς δὲ κλήρους πόλεων καὶ χωρῶν ἤρξαντο βάλλειν, ἦν ἰδέσθαι, καὶ θέασαι ὅτι διὰ πλείστου τοῦ θαύματος, ἀνδρῶν τυφομανῶν μὴ ξυμβλητὴν ἀπόνοιαν, εἴτουν παράνοιαν εἰπεῖν οἰκειότερον. ὡς γὰρ βασιλέων ἤδη βασιλεῖς καθεστῶτες, καὶ τὸ περίγειον ἅπαν ἐν χερσὶν ἔχοντες, τοῖς μὲν Ῥωμαϊκοῖς χοινίσμασιν ἀπογραφεῖς ἐπέστησαν, γνῶναι πρότερον τὰς ἐπετείους ἀποφορὰς θέλοντες, εἶθ' οὕτω κατὰ πάλους αὐτὰ μερίζασθαι. τὰς δὲ παρ' ἄλλοις ἔθνεσι καὶ βασιλεῦσι καρπουμένας ἀρχὰς καὶ ἐξουσίας ἐκ τοῦ αὐτίκα διείλοντο. ἥ τε οὖν ἐν πόλεσιν εὐδαίμων, καὶ πρὸς τῷ Νείλῳ κειμένη Ἀλεξάνδρεια, τῷ τε κλήρῳ ὑπέκειτο, καὶ Λιβύη, καὶ Λιβύης τὰ ἐς Νομάδας καὶ Γάδειρα παρατείνοντα, Πάρθοι τε καὶ Πέρσαι, ἐπὶ δὲ Ἴβηρες ἑῷοι, καὶ Ἀσσυρία γῆ καὶ Ὑρκάνοι, καὶ ὅσα οἱ πρὸς ἕω μέγιστοι ποταμοὶ τοῖς ὕδασι διειλήφασιν. ἀλλ' οὐδὲ τὰ πρὸς βορρᾶν νενευκότα κλίματα εἰάθη ἀκλήρωτα, ἀλλὰ κἀκεῖνα οἱ αὐτοὶ διενείμαντο, καὶ ὁ μὲν ὡς ἱπποτρόφους καὶ φόροις περιβεβριθυίας ἐκληρώσατο πόλεις δι' ἐπαίνου ἐτίθετο, καὶ τοῦ κλήρου ἑαυτὸν ἐμακάριζε· ὁ δὲ ὡς κομώσας ἄλλοις ἀγαθοῖς θαυμάζων οὐκ ἔληγε· οἱ δὲ καὶ περὶ κλήρου πόλεων ἤρισαν, καὶ ἀντέδοσαν ἀλλήλοις ἕτεροι, ἐπὶ ἀντέλαβον πόλεις καὶ ὅρια. τινὲς δὲ καὶ μάλα δόξαν ἀσπάσιον τὸ Ἰκόνιον εἰς κλῆρον εἰληφέναι ἠγωνίσαντο, καὶ πύλας τῆς πόλεως καὶ τέμαχος τῆς ἀλύσεως, ἣ διαταθεῖσα συνεῖχε τὸν ναύσταθμον, τοῖς ἐν Συρίᾳ ὁμοφυλέσι μετὰ πλείστων πλοίων πεπόμφασι, καὶ διαφῆκαν ἀγγέ-

λοις ἁπανταχῇ, τὴν τῆς πόλεως διατραγῳδήσοντας ἅλωσιν. ἐδέησαν δὲ καὶ βασιλέα χειροτονῆσαι· εἰς τὸν μέγιστον νεὼν παραγίνονται τῶν ὀπαδῶν τοῦ Χριστοῦ (ἐκεῖσε γὰρ συνερχόμενοι, περὶ τῶν πρακτέων σφίσιν ἐβουλεύοντο) καὶ τὰ μὲν πρῶτα κατά τι πάτριον ἔθιμον, κρατῆρας τέσσαρας στοιχηδὸν ἐσκέπτοντο διατεθέναι, ὧν εἷς τὴν ἀναίμακτον θυσίαν στέγειν ἔμελλε, καὶ οὕτως ἐνδοῦναι τοῖς θυηπόλοις, ἐφ' ἑκάστῃ κλήσει τῶν εἰς ἀρχὴν ἐπιλεγομένων, αἴρειν ἕνα τῶν σκύφων καὶ προσάγειν αὐτοῖς· ἐκεῖνος δ' ἦν ὁ τῶν λοιπῶν εἰς τὴν ἀρχὴν προκριθησόμενος, ὁ ἐκλαχὼν τὸ ποτήριον τὸ τοῦ θείου σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ μέτοχον. δόξαν δὲ τῷ Βενετίας δουκὶ τῷ Δανδούλῳ, εἰς ψῆφον ἀπολυθῆναι τὴν πρόβλησιν· ἐκλέγονται ψηφηφόροι πέντε μὲν ἐκ τοῦ τῶν Φραγκίσκων καὶ Λαμπάρδων γένους, οἱ παρ' ἐκείνοις ἄριστοι, ἐκ δὲ τῶν Βενετίκων ὁμοίως ἕτεροι πέντε. καὶ τῆς τῶν πλειόνων ψήφου κρατησάσης, ὁ τῆς ἀρχῆς ἔπεσε κλῆρος πρὸς Βαλδουῖνον τὸν τῆς Φλάντρας κόμητα. πλὴν ὡς ᾔδετο παρὰ πᾶσι, κατὰ δόλον τε καὶ πρόνοιαν τοῦ δουκὸς Βενετίας Δανδούλου. πηρὸς γὰρ ὢν [illegible] τὰς ὄψεις, καὶ τοῦ κλήρου κατὰ τοῦτο τῶν ἀρξόντων διαγραφείς, ἠβούλετο χειρίζειν τὴν βασιλείαν τὸν τὸ ἦθος τε ἱλαρώτατον, καὶ μὴ τὸ φρονεῖν ἀρχικώτερον, τὸ δ' ἐν μείζονι παρ' ἐκείνῳ μᾶλλον σπουδῇ, καὶ τὴν ἰδίαν χώραν κληρούμενον, τῆς τῶν Βενετίας ὅρων διϊσταμένην κατὰ πολύ, ὡς εἴ ποτε διχονοήσαιεν ἀλλήλοις βασιλεὺς καὶ Βενέτικοι, μὴ εἴη ἐκ τοῦ σχεδὸν βασιλεῖ δυνάμεις πλείους οἰκειακὰς μεταπέμπεσθαι, ἢ γοῦν εὐμαρῶς εἰσιέναι τὰ Βενετίκων ὅρια, καὶ ταῦθ' ὅπως δὴ κατατρέχειν καὶ σίνεσθαι, ἃ δὴ πάντα ᾔδει πρὸς ἰσχύος ἔχοντα δρᾶν τὸν Βονιφάτιον

passim dimissis nunciis, qui captam esse vrbem vulgarẽt. Iam cum Imperator creandus esset, in ædem S. Apostolorum deliberandi ergò conuenere: ac principiò, patrio quodam ritu, pro numero canditatorum quatuor calices ordine collocare instituerunt, quorum vnus incruentam victimam contineret, cæteris vacuis: eosque tradere totidem sacerdotibus ut ad cuiusque principis nomen vnum tollerent & eis redderent. Imperium verò penes eum futurum erat, qui cum calicem accepisset, in quo diuinum corpus & sanguis Christi esset. Deinde cum Veneto duci Dandulo designationẽ suffragiis committere visum esset: ex Frãcis & Lõgobardis vt optimatibus, & ex Venetis totidem iudicibus lectis, plurium suffragiis imperij sors Balduino Flandriæ Comiti obtigit. verum vbique celebre est, dolo & solertia Dãduli id esse factum. Qui cùm ob cæcitatem numero candidatorũ excluderetur, imperium penes eum esse voluit, qui hilarioribus esset moribus, & ingenio minus ambitioso, quanquã id spectauit potiùs, vt priuatus Imperatoris designati principatus, quàm remotissimus esset à ditione Venetorum, ne si qua controuersia cum illo incidisset, plures copias subitò ex suo territorio accersere, aut Venetos fines commodè inuadere, aut incursionibus vexare posset. Quæ omnia in expedito esse Bonifacio

Ritus sortitionis in Regiis comitiis.

Balduinus Flandriæ Comes Danduli opera Imperator creatur.

Nicetæ de hac Balduini electione iudicium.

Marchioni ex Longobardia originem trahēti norat, quæ maritima esset, vnde facilè in Romanas prouincias traijceretur, & ob propinquitatem magnæ clades Venetis quoque importari possēt.

Dādulus, oculatus princeps, Niceta teste Reipublicæ Venetorū studio se cauet.

His igitur rationibus haud sanè absurdis impulsus Dandulus, & multa etiam vidētibus obscura, lumine ingenij perspiciens cæcus ille, Bonifacium Marchionē repulit, prælato illi de Francorum & Venetorum sentētia Balduino, quem ex inferioribus Galliis ortum esse, Galliarum autem & Venetiarum limites tantum distare norat, quantum Venetiæ à Romanis prouinciis distermmētur. Eò accedebat, quòd Balduinus toto pectore illi studebat, & eum vt patrem colebat: nec diuturno rerum vsu pollebat, vt Marchio.

Balduini Flādri elogium.

Nondum enim Balduinus annum ætatis XXXII. excesserat: & alioqui vir erat pius & modestus, ne impudico quidem aspectu mulierem intuitus, quandiu à sua coniuge abfuerat: vacabat diuinis laudibus, necessitatibus conflictantes subleuabat, suæ sententiæ aduersantes æquo animo audiebat. Et quod maximū est bis qualibet hebdomade vesperi proclamari iubebat, ne quis in suo palatio cubaret, qui alienā mulierē attigisset.

***

Μαρκέσιον ἐκ Λαμπαρδίας τὴν γένεσιν ἔχοντα. Λαμπαρδίαν δὲ οἰκεῖσθαι παράλιον, καὶ ῥᾳδίας εἶναι τὰς ἐκεῖθεν εἰς τὴν Ῥωμαίων ἐκπλοίας, καὶ Βενετίαν δὲ ἀγχοροῦσαν πολλὰ ἂν κατ' εὐπέτειαν Βενετικοῖς κακουργεῖν ἀποτρόπαια. ὑπ' ἐννοιῶν τοίνυν μὴ πάντη ἀλογίστων κεκινημένος ὁ Δάνδουλος, ὃς τὰ πολλοῖς τῶν ὁρώντων δυστέκμαρτα ταῖς τοῦ νοῦ καταλαμβάνων ὁράσεσιν ὁ πηρὸς ἐκεῖνος τὰς κόρας τοῦ σώματος, παρεκρούσατο μὲν τὸν Βονιφάτιον Μαρκέσιον· τῶν δὲ Βενετικῶν καὶ τῶν Φραγγίσκων εἰς μίαν συνδραμόντων γνώμην, τὸν Βαλδουῖνον ἀνθείλοντο, εἰδὼς ἐκ τῶν κάτω Γαλλιῶν ὁρμώμενον. Γαλλιῶν δὲ καὶ Βενετίας ἐς τοσοῦτον τοὺς ὅρους ἀφεστάναι, ἐς ὅσον Βενετία Ῥωμαίων ἀποχωρίζεται. καὶ ἅμα οἱ Βαλδουῖνον ὅλῃ ψυχῇ προσκεχηνότα, καὶ ἀσμένως ὡς πατρὶ προσφερόμενον, μήτε μὴν ὑπὸ χρονίας γυμνασίας ἐντακέντα πράγμασιν ὁποῖον ἠπίστατο τὸν Μαρκέσιον. οὐ γάρ πω Βαλδουῖνος τριάκοντα καὶ δύο ἔτη γεγένηται. ἦν δὲ καὶ ἄλλως ὁ ἀνὴρ ἐστὶν εὐλαβὴς τὰ πρὸς θεόν, ὡς ἐλέγετο. καὶ τὴν δίαιταν ἐγκρατής· γυναικὶ δὲ μηδὲ μέχρι βλέμματος προσεσχηκώς, ἐφ' ὅσον χρόνον τῆς οἰκείας γαμετῆς ἀπεφοίτησεν.* ἀλλὰ καὶ εἰς τοὺς ὕμνους ἐχάλαζε τοῦ Θεοῦ, καὶ τοὺς ἐν ἀνάγκαις ἐκυβέρνα, καὶ ἀκούειν τοὺς πρὸς αὐτὸν ἀντιλέγοντας κατεδέχετο. τὸ δὲ μέγιστον, δὶς εἶχεν ἑκάστης ἑβδομάδος τῆς ἑσπέρας ἐπεμβοῶντα μηδένα τῶν οἰκείων ἀρχείων ἐντὸς κατευνάζεσθαι, μὴ νομίμῳ γυναικὶ πλησιάζοντα.

ΒΑΣΙ-

ΒΑΣΙΛΕΙΑ ΒΑΛΔΟΥΙ-ΝΟΥ ΤΟΥ ΦΛΑΝΤΡΑ.

DE IMPERIO BAL-DVINI FLANDRI.

BREVIARIVM.

1 *Balduinus imperium stabilire studet. Ad eum Bonifacius Marchio deficit, & reconciliatus Græciam occupat.*

2 *Henricus Balduini frater & Petrus Plancius Asianas vrbes occupant. Prusæ irrita obsidio. Theodorus Philadelphiensis ab Henrico profligatus. Marchionis in Græcia grassationes. Leonis Scurij Nauplij tyrannis. Michael Choniates Leonem placat.*

3 *Scurus Alexij Imperatoris filiam Eudociam ducit. MurZufli miserabilis interitus. Marchio Græcia potitur. Scurus Acrocorinthum confugit. Alexius imperij insignibus exuitur.*

4 *Græci milites à Latinis repudiati Blachorum ope vrbes ad defectionem impellunt. Latini Occidentales vrbes recuperare satagunt. Græcorum clades ad Arcadiopolim. Adrianopolis obsidio. Latini à Scythis in insidias pellecti à Blachis capiuntur & occiduntur. Dandulus effugit.*

5 *Græci à Scythis & à Latinis vexantur. Mysorum & Latinorum pugna ad Serras: Marchio Thessalonicensium defectionem vlciscitur. Alexij relegatio. Marchionici denuo à Scythis vincuntur & vrbes amittunt. Latini in Thracia grassantur.*

6 *Henricus Balduini frater Aprum vi expugnat, Orestiadem frustra oppugnat. Petri Plantij casus. Lues & fames obsidionem soluunt. Didymothicum Enri exundatione defensum. Græciæ miserrimus status.*

7 *MauroZomes Lascaris & Comnenus in Oriente de imperio contendunt. Philippopolim Blachi, Thraciam Scythæ vastant. Latini ad Rusium cæsi à Scythis.*

8 *Multarum vrbium Græcarum excidia. Athyræ & aliarum calamitas. Ioannes Didymothicum frustra oppugnat.*

9 *Latini Adrianopolitanis & Didymothichitis opem ferunt. Thraciæ vastitas à Scythis & Blachis facta. Augurium coruorum & cornicum. Græcia in tyrannides distracta. Nicolai Archiepiscopi Corinthij interitus.*

10 *Orientis status. Aldobrandinus Pergami tyrannus. Cretam Genuenses occupant. Attaliam Caichosroes frustra oppugnat. Dauid Comnenus Latinorum fretus auxilio Lascari resistit.*

11 *Petrus Plancius Pegas occupat. Henricus Balduini frater Imperator designatur. Græcorum militum perfidia. Balduini miserabilis interitus. Constantini Tornicis mors cruenta. Fatalia vrbis simulachra confringuntur.*

12 *Latinorum diligentia & Romanorum ignauia. Henricus Blachos profligat. Aduersus iniqua hominum de se iudicia querela Choniatæ, qui finem historiæ suæ imponit.*

Balduini prouidentia, vt imperium quod erat adeptus stabiliret.

IMperator designatus Balduinus, in partes Occidentales abit, non vt eas subigat (putabat enim nihil sibi posse obsistere, ac tantùm non insolenter atq; intempestiuè iactabat. Quò eam, vt terrã hasta quatiam? sed vt amicas prouincias peragrans, ab omnibus Romanorum Imperator salutaretur.

Et rectè quidem, quum militaris & politica Latinorum disciplina Græcam longè antecelleret.

Qua de causa nullam Romanorum siue militaris siue politici ordinis rationem habuit: sed eos omnes repudiauit, quod idem cæteris quoque Comitibus & Ducibus exercitus probabatur. Nam cum fortitudinem à cognatis virtutibus seiunctam, sibi vt & natura insitam, & vsu confirmatã vendicarent: nullas alias gentes in re bellica sibi vel adiungi vel conferri patiebantur: & quia nullus Musis, nullus Gratiis apud istos Barbaros locus relinquebatur, immanibus vtique erant ingeniis, & bilem ratione promptiorem habebant.

Nec sententiam Nicetæ verisimilem esse ex aliis historiis colligere facilè est: multus enim tunc temporis apud Latinos Musis & Gratiis fuit locus.

Sed Balduinus Thraciis vrbibus peragratis Orestiadi, Didymoticho & Philippopoli præsidia imposuit. Vbi Xãthiam peruenit, prouinciales Sennacheribo quodam duce insidias illius exercitui collocarunt. qui cum se paulisper ostendissent, rursus abdiderunt, timidi eò reuersi, vnde feroces prodierant. Ex eo citra pugnam versus Thessalonicam metropolim abiit, Bonifacio Marchione comitãte, qui Mariam Pannoniã secum ducebat, Isaacio Angelo pridem

Bonifacij Marchionis ad Balduinũ defectio.

ΒΑσιλεύσας τοίνυν ὁ Βαλδουῖνος, ἐς μέρη ἔξεισι τὰ ἑσπέρια, οὐχ ὡς αὐτὰ χειρωσόμενος (πάντα γάρ οἱ ἁλώσιμα ᾤετο, πατάσσων καὶ κινήσων τὴν γῆν τῷ δόρατι, μικροῦ κομπάζων καὶ λίαν ἀγερώχως, ὑπὲρ εὐκλείδην, φθεγγόμενος) ἀλλ᾽ ὡς διὰ φιλίων χώρων παρελευσόμενος, καὶ βασιλεὺς Ῥωμαίων ἀναγορευθησόμενος πρὸς παντός. οὗ χάριν οὐδὲ κομιδῆς οἱασοῦν κατηξιώκει τινὰς τῶν Ῥωμαίων ἐκ τοῦ στρατιωτικοῦ τε καὶ πολιτικοῦ συντάγματος, ἀλλ᾽ ἅπαξ ἅπαντας ἀπεπέμψατο. τοῦτο δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις τοῦ στρατιωτικοῦ ἡγεμόσι καὶ κόμησι δέδοκτο. τὴν γὰρ ἀνδρείαν τῶν συννόμων ἀρετῶν ἀφορίζοντες, καὶ ταύτην ἑαυτοῖς οἰκειοῦντες, ὡς συγγενὲς καὶ σύντροφον ἐπιτήδευμα, οὐδὲν τῶν ἄλλων ἐθνῶν εἰς ἄρεος ἔργα παρασυμβεβλῆσθαι σφίσιν ἠνείχοντο, ἀλλ᾽ οὐδέ τις τῶν χαρίτων ἢ τῶν μουσῶν παρὰ τοῖς βαρβάροις τούτοις ἐπεξενίζετο. καὶ παρὰ τοῦτο οἶμαι τὴν φύσιν ἦσαν ἀνήμεροι, καὶ τὸν χόλον εἶχον τοῦ λόγου προτρέχοντα. διελθὼν τοίνυν τὰς Θρᾳκῴας πόλεις ὁ Βαλδουῖνος, τῇ μὲν Ὀρεστιάδι φρουρὰν ἐγκατέλεξε, ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τὸ Διδυμότοιχον, καὶ τὴν ἐκ Φιλίππου παρώνυμον πόλιν διεπεράξατο. ὡς δ᾽ εἰς Ξάνθειαν ἵκετο, λόχον οἱ ἐκεῖσε ὑποκαθίσαντες, Σεναχηρεὶμ τινὸς ἐξηγουμένου, τῷ στρατεύματι λάθρα ἐπέθεντο· μικρὸν δέ τι φανέντες, ἀπεκρύψαντο, ἐπανιόντες δείλανδροι, ὅθεν ἐξῄεσαν θρασυκάρδιοι. ὁ δὲ ἀμαχεὶ ἐκ τοῦδε προὐχώρει πρὸς τὴν Θεσσαλονικέων μητρόπολιν. ἐφείπετο δέ οἱ ὁ Βονιφάτιος μαρκέσιος, τὴν ἐκ Παιόνων Μαρίαν ἐπαγόμενος, Ἰσαακίῳ μὲν τῷ ἐξ Ἀγγέλων

ἁρμοσθεῖσαν πρότερον, μετὰ δὲ τὴν ἐκείνου ἐκβίωσιν καὶ τὴν τῆς πόλεως ἅλωσιν συναφθεῖσαν αὐτῷ κατὰ νόμους. ἐπεὶ δὲ ὁ μὲν Βαλδουῖνος αὐλίζοιτο κατὰ τὴν Μοσυνόπολιν, ὁ δὲ μαρκέσιος πύθοιτο παρὰ πλείστων, μηδέποτε προθέσθαι τὸν Βαλδουῖνον ὑποστῆναι οἱ τῆς λογίμης Θεσσαλονίκης, καθάπερ δὴ καὶ συνέθετο, ἀλλὰ κατὰ τοῦτο προϊέναι, καὶ συντόνου ἔχεσθαι τῆς πορείας, ὡς τὴν πόλιν εἰσιὼν ἰδιώσαιτο, αὐτὸς ἦν ἐφ᾽ ἱκανὸν, ὥσπερ ὑπὸ κεραυνοῦ βληθεὶς οὐκοῦν ὑπ᾽ ἀθυμίας φανεὶς κατακώχιμος, παλίμπους φέρεται, Γραικῶν ἀπατηλότερον, καὶ τὸ ἦθος σκαμβώδη καὶ ἄπιστον, καὶ παλίμβολον ὑπὲρ ὄστρακον καὶ κύβον, τὸν Βαλδουῖνον ἀποκαλῶν· ἀμέλει τοι καὶ καταλαβὼν τὸ Διδυμότειχον, καὶ παντοίως αὐτὸ κρατυνάμενος, ἔπειτα δὲ τὰς Θρακίας πόλεις ἀνασπῶν, πλὴν τῆς Ὀρεστιάδος (ταύτην γὰρ αἱ παρήρχετο πλεῖστον ὅσον τὸ ἐκ Βαλδουίνου στέγουσαν ὁπλομάχον) φόρους συνίστατο καὶ Ῥωμαίους συνήγειρεν, εἴ τι φρικῶδες ἀνθρώποις καὶ θειότατον ὄνομα φέρων διὰ γλώττης καὶ μαρτυρόμενος, ἀπείπασθαι μὲν τὰς μεθ᾽ ὁμοφύλων σπονδὰς, καὶ τὴν πρότερον σύμπνοιαν, Ῥωμαίοις δὲ προσχωρῆσαι λαμπρῶς. ταῦτα λέγων καὶ διομνύμενος, προσεμηχανήσατό τι ἕτερον ποιοῦν τὰ ῥήματα εὐπαράδεκτα. τὸν γὰρ πρωτότοκον υἱέα τῆς συζυγείσης αὐτῷ Μαρίας (κλῆσις τουτῳὶ Μανουήλ) βασιλέα Ῥωμαίων ἀνηγορεύκει, ὑποστὰς ἐκείνῳ σχήματος καὶ ὀνόματος, καὶ τὸ προσωπεῖον τοῦτο καὶ πρόσχημα κατὰ σίφη τοὺς Ῥωμαίους ἀγήοχε· καὶ τοιούτοις μὲν ἐνεπόλει σοφίσμασιν ὁ μαρκέσιος, μὴ πρὸς ἀλήθειαν ὅλως δρωμένοις, ὡς τὰ μετέπειτα καθυπέφηνε. τοῦ δέ γε Βαλδουίνου τῇ Θεσσαλονίκῃ ἐγγίσαντος, ἅπας ἐξεῤῥύησαν λεὼς, καὶ μετ᾽

pridem nuptam, ſed poſt illius obitum & vrbem captam legitimo ſibi matrimonio iunctam. Cæterùm cùm ad Moſynopolim ventum eſſet, & ex plurimis audiuiſſet, nunquam in animo habuiſſe Balduinum, ſibi inclyta Theſſalonica, vt conueniſſet, cedere, ſed ea de cauſa id iter ſuſcepiſſe, & celeriùs ire, vt vrbem illam occuparet: longo tempore veluti attonitus ſtetit. Deinde præ animi ægritudine conuertit iter: Balduinum fallaciorem Græcis, perfidum, leuem, teſſera mutabiliorem vocat, Didymotichũ occupat. eóque omnibus modis firmato, Thracias vrbes euertit, Oreſtiade excepta, quam maximo præſidio à Balduino firmatam præteriit: vectigalia ordinat, Romanos colligit, ſanctiſſimo iureiurando dato, & Dei nomen ſubinde teſtatus, ſe popularium ſuorum ſocietate relicta, prorſus ad Romanos defeciſſe, præter deierationes iſtas aliud etiam machinatus, vt verbis ſuis fidem aſtrueret, primogenitum cõiugis ſuæ Mariæ filium Manuelem Romanorum Imperatorem dixit, eíque & habitu & titulo ceſſit. Quo commento Romanos cateruatim ad ſe pellexit: quamuis ea nõ prorſus ex animo faceret, vt pòſt euentus docuit. Cum autem Balduinus non procul à Theſſalonica abeſſet, omnis populus ei occurrit,

Fruſtratus ſua ſpe vir magni animi, ad audaciores conatus conuertitur.

Marchionis aduerſus Balduinum res geſtæ.

Ita ſolẽt multi, quoſdã ſibi adiungunt vt ſua promoueant: deinde auxiliares ſuos deſerunt.

Theſſalonicenſes prudenter cum Balduino agunt, ſuæ incolumitati conſulentes.

& clara voce vrbem & ſeſe hilariter dedidit: tamen orauit, ne vel ipſe vrbem intraret, vel exercitum ingredi pateretur, qui cum non vni duci pareret, & ex variis gẽtibus conſtaret, vereri ſe, ne illius edicto ſpreto, milites vrbem ſpoliarent. Quare Balduinus partim æquitate poſtulationis adductus, partim ex irati Marchionis diſceſſu nihil boni augurans, partim ob facta illius quæ fama afferebat anxius, Theſſalonicenſibus annuit, & rubricatis literis omnia vrbis inſtituta & conſuetudines confirmauit: & aliquot diebus extra mœnia honorificè, vt decuit, habitus, Byzãtium reuertitur. Iam enim etiam Venetiarum ducis Danduli, & aliorum Comitum qui in vrbe permanſerant, literis reuocabatur. Balduino reuerſo, Marchio quoque per Iofredum quendam magnæ autoritatis apud Latinas copias virum, quem illi Mariſcaldum, Græci Protoſtratorem vocant, reuocatur: & fide impunitatis accepta, in vrbem profectus, ac reconciliata Balduini gratia, Didymoticho cedit, & Theſſalonicam deſcendit: vbi ab omnibus citra dimicationẽ ſuſceptus, vrbem ingreditur, in præſentia tempori ſeruiens, ingenij malitia & animo bilingui diſſimulato. Neque tamẽ diutius inſtitutum tenere potuit: ſed vt muſte-

Æquitas poſtulationis ſubditorum moderatos principes flectit.

Balduinus ad ſuos Byzantium reuerſus, vt imperium nouũ firmaret.

Principum reconciliatio populis aliquoties perniciosa.

Marchio ad Theſſalonicã accedens, irã in ciues diu cõtinere nõ poteſt.

εὐσήμων βοῶν σφᾶς τε αὐτοὺς καὶ τὴν πόλιν περιχαρῶς ἐνδιδόασιν. ἱκέτευσαν μέντοι, μήτ' αὐτὸν Βαλδουῖνον ἐπιβῆναι τῆς πόλεως, μήτε μὴν εἴσω τὸ στράτευμα συγχωρῆσαι παρελθεῖν. δεδιέναι γάρ, μὴ τὰ ἐκείνου παραγκωνισάμενον ἐντάλματα, τὴν πόλιν σκυλεύσειεν, οἷα μηδ' ὑφ' ἕνα ταττόμενον ἡγεμόνα, ἀλλ' ἐκ πολλῶν ἀγηγερμένων φυλαρχιῶν, καὶ πλείστοις ὑποκείμενον ἄρχουσιν. ὁ Βαλδουῖνος τοίνυν τοῦτο μὲν ταῖς τῶν αἰτήσεων εὐλόγοις καθυπαχθείς, τοῦτο δὲ βάλλουσαν ἔχων, μὴ ἀγαθὰ διδοῦσαν φαντάζεσθαι τὴν μαρκεσίου μετ' ὀργῆς ὑποχώρησιν, ἐν πολλοῖς δὲ καὶ κεντοῦντα τὴν ἀκολουθίαν τὰ ὑπ' ἐκείνου γινόμενα, τοῖς Θεσσαλονικεῦσι προσέσχε, καὶ γράμμα σφίσιν ἐρυθρόγραφον ἐνεχείρισε, πᾶσι τοῖς ἐθίμοις τῇ πόλει τὸ ἔμπεδον χαριζόμενον· ἀμέλει καὶ πρὸς ἡμέρας ἐναυλισάμενος ἔξωθεν, καὶ φιλοφρονηθεὶς τὰ εἰκότα, ἐπάνεισιν αὖθις εἰς τὸ Βυζάντιον. ἤδη γὰρ καὶ ἀγγελίαν τοῦτ' αὐτὸ ἐπισκήπτουσαν δεξάμενος ἦν, πρός τε τοῦ δουκὸς Βενετίας Δανδούλου, καὶ ὅσοι τῶν κομήτων τῇ Κωνσταντινουπόλει παρέμενον. ὡς ἐπανήκε τοίνυν ὁ Βαλδουῖνος, μετάπεμπτος γίνεται καὶ μαρκέσιος, Ἰοφρένος ἐπιδεδημηκότος αὐτῷ, μέγα παρὰ τοῖς τῶν Λατίνων δυναμένου στρατεύμασι (μαρισκάλδος ἦν τὸ ἀξίωμα ὁ ἀνήρ, δηλοῖ δὲ καθ' Ἕλληνας ἡ φωνὴ τὸν Πρωτοστράτορα) καὶ πίστεις δόντος, ὡς οὐδέν τι παραγλυόμενος πείσεται ἀηδές. ἀπαντήσας, καὶ τῷ Βαλδουίνῳ ἀσπασάμενος, ἀφίσταται μὲν τοῦ Διδυμοτείχου, ἐς δὲ Θεσσαλονίκην κάτεισι, καὶ παρὰ πάντων ἀμαχεὶ παρεισδεχθείς, τὴν πόλιν εἴσεισι, τὸν καιρὸν ἐν τῷ αὐτίκα καθυποδύς, καὶ τὸ τοῦ τρόπου σκαιῶδές τε καὶ στρεβλόχειλον ἐπικρυψάμενος. πλὴν οὐκ ἐπὶ πολὺ τοῖς δεδογμένοις ἐμμείνας, τῇ δὲ γαλῇ παρομοιωθείς, ἣν διήλεγξε

τὸ στέαρ

τὸ σέκρ παρ' ἑαυτὸν, ἐς χρήματα τοὺς Θεσσα-
λονικεῖς ἐζημίωσεν, εὐθαλεῖς τὰς ὑπάρξεις
εἶναι μαθὼν· εἶτα καὶ τὰς τῶν οἰκήσεων καλ-
λίστας ἐκ τῶν ἐχόντων ἀφελόμενος, τοῖς ἐκ
τῆς ἱππάδος ἐκείνῳ διαδέδωκεν εἰς ἐνοί-
κησιν. ἐκ δὲ τούτου τὴν σύλλεκτον Μα-
ρίαν, καὶ μοῖραν τῆς στρατιᾶς ἐκεῖσε κατα-
λιπὼν, ἔξεισιν αὐτὸς, καὶ τὰς πόλεις μέτει-
σιν, ὅσαι τε περὶ Σέῤῥας καθυπτιάζουσι, καὶ
τοῖς ὄρεσι τῆς Βεῤῥοίας προσήνωνται, καὶ
ὅσαι πρὸς τὰ τέμπη τῶν Θετταλῶν πα-
ρατείνουσι. κρατήσας οὖν τούτων παρὰ
δόξαν, ἔγνω καὶ Λαρίσσης αὐτῆς ἐπιβῆναι,
καὶ δι' Ἑλλάδος ἐλάσαι, καὶ χειρώσασθαι τὴν τοῦ
Πέλοπος· κἀκείνων ἀεὶ τὰ εἰλημμένα μι-
κρὰ, καὶ τοῖς ἔμπροσθεν προβαίνειν ἐρῶν,
διὰ τὴν τῶν Ῥωμαίων ἀφέλειαν. συνείπον-
το δὲ οἱ καὶ τῶν Ῥωμαίων τινὲς, καὶ μάλιστα
τῶν εὖ γεγονότων, παλεύοντες τὰς χώρας,
καὶ τὰς τρίβους διομαλίζοντες, κατὰ μὲν ἀ-
πάτην καὶ δόλον τῷ πρωτοτόκῳ τῆς Μα-
ρίας υἱῷ (τοῦτον γὰρ βασιλικῶς ἐσταλμένον,
καὶ μετ' εὐφήμων φωνῶν προπεμπόμε-
νον, ὥσπερ οἱ Θρᾶκες πρότερον, οὕτω καὶ
Μακεδόνες τότε καὶ Θετταλοὶ, καὶ ὅσα ἐς
Ἑλλάδα καθήκουσιν, ἀσμένως ἐδέχοντο)
πρὸς ἀληθῆ πρᾶξιν, μαρκεσίῳ καὶ Λατί-
νοις προοδευταὶ, καὶ τῶν πρακτέων εἰση-
γηταὶ, καὶ τῆς πατρίδος προαγωγοὶ γι-
νόμενοι. καὶ μαρκέσιος μὲν ἐθνῶν οὕτω με-
γίστων καὶ πόλεων κρατίστων ἐγκρατὴς ἀμα-
χεὶ διεδείκνυτο, καὶ πολλῷ πλειόνων τοῦ
παρ' ἐκείνῳ στρατεύματος, εἰ πόλιν καὶ ἄν-
δρα τῷ ἀριθμῷ τις ὑπέβαλλεν. ὁ δέ γε
Βαλδουῖνος εἰς τὸ Βυζάντιον ἀφικόμε-
νος, ἔγνω μηδ' αὐτὸς ἡσυχῇ καθῆσθαι,
μηδ' ἀπόμαχον εἰκῇ τὴν ὑπ' οἱ τεταγ-
μένην οἰκουρεῖν στρατιὰν, ἀλλ' ἐς Ἀσίαν
ταύτην διαβιβάσαι, καὶ τῶν ἐκεῖ πραγμά-

lam ſebum prodidit, ita ipſe Theſſalonicenſes, cognitis eorum opibus, pecunia mulctauit. Deinde pulcherrimas ædes, dominis ereptas, equitibus ſuis incolendas tradidit: Mariáque coniuge & parte exercitus ibi relicta, vrbibus quæ Serris & Berrhœæ finitimæ ſunt, & ad Tempe Theſſalica pertinẽt, præter opinionem potitus: ſemper ea quæ teneret exigua ratus, & ob Romanorum ſimplicitatem vlterius progredi cupiens, etiam Lariſſam inuadere, & per Græciam tranſitu facto, Peloponneſum occupare ſtatuit. Sequebãtur eum Romani quoque nonnulli, iíque nobiles in primis, qui prouincias allicerent, & vias complanarent: fraude quidem & dolo, Mariæ primogenito filio (hunc enim habitu Imperatorio & cum fauſtis acclamationib. deductũ, vt prius Thraces, ita tum Macedones & Theſſali, & Greciæ finitimæ partes, cupidè accipiebãt) re vera Latinis viam monſtrabant, & quid agendum eſſet preſcribebant, patriæ proditores. Ita Marchio gentibus maximis & vrbibus potentiſſimis longè pluribus quàm pro numero copiarum eius, ſi vrbium & virorum numerus comparetur, citra pugnam potiebatur. Balduinus quoque Byzantium cum veniſſet, nec ipſe deſidendum ſibi eſſe, aut ſuum exercitum in ocio cõtinendum, ſed in Aſiam traiiciendum, & vrbes illas op-

Eiuſdem expeditiones felices in Græciæ oppida & prouincias.

Dolosè agit Marchio cũ Græcis, patriæ proditoribus.

Proditorum miſeria ſumma.

Opera infelicium Græcorum Græcia potitur Bonifacius.

pugnandas cenſuit: Latinorum potiſſimùm, qui Helleſponti vrbem Pegas incolunt: & Troianorum Armeniorum impulſu, qui eum & cæteros Comites, vt ad Orientales vrbes tanquam paratam prædam occupandas proficiſcerentur, incitare nunquam deſiſtebant.

Succeſſus Balduini in imperio Græco occupãdo & amplificãdo.

2 Igitur Octobri menſe Erricus Balduini frater, & Petrus Plancius, vir heroico robore, Callipoli in Orientem traiiciũt. Ac Erricus auxiliaribus Armeniorum copiis Troiæ auctus, vrbes quę imperium recuſabant, malè tractabat & vaſtabat, & victor per Idę montis anguſtias Adramyttium vſque proceſſit.

Petrus Plancius Grę̃corũ copias fugat.

Petro autem Plancio Pegis Lopadiũ proficiſcẽti, Theodorus Laſcaris circa Pæmaninum cum maximis Romanis copiis occurrit. quæ cum Latinorum congreſſum non ferentes, fugæ ſe mandaſſent: ille, quia nemo erat qui reſiſteret, ſed ab omnibus cum crucibus & ſacris Euangeliis ſuſcipiebatur, Lopadiũ abit, & ſupplicibus parcit.

Pauoris effectus mirus.

Eandem clementiam cęteræ quoque vrbes quæ armis abſtinuerunt, ſunt expertæ: quamuis difficile ſit Latinum voce à Græcis diſſentientem, auaro ingenio, oculo impudenti, ventre inſatiabili, animo iracundo & acerbo, manu perpetuò enſem quærenti, lenire obſequiis. Cæterùm Pruſaenſium quoque periculum facturi

Armorum depoſitio populis beneuolentiam victoris conciliat.

σασῶν πόλεων, ἐξερεθισθεὶς εἰς τόδε τὸ ἔργον πρός τε τῶν Ἑλλησποντίων Λατίνων, ὧν ἡ πόλις Πηγαὶ κατωνόμασται, καὶ τῶν Τρωϊκῶν Ἀρμενίων. οὗτοι γὰρ οὐδὲ βραχύ τι γοῦν καθυφῆκαν, τὸν Βαλδουῖνον ἐνάγοντες, καὶ τοὺς ἄλλους κόμητας ἐξερεθίζοντες, ὡς εἰς προκείμενον ἕρμαιον διαβῆναι τὴν τῶν ἑῴων πόλεων χείρωσιν.

2 Περὶ μῆνα τοίνυν τὸν φυλλοχόον τῆς πόλεως ἔξεισιν Ἐῤῥῆς ὁ τοῦ Βαλδουΐνου κασίγνητος, καὶ Πέτρος ὁ ἐκ Πλάντζης ὁρμώμενος, ἀνὴρ ἡρωϊκὸς τὴν ἰσχύν· καὶ πρὸς τῇ παράλῳ Καλλιπόλει γενόμενοι, ἐς ἕω διαπλωΐζονται. καὶ ὁ μὲν Ἐῤῥῆς συμμίξας ἐν Τροίᾳ τοῖς Ἀρμενίοις, καὶ συμμαχίδας ἴλας ἐκεῖθεν ἐπαμησάμενος, ἔκειρε τὰς πόλεις, καὶ διετίθει κακῶς, ὅσαι μὴ ἐκείνῳ συνέβαινον. κρατήσας δὲ καὶ τῆς Ἴδης τοῦ ὄρους, καὶ διὰ τῶν ταύτης στενῶν παρελθών, εἰς τὸ Ἀτραμύττιον προκεχώρηκεν. ὁ δὴ ἐκ Πλάντζης Πέτρος ἄρας ἐκ τοῦ τῶν Πηγῶν πολίσματος, τὴν ἐς τὸ Λοπάδιον στέλλεται. ἀπήντων δ' αὐτῷ μετὰ πλείστων Ῥωμαϊκῶν δυνάμεων περὶ τὸ λεγόμενον Ποιμανηνὸν οἱ περὶ τὸν Λάσκαριν Θεόδωρον. οἱ δὲ τὴν κατ' αὐτοὺς ἐμβολὴν τῶν Λατίνων οὐκ ἐνεγκόντες, οἱ μὲν ἐς φυγὴν ὁρμῶσιν· ὁ δὲ Πέτρος ἐς τὸ Λοπάδιον ἄπεισι, μηδένα ἔχων τὸν εἰς χεῖρας ἰόντα, ἀλλ' εὑρίσκων πάντας μετὰ σταυρικῶν σημείων καὶ τῶν θείων λογίων δεξιουμένους αὐτόν, οἳ καὶ κακῶν ἀπαθεῖς διέμειναν. τοῦτο δὲ καὶ ταῖς λοιπαῖς συνέβαινε πόλεσιν, ὅσαι μὴ χωρεῖν διὰ μάχης τοῖς Λατίνοις ἐγνώκεισαν, εἰ καὶ πονηρὸν χρῆμα εἰς θεραπείαν Λατῖνος, φωνὴ ἀσύμφωνος Ἕλλησι, γνώμη φιλοχρήματος, ὀφθαλμὸς ἀπαιδαγώγητος, γαστὴρ ἀκόρεστος, ὀργίλος καὶ δριμεῖα ψυχή, καὶ χεὶρ διψῶσα τὸ ξίφος διὰ παντός. πεῖραν δὲ καὶ τῆς ἐν τῇ πόλει τῇ Προύσῃ λαβεῖν οἱ

Λατῖνοι

Λατῖνοι θέλοντες, καὶ γνῶναι πρὸς οἷς εἰσὶ
(ἐπεὶ μηδὲ προσεῖχον σφίσι Προυσαῖοι,
ἀλλὰ σῖτα παρεσκευακότες διαρκῆ πρὸς
πολιορκίαν χρονίαν, καὶ τῇ θέσει τοῦ τόπου
πιστεύοντες, μὴ ἄν ποτε βίᾳ ἁλῶναι, ὅτι καὶ
ἐπὶ γηλόφου ᾤκισται Προῦσα, καὶ τεῖχος ὀ-
χυρὸν περιβέβληται) ἄραντες ἐκ Λοπα-
δίου τῇ Προύσῃ προσίασι, καὶ τὸ μεσημ-
βρινὸν τεῖχος διειληφότες, καθὸ τὸ μὲν
ὄρος ὁ Ὄλυμπος ἀναχωρεῖ τι βραχὺ τῆς
πόλεως· ὁ δὲ πετρώδης λόφος τὴν πόλιν
διαλαμβάνων, μεθίησιν ἐκεῖσε τὴν ὅλην
τοῦ χώρου διάζωσιν, ἐνέκειντο, τοὺς ἔνδον
αἰτούμενοι, τῇ πόλει σφᾶς εἰσδέξασθαι, ὡς
οὕτω τῆς πρὸς βουλῆς ἐπιτευξόμενοι, ὅ-
περ ἀνάγκη μὴ εὑρεῖν ὕστερον, ἡνίκα τὴν
μὲν πόλιν ὡς εἰς χείρωσιν αὐτοὶ περιέλ-
θοιεν, τὰ δὲ τείχη ταῖς ἑλεπόλεσι τύπτοιν-
το. μηδὲν δὲ φρονούντων πρὸς ταῦτα
ἐνδόσιμον τῶν ἐντὸς, ἐνίων δὲ καὶ θαῤῥη-
σάντων τὴν ἔξοδον, καὶ πολλοὺς τῶν ἐπι-
σήμων βαλλόντων βέλεσι, καὶ καταβαλ-
λόντων αὐτίκα, ὡς οὐχ αἱρετέον ἐδόκει τὸ
τεῖχος, καὶ μάλιστα τοῖς ἐξ ἐφόδου προσ-
βάλλουσιν, ἐκεῖθεν μεθίστανται. οἱ δὲ Πρου-
σαῖοι πρὸς τὴν τῶν Λατίνων ἄπαρσιν ἔτι
μᾶλλον πλησθέντες φρονήματος, κατὰ
πλείους ἐπέκειντο. τὰ δ᾽ αὐτὰ ἔδρων, καὶ
οἱ τῶν ὑποδεξίων ἐλάβοντο, δι᾽ ὧν τὸ πο-
λέμιον ᾔετο. οὐ βραχεῖς δὲ καὶ ἀποστάντες
Λατίνων, ἴσα τοῖς μὴ δεξαμένοις Λατί-
νους κατὰ Λατίνων ὡπλίσαντο, καὶ πολλοὺς
αὐτῶν ἀπέκτειναν. ἦσαν δὲ καὶ οὕτω τὰ
Λατίνων αὖθις ἐπικρατέστερα, καὶ σφαγαὶ
προὔβησαν συχναὶ καὶ ἄλλῃ μὲν, ἀλλὰ δὴ
καὶ κατὰ τὸ πόλισμα τὴν Καισάρειαν. τῶν γὰρ
Ῥωμαίων τινὲς τὸν ἐπὶ τῆς σημαίας ἀνε-
λόντες, ἥ τις προηγεῖτο τοῦ Λατίνων στρα-
τεύματος, καὶ ταύτην ἐπὶ γηλόφου στή-
σαντες, καθ᾽ ἑαυτῶν ἐπεσπάσαντο τὰ με-

Latini, qui commeatu ad diuturnam obsidionem ferendam præparato, locíque situ freti (nam Prusa tumulo imposita est, & firmis circundata mœnibus) & se inexpugnabiles esse rati, non cedebant. Lopadio relicto, eam vrbem iuxta mœnia, quà mons Olympus paululum ab ea reflectitur, & saxosus tumulus qui eam ambit interrumpitur, obsident, postulantes, vt vrbe recipiantur. Ita enim quę velint, impetraturos. Sin vrbem oppugnare, & arietes murum percutere cœperint, aliam rationem fore. Sed cum ciues non modò à deditione abhorrerent, sed quidam etiam in aciem egredi ausi, multos nobiles sagittis prostrauissent: statim vt non expugnari posse munitio, primo pręsertim impetu videbatur, inde recedunt. Prusæi verò ad hostium discessum auctis animis, maioribus copiis Latinos à tergo vrgebãt. Idem & alij faciebant, montanis occupatis, per quæ hostibus transeundum erat. Neque pauci à Latinis defecerunt, & eos æquè oppugnarunt ac ij qui eos non receperant, & multos occiderunt. Nihilominus tamen etiam sic res Latina superior fuit, cædésque multæ cùm alibi, tum ad vrbem Cæsaream factæ sunt. Nam Romani quidam signifero, qui Latinorum exercitum antecedebat, occiso, vexillóque in tumulo collocato, cohortes quæ sequebãtur

Prusaensium pro Græcis libertate pro pugnatio.

Latinorum oppugnatio irrita.

Fortitudo obsessorum ciuium præclaro exitu coronatur.

Mira vicissitudo rerum bellicarum.

Latini superiores semper euadunt, Græcis ferè semper malè multatis.

illo conſpecto ad ſe pellexerunt, à quibus vbi Romanos eſſe cognouerunt, facillimè ac celerrimè profligati ac malè multati ſunt. Idem inſtitutum Theodorus Philadelphienſis imitatus, Errico circa Adramyttium agenti arma infert, ac inexpectato ſuperuentu & multitudine principiò terrorem incutit. Sed cum Errico Martis alea tentanda videretur, equitum aciem inſtruit: qui haſtis in altum elatis, Romanorum congreſſum expectabāt. Qui cum à laceſſendo abhorrerent, & inſtar flammiuomi ſerpentis anfractibus copiarum ſeſe flecterent, & ſquamis armorum horrerent, & vtriuſque cornu explicatione velut hiatum quendam præ ſe ferrent, & tamen ſegnius atque ignauius inuaderent: Latini veluti ſigno dato directis haſtis, & clamore de more ſublato, ipſo Errico ante alios erumpēte, & per mediam hoſtiū aciem equo perrumpente, Romanos diſſipant, & fugientibus incumbentes plurimos occidunt. Nam Romani equites ad primam Latinorum impreſſionem, & haſtarum directionem, concitatis equis fugientes, pedeſtres ordines hoſtibus trucidandos reliquerant, & ſpoliandos. Hoc Aſiæ ſtatu, Marchio per Theſſala Tempe Romanis ductoribus egreſſus, copias in locis non montanis adeò celeriter duxit, vt in Lariſſæ cāpeſtria perueniret, ignaris Romanis qui montium ca-

Theodorus Philadelphienſis ab Errico profligatus.

Græcorum ignauia Latinis addit animos.

Marchionis in Græcia graſſationes.

θεπόμενα τάγματα, πρὸς μὲν τὸ ποδηγὸν σημεῖον τραπόμενα κατὰ δὲ ἐκείνων, ὡς ἔγνωσαν Ῥωμαίους ὄντας, τραπόμενα, καὶ ῥᾶστα καὶ τάχιστα τούτοις τρεψάμενα, καὶ κακῶς διατεθέμενα. τὰ ἴσα δὲ τούτοις καὶ ὁ Φιλαδελφεὺς Θεόδωρος προθέμενος διαπράξασθαι, διὰ μάχης χωρεῖ τῷ Ἐρρῇ, περὶ τὸ Ἀτραμύττιον διατρίβοντι. ἀμέλει καὶ μὴ προσδόκιμος ἐπιὼν τῷ ἀνδρὶ, τὰ μὲν πρῶτα πρὸς τὸ πλῆθος, ὃ ἐπήγετο, ἀποκνῆσαι τοῦτον πεποίηκε. ὡς δὲ διακινδυνευτέα τῷ Ἐρρῇ ἐδόκει, ἡ ἵππας εἰς παράταξιν διατίθεται· ἡ δὲ ὀρθὰ τὰ δόρατα ἀνατείνασα, τὴν ἀπὸ τῶν Ῥωμαίων ἐγχείρησιν ἐπέμενε. ἐπεὶ δὲ ῥαθύμως εἶχον Ῥωμαῖοι πρὸς τὴν τῆς μάχης προτύργησιν, καὶ κατὰ μὲν δράκοντα φλογωπὸν ὁλκοῖς λορδούμενοι στρατεύματα, καὶ φολίσιν ἐπιφρίσσοντες ὅπλων, καὶ ὡς εἰς χάσμα διανοιγόμενοι στόματος ταῖς ἑκατέρων τῶν κεράτων ἀναπτύξεσι, πρὸς δὲ τὰς ἐπελάσεις ἀτονώτερον ἔχοντες καὶ νωθέστερον· ὡς ἀφ' ἑνὸς συνθήματος οὗτοι τὰ ξυστὰ ἀπευθύναντες, καὶ κατὰ τὸ σύνηθες ἀλαλάξαντες, αὐτοῦ δὴ τοῦ Ἐρρῆ τῶν ἄλλων προεκθορόντος, καὶ διὰ μέσων τῶν τάξεων τὸν ἵππον ἐλάσαντος, διασκεδάζουσι Ῥωμαίους, καὶ σφίσιν ἐπικείμενοι φεύγουσι, φόνου πάρεργον πλείστους ἔθεντο, οἷα τῶν ἱππέων Ῥωμαίων καὶ πρὸς τὴν πρώτην ἔμπτωσιν τῶν Λατίνων καὶ τὴν τῶν δοράτων ἀγκώνισιν, ὅλοις ἀποδράντων ῥυτῆρσι, καὶ τὰς πεζικὰς τάξεις παρεικότων εἰς κεράϊσιν τοῖς ἀντιμάχοις καὶ προνομήν. καὶ τῇδε μὲν τὰ κατ' Ἀσίαν ἐφέρετο. τὰ δὲ Θετταλὰ τέμπη ἐκπεριελθὼν Μαρκέσιος ὑφ' ἡγεμόσι Ῥωμαίοις, ἦγε διὰ ταχέων ἐν τοῖς μὴ ὀρειαίοις τὴν δύναμιν, ὥστε καὶ ἔλαθε τὰ πεδινὰ τῶν Λαρισσαίων κατέχων τοὺς ταῖς ἄκραις ἐφεστῶτας Ῥωμαίους, καὶ τὰς ὑπερβολὰς

τηροῦντας

ἐπιτηροῦντας ἐπιμελῶς, αἳ τὸν μὲν Πηνειὸν
ποταμὸν ἐς τὸ στενώτατον πάντῃ ξυνάγου-
σιν, ὡς καὶ καχλάζειν ἐν πολλοῖς ἐπὶ μέ-
γα τὸ ῥόθιον, καὶ τὰς ὄχθας τῇ τῶν κτύπων
ἀντιπέμψει συνεπηχεῖν. περὶ δὲ τὰς τῶν
ὀρῶν ὑποβάσεις μίαν ἀτραπὸν παρανοί-
γουσι. συνεπτυγμένην καὶ ταύτην, καὶ χα-
λεπὴν τοῖς βαδίζουσιν, ὥστε πη μηδ᾽ ἐπὶ
τεσσάρων ἀσπίδων αὐτὴν ἀναπτύσσεσθαι,
ὑπὸ πετρῶν λισσάδων καὶ ποταμίου ῥεύ-
ματος ἐς τὸ πάντῃ συνιοῦσαν στενόπορον.
ἐκ δὲ Λαρίσσης ἄρας, προὐχώρει τοῖς ἔμ-
προσθεν, μηδενὸς εἰς χεῖρας αὐτῷ προ-
σιέναι θαρρεῖν ἔχοντος. ὀψὲ δὲ καὶ μόλις πε-
ρὶ τὰς Θερμοπύλας λόχον ὁ Σγουρὸς Λέων
ὑποκαθίσας, μηδέν τι καὶ δράσας γενναῖον,
ἀλλὰ καὶ πρὸς μόνην τὴν τῶν ἱππέων Λατί-
νων ὄψιν ἀλλοφρονήσας, φυγὰς ἐκεῖθεν ἐς
τὴν Ἀκροκόρινθον ᾤχετο. ὁ δὲ Σγουρὸς οὗτος
ἐκ τοῦ Ναυπλίου γεγενημένος, χρόνον μέν
τινα τῶν ἐκ τοῦ γένους βίᾳ μᾶλλον, εἴπερ πει-
θοῖ κατῆρχε, παράδοξον τι μεῖζον ἀναπλη-
ρῶν, καὶ χρηΐζων οὐχ αἱμάτων καθαρεῦον
κληρούχημα. ἀεὶ δὲ παρὰ τῶν πραγμάτων ἀ-
νωμάλῳ ἐπιδιδοὺς, καὶ τοῖς στασιώδεσι και-
ροῖς οἰδαινόμενος, μέγας ἐκ μικροῦ πρό-
εισιν, ὡς οἱ χείμαρροι τοῖς ὄμβροις, καὶ τοῖς
βιαίοις τὰ πνεύματα κύμασι. τὸ γὰρ ἱπ-
πόβοτον Ἄργος ὑπονοθεύσας, καὶ ἐπὶ τῷδε
τὴν Κόρινθον ληϊσάμενος, καὶ προϊὼν ἀεὶ
τοῖς λῃστεύμασιν, εἶτα καὶ ταῖς Ἀθήναις
αὐταῖς προσήρραξε μετὰ πολεμικῶν νηῶν
καὶ τὸν Ἰσθμὸν διελθόντος στρατεύματος,
ἐλπίσι θαλπόμενος, ὡς δυνάμεως κρατή-
σει τῆς ἀκροπόλεως, ἢ γοῦν ἑλεπόλεις ἐπι-
στήσας, ὡς ἀπόλεμον θρέμμα τὸ ἔνδον ἀπο-
μαχόμενον ἤδη ἀναπεμπάζων φρεσὶ, καὶ
εἰκαίως διανοούμενος, τὰ μὴ πέρας ὅλως
δεξόμενα. ὁ γὰρ ἀρχιποίμην Ἀθηνῶν Μι-
χαὴλ ὁ Χωνειάτης, κασίγνητος οὗτος

cumina accuratis excubiis te
nebant: quibus Peneus flu-
uius vbique in angustissimũ
alueum coactus, in magnos
fluctus attollitur, ripis reso-
nantibus: & vnum, eúmque
angustum tramitem & tran-
situ haud facilem aperiũt, vt
vix quaterni milites præ ru-
pibus & torrentibus possint
incedere.

Faciles fiunt viç militibus quib. nullus hostis occurrit.

Larissa digressus,
vlterius pergebat, nemine
resistere audente, donec se-
rò ac vix tandem Scurus Leo
circa Thermopylas insidias
ei struxit. sed nullo forti edi-
to facinore, ad solum con-
spectum Latinorum equitũ
territus, Acrocorinthũ con-
fugit. Scurus hic Nauplio or
tus, aliquãdiu vi magis quàm
voluntate popularium prin-
cipatum tenuit, à patre su-
sceptum, ad cuius imitatio-
nem non sine sanguine im-
perauit.

Leonis Scuri Nauplij tyrannis.

Sed confusione re-
rum auctus, & turbulentis
temporibus vt torrẽtes im-
bribus, & turbinibus vndæ,
tumefactus, è paruo magnus
extitit. Argos dolo, Corin-
thum latrocinio cepit: &
grassando subinde progres-
sus, ipsas Athenas cum belli-
cis nauibus, & exercitu per
Isthmum traducto est ador-
tus: ea spe se arcis facilè po-
titurum, aut machinis addu-
ctis imbelle præsidium faci-
lè territurum.

Huius incrementa, & audaces conatus.

Cæterùm ea
agitabat animo, & frustra
conabatur, quæ ad exitum
perduci non poterant. Nam
Athenarum summus pastor
Michael Choniates, frater

Superbia tyrannidis comes.

Michael Choniates archiepiſcopus Athenienſis Scurum placat.

meus, meus inquã (nam laudi mihi duco cognationem eius, & ei me ſanguine propinquum eſſe gaudeo, licèt à virtute & eloquẽtia eius remotiſſimus) cum ſui muneris eſſe intelligeret, conſilio & precibus remp. iuuare: Scuri caſtris viſis, piè cum eo agere inſtituit, an hominẽ, præſertim non ignotum, ſed ſæpè collocutum, amouere poſſet. Itaque ex vrbe tanquam ſuperiore loco monitorum ſagittas eiaculatur, & paſtorali funda, diuina verba iacit.

Ad tyrãnum Choniatis oratio ſuaſoria, vt ab Athenarũ muris recedat.

aliquando etiam ſpiritualib. minis, tanquam arietibus, animum illius ſternere inſtituit. Non enim decere eum, qui Chriſtianus ſit, & inter Romanos nomen ſuum profiteatur, Romanos bello petere: niſi fortè ſolis labiis Chriſtianum agat, vt & veſte & lingua duntaxat Romanũ, corde verò à Chriſtianis ſit remotiſſimus. Quam verò cauſam habeat oppugnandi Athenas? Nam Argiuis ob vicinitatem poſſe forſitan aliquid crimini dare, quo illorũ expugnatio excuſetur: quemadmodũ & Corinthiis nuper archiepiſcopi eorum crebras inſidias obiecerit, vnde Romanum exercitum Nauplium accurrere, & naues hoſtiles appellere viderit. Athenienſes verò & ipſũ vt locis diſtent, ita nihil inuicem habere negocij, & ab omni æmulatione remotos eſſe. Cum vrbis porrò ſacerdote nihil intercedere, niſi pia & ſpiritualia commercia: quoniam hũc ipſe patrem & & paſtorem appellare nunquam recuſarit, & ſuauitate orationis eius

ἐμὸς, ναὶ ἐμὸς (ἐγκαλλωπίζομαι γὰρ τῇ ὁμογνιότητι, καὶ χαίρω καθ' αἷμα τῷ ἀνδρὶ συναπτόμενος, εἰ καὶ τῆς ἀρετῆς καὶ λόγου κατὰ διάμετρον ἐνδιΐσταμαι) τὸ οἰκεῖον λάχος ὁρῶν τὴν αὐτοῦ βουλὴν καὶ εὐχῶν ἐξεχόμενον, ἐπεὶ παρεμβαλόντα θεάσαιτο τὸν Σγουρὸν, ἔγνω τοῦτον μετιέναι θεοφιλῶς, εἴ πως ἐκεῖθεν ἀποστῆσαι δυνήσεται. μηδ' ἄλλως ἀσυνήθως ἔχοντα πρὸς αὐτὸν, ἐς δὲ λόγους ἐληλυθότα πολλάκις. καὶ δὴ ὡς ἐξ ὑπερδεξίων τῆς πόλεως τοξεύει παραινέσεων βέλεμνα, καὶ τῇ ποιμαντικῇ σφενδόνῃ ἀκροβολίζεται, διαφιεὶς θεόπλοκα ῥήματα. ἔστι δ' ὅπῃ καὶ ὡς ἐξ ἑλεπόλεων τῶν πατρικῶν ἀπειλῶν πειρᾶται κατασείειν τὸ ἐκείνου φρόνημα, μὴ δεῖν λέγων ἀπὸ Χριστοῦ καλούμενον, καὶ Ῥωμαίοις συνεξεταζόμενον, διὰ μάχης Ῥωμαίοις χωρεῖν, εἰ μὴ πιστοῦται μόνοις χείλεσι τὸ Χριστώνυμον, ὡς ἐσθῆτι καὶ γλώττῃ τὸ Ῥωμαίοις ὁμόφωνον, τῇ δὲ καρδίᾳ πόῤῥω πλάζοιτο τῶν καλουμένων ἀπὸ Χριστοῦ. τί δὲ καὶ ἔχων Ἀθηναίοις ἐπεγκαλεῖν, τῇ Ἀττικῇ ἐπεστράτευσε; τοῖς μὲν γὰρ γείτοσιν Ἀργείοις εἶχεν ἄν τι καὶ ἐπάγειν ὡς ὁμόροις αἰτίαμα, ποιουμένοις ἀνεύθυνον ὅπως δὴ τὴν ἐκείνων καταδρομήν. ὡς ἄρα καὶ Κορινθίοις προσῆψεν ἔναγχος ἔγκλημα, τὰς τοῦ ἀρχιποίμενος Κορίνθου κατ' αὐτοῦ πολλάκις ἐπιβουλὰς, ὁπόθεν καὶ τὸ Ναύπλιον στρατιὰν Ῥωμαίων ἐπιδραμοῦσαν ἑώρακε, καὶ νῆας ἐς αὐτὸ καταπλευσάσας πολεμικάς. Ἀθηναῖοι δὲ καὶ αὐτὸς, ὥσπερ τοπικῶς ἀφεστήκασιν, οὕτω καὶ τοῦ ἔχειν πράγματα, ἐπὶ κατ' ἀλλήλων χωρεῖν φιλονείκως, πλεῖστον ὅσον διείργονται. τὰ δὲ πρὸς τὸν ἱερέα τῆς πόλεως, οὐδὲν ὅτι μὴ τὰ πάντα θεοφιλῆ καὶ πνευματικὰ, εἴγε ὁ μὲν πατέρα καὶ ποιμένα τοῦτον ὀνομάζειν οὐδέ ποτε ἀπηνήνατο, καὶ τὰ

τῆς αὐτοῦ γλώττης ῥήματα, ὅσα καὶ γλυκὺ
μελίκηρον βλίττειν ὠρεκτία διὰ παντὸς
δρέπεσθαι. ὁ δὲ παισὶ τοῖς κατὰ πνεῦμα τὸν Σγου-
ρὸν ἐνέγραφε, καὶ τοιοῖσδε χρώμενος ὅ-
πλοις, ἐκεῖθεν παρῃτεῖτο τὸν ἄνδρα μετα-
χωρεῖν. ὁ δὲ τὸ δύνασθαι βιάζεσθαι πρόφα-
σιν ἀπαραίτητον καὶ ἀπαρακάλυπτον προ-
βαλλόμενος, καὶ τὸν καιρὸν ἐνάγων, ὁρᾶν
παντὶ τὸ πρὸς ἰσχύος δρᾶν ὑποβάλλον-
τα, ὡς οἷα τῆς τῶν πόλεων πασῶν κορυφί-
δος τὰ τῶν ὅλων πασχούσης χείριστα. ἔτι
δὲ καί τινα νεανίαν ἐκδοθῆναί οἱ πρὸς θά-
νατον, πολὺς ἐνέκειτο ἐκζητῶν, ὃν ἄλλος
μὲν, καὶ μὴ αἰτησαμένῳ, μετὰ περιχαρείας
προὔδωκεν ἄν, σπέρμα ἄδικον καὶ ἄνομον
κεῖνον, ὡς πολλοῖς παραίτιον ἀπωλείας,
καὶ πᾶν ὅ,τι χείριστιν κατὰ τῆς ἑαυτοῦ πατρί-
δος τῆς Ἀττικῆς, καὶ χειρὶ καὶ γνώμῃ δια-
πραξάμενον. ὁ δὲ τὸν λαμπρὸν διώκτην
τῆς ἐνεγκούσης, καὶ τῆς κατὰ πνεῦμα τιθη-
νοῦ ἐκκλησίας ὑβριστὴν καὶ ἐπίβουλον, καὶ
τὴν χεῖρα κατ' αὐτοῦ πολλάκις ὁπλίσαν-
τα, τοῖς φιλουμένοις Εὐαγγελικῶς ἐγγρά-
φων, καὶ περιέπων ὡς πρόσφυγα, τὸν Σγου-
ρὸν παρεβλέπετο. ὡς δ' οὐκ εἶχε καὶ πεί-
θειν ταῖς σοφαῖς ταύταις ὑποθημοσύ-
ναις ἐκεῖνον τὸν θηριώνυμον, μᾶλλον μὲν
οὖν καὶ κατ' ἀσπίδα κωφεύουσαν ἑκόν-
τι τὰ ὦτα πρὸς ταῦτα ἑώρα βύοντα, καὶ
βέλη παντοδαπὰ τοῖς ἐπὶ τῆς ἀκροπό-
λεως ἀφιέντα, κατὰ τοῦ ἀνοσίου καὶ αἰτίου τῶν
φυομένων κακῶν, ἅπαν ἀποτρόπαιον τρα-
πέσθαι Θεὸν ἱλασάμενος, τῶν τειχῶν ἄνω-
θεν κἀκεῖνος ἀνθίστησι μηχανήματα, καὶ
τοῖς τείχεσιν ἐφίστησι, τὸ βάλλειν ἐκ χει-
ρὸς δυναμένους. καὶ τί γὰρ οὐκ ἂν διαπε-
πράχει τῶν πολεμίων εἰς ἀποσόβησιν, ἀ-
νὴρ ἥκων διὰ πάσης σοφίας, καὶ παντοίαν
μάθησιν λογικὴν, ὡς οὐδεμίαν ἑτέρος ἐ-
πιὼν ὅσαι τε θύραθεν καὶ ὅσαι ἡμέτεραι;

magis afficiatur quàm mellis dulcedine, eáq; semper frui cupiat, hic verò ipsum in spiritualium liberum numerum retulerit. Ac huiusmodi armis vsus Michael, precabatur, vt inde recederet. Scurus verò non dissimulanter prętendens, se vim posse facere: & tēpora intueri iubens, quę pro viribus quenque agere monerent, cum omnium vrbium princeps afflictissima esset: denique postulabat, vt quidam adolescēs ad necem sibi dederetur. quē etsi alius aliquis, etiam non petenti libentissimè dedidisset, vt semen iniquum, & multis autorē interitus, pessima quęq; & manu & consilio contra patriam machinari solitum: ille apertum patriæ persecutorem & spiritualis nutricis Ecclesiæ violatorem & insidiatorē, cuius violentos conatus sæpius & ipse expertus erat, in eorū numero habuit, quos Euangelicè diligeret, neglectóq; Scuro supplicem defendit. Sed cum leonē illū sapientib. hisce monitis placare nō posset, aspidis in morem vltrò aures obturātem, & omnis generis tela in arcē coniicientem: orato Deo vt in nefarium hominē & subnascentium malorū autorē, cladē omnē cōuerteret, machinas & ipse in mœnib. disponit, ibidémq; sagittarios & funditores collocat. Nam quid ille ad propulsandos hostes non effecisset, vir omni doctrina sacrarū & profanarū literarum perpolitus, summáque facūdia ornatus?

Non facilè placatur tyrannus.

Pius pastor, postquā quę ad officium pertinent diligenter est exequutus, suorum saluti fortiter consulit.

Encomium Michaelis Choniatis.

qui si voluisset, igni pluere super temerarios, aut crabrones in exercitum immittere potuisset, aut aliquid aliud eis perniciosũ diuinitus impetrare. Neque enim cunctatus esset Deus, si manus ille sustulisset, aut labia ad inuocationem numinis aperuisset. Sed à tali vel cogitatione, ne dum facto, eum abduxit is qui filios tonitrui cõpescuit, ne ignem cœlo elicerent, cùm diceret, An nescitis cuius spiritus sitis?

Scurus de arcis expugnatione desperans, in vrbẽ sæuit.

3 Scurus autem desperata victoria aduersarij, aciei instruendæ tam periti, tam diserti, tam incomparabili virtute præditi, & irrita oppugnatione rupium arcis intellecta, iram suã contra eam vrbem extimulat, cuius arcẽ expugnare nõ poterat: villas incendit, greges armẽtáque rapit, & post dies aliquot soluta obsidione Thebas oppugnat: quibus primo impetu captis, vlterius contendit: ac Thermopylis superatis, per Oetam montem descendendo, Larissæ cum Alexio Imperatore se coniungit. Is enim à Septentrionalibus lateribus auulsus, & vrbe Imperatrice excussus, in Thessalica Tempe peruenerat, ac filiam illius Eudociam vxorem ducit, quę prius Stephano Triballorum duci nupta, ab eóque repudiata, & Byzantium reuersa, post captam vrbem & desertam, Alexio Ducæ cognomento Murzuflo, qui Rom. imperiũ postremus inuasit, nupserat.

Soluta obsidione, Thebas expugnat.

Thermopylis superatis cum Alexio Imp. se coniungit.

Alexij Imp. filiam Eudociam ducit.

εἰ δ' ἠβούλετο, εἶχεν ἂν καὶ πῦρ ὕσειν ἐπ' ἀτασθάλοις, ἢ σφῆκας ἐπαφεῖναι τῷ στρατοπέδῳ, εἴ τέ τι ἕτερον ἐκείνοις ὀλέθριον αἰτήσασθαι θεόθεν καὶ λήψεσθαι. οὐ γὰρ ἂν τὸ θεῖον ἐβράδυνεν, εἰ χεῖρες ὑψώθησαν ἐκεῖναι, ἢ χείλη διήρθησαν ἐκεῖνα πρὸς Θεοῦ ἐπίκλησιν. ἀπῆγε δ' αὐτὸν τοῦ τοιοῦτόν τι ὅλως διανοῆσαί τε καὶ διαπράξασθαι, ὁ τοὺς υἱοὺς τῆς βροντῆς ἐπισχὼν τοῦ πῦρ ὑψόθεν κατενεγκεῖν, ἐν τῷ εἰπεῖν, οὐκ οἴδατε ποίου ἐστὲ πνεύματος;

3 Πρὸς οὖν τοιοῦτον ἀντίμαχον οὔπω μετὰ ἴδριν τῶν τακτικῶν, οὔπω δὲ τὸν λόγον πολὺν, οὔπω δὲ τὴν ἀρετὴν ἀπαράμιλλον, ὁ ἀντίπαλος Σγουρὸς ἀπειπὼν, καὶ γνοὺς ὡς εἰκῇ ταῖς τῆς ἀκροπόλεως ῥαχίαις διακυρείττεται, τὸν θυμὸν ἐκριπίζει κατὰ τῆς πόλεως, ἧς οὐκ εἶχε χειρώσασθαι τὴν ἀκρόπολιν. καὶ δὴ τοῖς οἰκοπέδοις ἐνίησι πῦρ, καὶ προνομεύει τῶν ζώων τὰ εἰς ζεύγλην καὶ δίαιταν ἐπιτήδεια· καὶ μεθ' ἡμέρας ἐκεῖθεν ἀπαναστὰς, ταῖς Θήβαις προσβάλλει ταῖς ἑπταπύλοις. καὶ ταύτας ὡς ἐξ ἐφόδου παραστησάμενος, ἐπιτείνει πρὸς τὰ πρόσω τὸ πρόθυμον. οὐκοῦν Θερμοπύλας διϊὼν, καὶ τὴν Οἴτην ὑπερκαταβὰς, εἰς Λάρισσαν ἔξεισι, καὶ τῷ βασιλεῖ Ἀλεξίῳ συγγίνεται (οὗτος γὰρ τῶν τοῦ * βορρᾶ πλευρῶν κατασυρεὶς, καὶ τῆς ἐν πόλεσιν ἀρχούσης ἐκσφαιρισθεὶς, τοῖς Θετταλοῖς παρέβαλε τέμπεσιν) ἐπὶ δὲ καὶ τῆς ἐκείνου θυγατρὸς Εὐδοκίας εὐνέτης γίνεται. αὕτη δὲ Στεφάνῳ συναφθεῖσα πρότερον τῷ ἀρχηγοῦντι τῶν Τριβαλλῶν, παρὰ μὲν ἐκείνου ἐμβριθῶς ἀποπέμπεται. τὸ δὲ Βυζάντιον κατειληφυῖα, εἰς γυναῖκα ἄγεται ὕστερον μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς πόλεως καὶ τὴν ἐκ ταύτης ἀπονόστησιν, Ἀλεξίῳ τῷ Δούκᾳ ὃς ἐπωνομάζετο Μούρτζουφλος, καὶ τὰ σκῆπτρα τῶν Ῥωμαίων λοῖσθος ἐνεχειρίσατο.

πλὴν

πλὴν οὐδ' οὗτος ὁ Δούκας ἕως γήρως καὶ πρεσβείου τῇ Εὐδοκίᾳ συνῴκισεν. ὁ γὰρ ταύτης πατὴρ Ἀλέξιος, οὐκ οἶδ' ὅ, τι παθών, σὺν δόλῳ τὸν ἄνδρα συνείληφε, καὶ κακῶς ἐς τὰς κόρας διέθετο, πλάνης πλανῆτα μισῶν κομιδῇ, καὶ φυγὰς βασιλείας, τῷ ἀποπεσόντι ταύτης ἀντικαθήμενος. μετ' οὐ πολὺν δέ τινα χρόνον τῆς πηρώσεως, εἰς χεῖρας ἐμπεσὼν τῶν Λατίνων ὁ Δούκας, εἰς τὸ Βυζάντιον ἀνακομίζεται· καὶ ὑπὸ δίκην ἀχθείς, ὡς τὸν ἑαυτοῦ κύριον καὶ βασιλέα συνειληφώς, καὶ τοῦ ζῆν ἐξαγαγὼν δι' ἀγχόνης, ἀπελογήσατο μὲν, ἐκεῖνον προδότην τῆς πατρίδος ὀφθῆναι, καὶ ἀξίως τὰ εἰκότα παθεῖν· μὴ μόνῳ δὲ οἱ ταῦτα διαπραχθῆναι, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις, ὅσοι κατ' οἰκείωσιν καὶ γένος ἐκείνῳ συνήπτοντο. οἱ δὲ μὴ προσχόντες οἷς εἴρηκεν, οὔτε μὴν οἷς ἔτι ὤδινεν εἰπεῖν τὰς ἀκοὰς ὁποσονοῦν ὑποσχόντες, καταψηφίζονται θάνατον τοῦ ἀνδρὸς καινότροπόν τε καὶ βιαιότατον. εἰς γὰρ τὸν ἐν τῷ Ταύρῳ ἱστάμενον ὑψίστην κίονα τοῦτον ἀνενεγκόντες, βάλλουσιν ἐκεῖθεν κάτω. ὁ δὲ ἐπὶ πόδας μέχρι τινὸς κατιών, εἶτα ἀνατραπεὶς κάτω κάρα, καὶ μετὰ βραχὺ καταρραγεὶς δόχμιος, διέρρηξεν οἰκτρότατα τὴν ψυχήν. τῇ γοῦν Εὐδοκίᾳ συναφθεὶς ὁ Σγουρός, τοῦ Μαρκεσίου τῇ Ἑλλάδι προσάγοντος, αὐτὸς ὡς μικρῷ πρόσθεν εἰρήκειν τὸ ἐν Θερμοπύλαις ἐτήρει τέναγος, καὶ τὸ ἐπικρεμάμενον ταύταις σκιόεν ὄρος καὶ ὑψικόρυμβον, καὶ τἄλλ' ὁπόσα τὴν Ἑλλάδα δυσπρόσοδον τίθησιν. ἀλλὰ καὶ οὕτω κατὰ πᾶσαν εὐμάρειαν οἱ ἐκεῖσε τῷ Μαρκεσίῳ ὑπέκυπτον, ἀγεννεῖ καὶ καταβεβλημένῳ φρονήματι, καὶ προχωρεῖν ἀεί πως ἐγνωκότι τοῖς κρείττοσι, καὶ ταῦτα μὴ στρατιὰν ἄγοντι μυριά-

Sed ne is quidē illam ad senectutem vſque tenuit. Nam Eudociæ pater Alexius, haud ſcio qua re impulſus, dolo eum comprehenſum, luminibus orbauit, erro erroni infeſtiſſimus, & imperio deiectus ſimili calamitate conflictato inimiciſſimus. Neq; multò poſt excæcationem, à Latinis comprehenſus Ducas, Byzantium reducitur, & ob dominum & Imperatorē ſuum comprehenſum, & laqueo enectum, in iudicium adductus, pro ſui defenſione attulit, illum patriæ proditorem extitiſſe, & dignas ſuo ſcelere dediſſe pœnas. Neque ſe vnum id feciſſe, ſed & reliquos illius cognatos. Verùm illi ſpreta eius oratione, & iis quæ adiungere cupiebat, planè repudiatis, capitis hominem condemnant, nouo & violentiſſ. ſupplicij genere. Nam in altiſſimam columnam quæ in Tauro ſtat, perductum, præcipitant. Is verò aliquandiu in pedes deſcendens, deinde in caput ſubuerſus, & humi alliſus, miſerabiliter interiit. Scurus autem ducta Eudocia, Marchione in Græciam tranſituro, vt paulo antè dixi, Thermopylarum anguſtias, & altum montem eis imminentem, cæteráque loca, quæ Græciæ aditum intercludūt, accuratè cuſtodiebat. Verùm nihilominus ille iis locis facillimè potitus eſt, ob noſtrorum ignauiam ac degeneres abiectóſq; animos, ſubinde potentiores colere volentium: ídque cùm non magnum adduceret exercitum, nec inter ſe

In Murzuflū, Dei iudicia.

Murzufli excæcatio.

Eiuſdem miſerabilis interitus.

A Latinis, capitis cōdemnatus, nouo & violentiſſimo ſupplicij genere.

Ex columna præcipitatus & humi alliſus animam efflat.

Marchio Græcia potitur.

Græcorum ignauia Marchioni viam ſternit.

Bellorum ciuilium miſeriæ

conſentientem, ſed pleriſq; in rebus, quippe ex multis vrbibus collectum, diſſidentem. & cum ipſam Bœotiam inuaderet, tam cupidè ſuſceptus eſt, quàm quiſquam qui ex longinqua & diuturna peregrinatione domum reuertitur.

Marchio Bœotia & Attica potitur.

Progreſſus, etiam Attica potitur, & arci præſidium imponit. Cum autem idem Archiepiſcopus, vt pridem Scurum, ita & tunc Marchionem propulſare poſſet:

Archiepiſcopus Athenienſis citra dimicationem munitione cedit.

tamen tempus à reſiſtendo alienum eſſe ratus, quippe vrbe Imperatrice expugnata, & tam Orientalibus quàm Occidentalibus prouinciis Latinæ haſtæ vmbram ſubeuntibus, citra dimicationẽ munitione cedit. poſtremò

Eubœam Marchio occupat.

Eubœa quoque, omiſſa defenſione, ſupplices ad Marchionem manus tendit: & exercitui, Euripo concitatiori, pontem ſubſternit: & in ipſo freto caſtellum ædificatum, in eóque ſedentem exercitum cernit, à quo mutabiles Inſularium animi & callida conſilia à defectione coercerentur. Sed quid meã

Miro & celerrimo ſucceſſu victoriam perſequitur.

orationem barbari anteuertunt, & hiſtoriæ curſum occupant, nec ab vllo aduerſario detinentur? Nam hæc, vt Thebis ſpoliatis, & Athenis occupatis, in Eubœam tranſierint, adhuc refert: illi verò, non vt pedites, ſed vt

Græcorum exercitũ profligat.

aëriæ volucres, alis ſupra hiſtoriam euecti, ad Iſthmum tendunt, oppoſitum ibi Romanum exercitũ profligant,

Corintho & aliis prouinciis & oppidis facilè potitur.

vrbem in Iſthmo ſitam locupletem olim Corinthum intrant. Vnde Argos tranſeunt: Laconiam peruagati, impetũ in Achaiam

ἐθῶμεν, μηδὲ συμβαίνουσαν ταῖς γνώμαις, ἀλλ' ἀσύμφωνον ἐν πλείοσιν, ὡς ἐκ πόλεων ἠλισμένην πολλῶν. ἐλάσας δὲ κατὰ τὴν Βοιωτίαν αὐτὴν, ὡς οὐδέ τις ἐπανήκων οἴκαδε χρόνιος, ὑπὸ τῶν Καδμείων ἀσμένως προσδέχεται. περιϊὼν δὲ, κρατεῖ καὶ τῆς Ἀττικῆς, καὶ τῇ ἀκροπόλει φρουρὰν ἐγκαθίστησιν. εἶχε δὲ ὁ προεδρεύων ἱερατικῶς τῆς πόλεως, ὥσπερ Σγουρὸν πρότερον, οὕτω καὶ τότε μαρκέσιον ἀποπέμψασθαι· μὴ εἶναι δὲ δοκιμάζων καιρὸν ἀντιστάσεως, οἷα τῆς τῶν ὅλων βασιλίδος ἁλούσης, τῆς δ' ἑσπερίου καὶ ἑῴας ὑπὸ Ῥωμαίοις λήξεως τὴν σκιὰν ὑπιούσης τοῦ Λατινικοῦ δόρατος, ἀναιμωτὶ τοῦ ἐρύματος ὑπεξίσταται. ἐπὶ πᾶσιν οὐδ' Εὔβοια γυναῖον βλέπει τι καὶ ἐλεύθερον, ἀλλὰ καὶ αὕτη χεῖρα προτείνει, καὶ τοῦ παλιρροθίου πορθμοῦ ταχύτερον μεθαρμόζεται, καὶ ὑποστρώννυσι τὴν διαβάθραν διερωτέρῳ τοῦ Εὐρίπου στρατεύματι, καὶ φρούριον ὁρᾷ δομηθὲν ἐπ' αὐτῷ γε δὴ τῷ πορθμῷ, καὶ στρατιὰν ἱζάνουσαν ἔνδοθεν πρὸς τὸ ἀνάρροουν ἀνασιβάζουσαν δήπουθεν τὰ τῶν Εὐβοέων ἀγχίστροφα διαβούλια, καὶ τὸ τῆς γνώμης παλίμβολον ἐπισχήσουσαν. ἀλλὰ τί προφθάνει μου τῶν λόγων τὸ βάρβαρον, καὶ τοῦ πτεροῦ τῆς ἱστορίας ταχυπετέστερον φέρεται, καὶ οὐδέ ποι ὡς ἀντίξουν ἐπέχεται; ἡ μὲν γὰρ ἔτι πορθουμένου αὐτοῦ τὰς Θήβας καὶ χειρουμένου Ἀθήνας, τῆς δ' Εὐβοίας ἐπιβαίνοντος διέξεισι. τὸ δὲ, ὡς μὴ πεζαίτερον ὂν, ἀλλὰ πτηνὸν καὶ ἀέριον ὑπερπτὰν τὴν ἱστορίαν χωρεῖ πρὸς ἰσθμὸν, τροποῦται τὸ περὶ ἰσθμοῦ προσεδρεῦον Ῥωμαϊκὸν, περίεισιν εἰς πόλιν πρὸς Ἰσθμῷ κειμένην, ἣ πάλαι ἀφνειὸν τὴν Κόρινθον, μεθίσταται πρὸς Ἄργος, περιπλανεῖ τοὺς Λάκωνας, ἐς Ἀχαΐαν ἔνθεν προσ-

βάλλει, ἐκ τοῦδε τὴν Μεθώνην μετέρχεται, καὶ ὁρμᾷ πρὸς Πύλον τὴν πατρίδα Νέστορος, οἶμαι δ' ὡς Ἀλφειοῦ ἐπιστὰν, ἀρύσεται τοῦ ῥεέθρου καὶ λούσεται, καὶ μνήμην λήψεται παλαιοῦ χαρίεντος διηγήματος, καὶ μαθὼν τὸν ποταμὸν τὸ τῆς Ἀρεθούσης ὑγραινόμενον ἔρωτι Σικελικῆς πηγῆς, καὶ παῖδας Ἰταλῶν ποτιζούσης, δέδιε, μὴ καὶ αὐτὸ τυραννῶσαν τὸ ὕδωρ γράψει καθ' ὑγρῶν, καὶ διὰ Ἀλφειοῦ τοῖς ἐκ τῶν γλύοις ἐκεῖσε διασαφήσει τὰ καθ' Ἑλλήνων ἀνδραγαθήματα. ἀλλ' ὦ Ἑλλήνων ποταμὲ Ἀλφειὲ, ῥεῦμα ῥέον δι' ἅλμης πότιμον, ξενίζον ἄκουσμα, ἐμπύρευμα ἔρωτος, μὴ δὴ τὰ Ἑλλήνια δυσπραγήματα τοῖς ἐν Σικελίᾳ βαρβάροις διατρανώσῃς· μηδ' ἐκπυστα θείης ὅσα οἱ ἐκ σφῶν ἐπιστρατεύσαντες Ἕλλησι, καθ' Ἑλλήνων ἐμεγαλούργησαν, ἵνα μὴ χοροὶ στῶσι, καὶ παιᾶνες ᾄδωσι, καὶ πλείοις κατάρξωσιν οἱ διάφοροι· βραχύ τι ἐπιμεῖνον, ἀλλοπρόσαλλος ἡ μάχη, περιτρέπουσα τὰ ἀνθρώπινα, καὶ νίκη ἐπαμείβεται ἄνδρας. οὐδ' Ἀλεξάνδρῳ φασὶ τὰ ἐπὶ πᾶσιν ἀπρόσκοπα, οὐδ' ἀδιάπτωτος ἡ τύχη διέφερεν τοῦ Καίσαρος. ναὶ πρὸς αὐτῆς τῆς Ἀρεθούσης τῆς ἀνεπάφων ἅλμης φιλοτήτων, καὶ ἐρωτόεντος νάματος. ἀλλ' εἴσω. ὁ δὲ δὴ Σγουρὸς ἐπὶ τούτοις ἠπορηκὼς, καὶ τὸ Ἄργος ὁρῶν ἐχόμενον, καὶ τὰς περιοικίδας πόλεις συνειλημμένας, ὡς ἐς ἄντρον λάσιος θὴρ, ἢ ὡς ὄφις ἑρπυστὴς εἰς χειὰν, συναπειρᾶται τὸν Ἀκροκόρινθον. ὁ δέ ἐστιν ἡ τῆς πάλαι πόλεως Κορίνθου ἀκρόπολις, ἐπ' ἀνάντους ὄρεις κειμένη, καὶ δυσάλωτος τοῖς προσβάλλουσιν. ἀποκρουσθεὶς τοίνυν τοῦ Ἀκροκορίνθου μαρκέσιος, ἀλλὰ μηδὲ τὴν εἰς τὸ Ναύπλιον πάροδον ῥαδίαν θεώμενος διὰ τὴν τῶν ἐρυμάτων ἐχυρότητα, καὶ τὴν τῶν ἀπομαχομένων ἰσχυρότητα,

faciunt. Indè Methonem petunt: ad Pylum Nestoris patriam contendunt: ad Alphæum etiam accessuros arbitror, ex eóque potos & lotos veterem iucundam fabulam audituros. fluuium eum Arethusę fontis Siculi, quem Italorum filij bibunt, amore liquescentem vereri, ne suæ aquę successus Latinorum & res quas contra Græcos gesserint, inscriptas, ad populares eorum perferre cogatur. Verùm, ô Græce fluuie Alpheę, latex per salsuginem manans potabilis, res auditu mira, amoris incendium: caue Græcorum calamitates Siculis Barbaris explices, aut cõmemores quantas res populares eorum contra Græcos gesserint, ne choreæ ducantur, ne pęanes cantentur, ne plures hostes appellant: paulisper expecta, *multæ sunt belli vices, tesseræ instar voluuntur res mortalium, nunc his nunc illis fauet victoria: ne Alexandro quidem ferunt omnia successisse ex sententia, nec Cæsaris fortuna caruit offensionib.* Per ipsam Arethusam te obtestor, per amicitiam à salsedine intactam, per amatoriũ laticem. Sed vt ad institutum redeam: Scurus his cladibus fractus, cum Argos & finitima oppida occupata esse cerneret, in Acrocorintho vt hirsuta bestia in antro, aut vt draco in spelunca se abdit: quę veteris Corinthi arx est, in arduo monte sita, ferè inexpugnabilis. Quare Marchio inde repulsus, cũ Naupliũ quoq; haud facilè expugnari posse cerneret, ob castellorũ munitionẽ, & defensorũ cõstantiam:

Arethusæ fons.

Allocutio Alphei, & diuinatio de mutanda Latinorum fortuna.

Rerũ humanarũ vices.

Scurus Acrocorinthum confugit.

Marchio eã obsidere instituit: nihil enim bellicosis arduũ.

obsidionem vtriusque loci ducere instituit: & ex aduerso Acrocorinthi castellum ædificat, quà maximè oppugnari posse videbatur. Ita Romanorum Asiani & Occidētales fines omnes, nondum integro anno elapso, Latinarū gentium armis seruiliter cessissent (iam enim designatus Imperator Balduinus, etiā Nicæam & Prusam oppugnare instituerat) nisi Dominus, *qui consilia irrita facit, & gentes belli studiosas dißipat*, nostri defensionē iam prorsus deficiētium suscepisset. Nam profugus Imperator ad Marchionē profectus, panis & vini demenso, Imperij insignia commutat, cum Euphrosyna coniuge in locum nomine Halmyrum (hoc est, salsuginosum) fortunæ suæ responden tem, habitatum missus.

Bellorum à Latinis in Oriente tunc temporis gestorum successus.

Alexius olim Imperator, seruilis ingenij vir.

4 Romani autem, qui cum Imperatore aufugerant (quorum plerique nobiles, bello non obscuri, & Thraciis vrbibus orti erant) cum Marchione degere, eíq; pro virili operam nauare voluerunt. ab eo verò dimissi (negabat enim sibi Romanis militibus esse opus) eadem de re Balduino Imperatori supplicarunt. Ibi quoque repulsam cum tulissent, ad Ioannē se conferunt, qui in monte Hæmo natus & educatus, ferè omnem Romanam ditionem quà Occidentē spectat, bellis vastabat & delebat, Scythicis incursionib. desolabat, & multiplici vexatione conterebat. Is quia Latinorum ferociam suspectam habebat, eorúmque hastā vt flammeam romphæam reformidabat, libenter eos suscepit.

Græcos proceres & milites, ob ignauiam, Marchio reiicit.

A Balduino repulsam patiuntur.

χρονοτριβεῖν ἐφ' ἑκατέροις προτίθησι, ἐς δὲ τὸν Ἀκροκόρινθον ἐκ φρούριον ἀντίθετον ἀνίστησιν, ᾗ μάλιστα ὁ χῶρος ἐπίμαχος κατεφαίνετο. ἦν ἂν οὖν τῶν Ῥωμαίων Ἀσιανά τε καὶ Ἑσπέρια ὅρια, μηδὲ τελείου ἔτους παρεληλυθότος τοῖς Λατινικοῖς ἁπαξάπασι γένεσι δουλοπρεπῶς ὑποκύψαντα (ἤδη γὰρ καὶ ὁ εἰς βασιλέα χρισθεὶς Βαλδουῖνος κατὰ Νικαίας καὶ Προύσης τὸ δόρυ διαγκωνήσασθαι προὔθετο) εἰ μή γε ὁ βουλὰς ἀθετῶν κύριος, καὶ διασκορπίζων ἔθνη τὰ τοὺς πολέμους θέλοντα, ὑπέλαβεν ἡμᾶς εἰς τέλος ἐκλείποντας. ὁ γὰρ δὴ φυγὰς βασιλεὺς εἰς ὄψιν τοῦ μαρκεσίου ἐλθών, ἄρτου μετρητοῦ καὶ κοτύλης κεράσματος τὰ τῆς βασιλείας ἀνταλλάττεται σύμβολα, καὶ εἰς χώραν τῇ τύχῃ φερώνυμον (Ἁλμυρὸς ὁ χῶρος κικλήσκεται) τὰς διατριβὰς τελέσων ἐκπέμπεται σὺν Εὐφροσύνῃ τῇ ὁμευνέτιδι.

4 Οἱ τῷ βασιλεῖ τοίνυν συναποδράντες Ῥωμαῖοι (ἦσαν δὲ τούτων οἱ πλείους ἐπίσημοι τὸ γένος, καὶ οὐκ ἄδοξοι τὰ πρὸς πόλεμον, καὶ πατρίδας τὰς ἐν Θρᾴκῃ πόλεις αὐχοῦντες) ἤθελον συνεῖναι καὶ αὐτοὶ τῷ μαρκεσίῳ, καὶ τὰ δυνατὰ ὑπουργεῖν. ὁ δὲ μὴ χρείαν φάμενος ἔχειν Ῥωμαίων στρατιωτῶν, οὕτως αὐτοὺς ἀπεπέμψατο. τῷ βασιλεῖ δ' ἔπειτα Βαλδουΐνῳ περὶ τοῦ προσδεχθῆναί οἱ προτείνουσι δέησιν. ὡς δ' ἦσαν ὅ φασι καὶ πάλιν κενὴν ᾄδοντες, τῷ Ἰωάννῃ προσήεσαν, ὃς τραφεὶς ἐν τῷ Αἵμῳ, καὶ γεννηθείς, μικροῦ πᾶσαν τὴν ὑπὸ Ῥωμαίοις ἑσπέριον ἐπικράτειαν διέφθειρε καὶ ἠφάνισε, πολέμοις ἀπολιχμῶν, Σκυθικαῖς ἐφόδοις ἐξερημῶν, καὶ πολυτρόποις ἐκτρίβων κακώσεσιν. ὁ δὲ τούτοις ἀσμένως προσδέχεται.

ἦν γὰρ τὸ τῶν Λατίνων ἀγέρωχον φρόνημα ὑφορώμενος, καὶ τὴν τούτων λόγχην, ὡς φλογίνην ῥομφαίαν, ὑποβλεπόμενος. ἐπεὶ καὶ περὶ φιλίας στείλας πρέσβεις, οὐχ ὡς βασιλεὺς φίλοις, ἀλλ' ὡς ὑπηρέτης δεσπόταις προσδιαλέγεσθαι σφίσιν ἐν τοῖς πρὸς αὐτοὺς ἐπετάττετο γράμμασιν, ἢ μὴν ἀπεκδέχεσθαι σφᾶς κατ' αὐτοῦ τὰ ὅπλα βαστάζοντας, καὶ κείροντας κατ' εὐπέτειαν τὴν Μυσίαν, ἣν μὴ δέον καρποῦσθαι, τοῖς κυρίοις Ῥωμαίοις ἐπαναστὰς, κἀκεῖνον εἰς τὴν προτέραν τύχην ἐπαναλύοντας. διαφίησι τοίνυν ἐς τὰς πατρίδας ἐπανιέναι τοὺς ἐπήλυδας αὐτῷ Ῥωμαίους ὁ Ἰωάννης, καὶ δρᾶν ὃ δύναιντο κακὸν τοῖς Λατίνοις, μετ' εὐμεθόδων τῶν ἐγχειρήσεων, ἕως τὰ κατ' αὐτοὺς ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἐκεῖνος διάθοιτο. ἐπανηκότες οὖν ἐς τὰ σφέτερα, τὰς τῶν Θρᾳκῶν καὶ Μακεδόνων πόλεις διαφιστῶσι, συναιρομένων σφίσι τῶν Βλάχων. πλεῖστοι γοῦν ἐντεῦθεν τῶν τὰς πόλεις διανειμαμένων Λατίνων, ἐς αὐτὸ ζημιοῦνται τὸ ζῆν. οἱ δὲ φυγάδες ἐς Βυζάντιον ἐπανήκουσιν. ἀλλὰ καὶ οἱ ἐν Διδυμοτείχῳ διαχειρίζονται, καὶ οἱ ἐν Ὀρεστιάδι μετανάσται γίνονται. καὶ τοῦτο τὸ ἔργον ἐλευθεροῖ μὲν τὴν ἕω Λατίνων παρὰ πᾶσαν δόκησιν, ἐπανηκόντων εἰς τὸν καθ' ἑσπέραν πόλεμον. ἐκκρούει δὲ τοῦ ἄγαν, καὶ πρὸς βραχὺ μετριόφρονας τίθησι τοὺς κατασχόντας τὴν Ἑλλάδα, καὶ τὸ Πέλοπος ἔδαφος. καὶ ἵνα καθ' εἱρμὸν τῷ λέγειν δοίημεν, ὁπόσα ἐνθένδε ξυμβέβηκε, Ῥωμαῖοι μὲν τὴν ἐξ Ἀδριανοῦ τὴν κλῆσιν λαχοῦσαν, καί γε τὸ Διδυμότειχον κρατοῦντες, κατὰ χώραν ἔμενον, οὐ μικρὰν ἀπὸ τῶν Βλάχων σύναρσιν ἔχοντες. ὁ δέ γε Ἰωάννης τὰς οἰκείας τάξεις, καὶ τὸ ἐκ Σκυθῶν ἐπίκουρον ἐπαγόμενος, μηδ' ἀριθμῷ σχεδὸν ὑποπίπτον, λεληθέναι τὰ πολλὰ τοῖς Λα-

Qua de cauſa cum legatos de amicitia ineunda ad Latinos miſiſſet, per literas cum eis, non vt rex cum amicis, ſed vt ſeruus cum dominis colloqui iubebatur: alioqui ſe arma illi illaturos, & Myſiã facilè vaſtaturos, quam contra officium &per ſeditionẽ, ſpretis Romanis, occupaſſet, eúmque ad priſtinam fortunã redacturos. Proinde Romanos ad ſe profugos Ioannes in patriam quenque ſuã abire iubet: & callidis aggreſſionibus Latinis nocere quantum poſſint, donec ipſe fortunis illorum cõſulat. Igitur ad ſua reuerſi, Macedonum & Thracum vrbes, Blachis adiutantibus, ad defectionem impellunt. Vnde plurimi Latinorum, quibus eæ vrbes obuenerant, iugulantur: alii Byzantium extorres redeunt. Occiduntur & ij qui Didymotichi erant: & quj Oreſtiadem tenebant, eiiciuntur. Id facinus Oriẽtem Latinorum bello præter expectationem liberat, ad Occidentem redeuntium: & eos etiam, qui Græciam & Peloponneſum occuparant, repreſſa ſuperbia paulo modeſtiores facit. Et vt ea quæ hinc acciderunt, ordine referamus: Romani qui Adrianopolim & Didymotichum tenebant, non paruis Blachorum freti auxiliis, ibi manebant. Ioannes verò, qui ſuas copias, & auxilia Scytharũ penè maiora numero adducebat, operã dabat vt La-

Ita ſuperbè repudiati, Blachorum ope vrbes ad defectionẽ impellunt. Ira & iuſtus dolor ignauiores ad vindictam accendunt.

Mars cõmunis eſt, nec rarò interimẽtem alios opprimit.

Latini Occidentales vrbes recuperare ſatagunt.

Balduinus Græcorū motum compescere studet.

tinos lateret. Vt autem motum Romanorum Balduinus & reliqui tres duces audiuerunt (nam Comes S. Pauli defunctus, in Manganio monasterio & Sclerænæ Augustæ monimēto sepultus erat) statim exercitū mittunt cōtra vrbes quæ defecerāt. Ac Bizya quidē & Zurulus statim sub iugum redierūt. Arcadiopolim verò locupletibus & nobilibus ciuibus vacuam, soli Romani noctu ingressi, quibus vrbs ea patria erat, tenebant, auxiliis etiam ad eam tuendam adductis, & in mœnia distributis. Cū diluxisset, Latini Romanos nec aciem militarē habere, nec vlla bellica disciplina vti atque adeò nec satis armatos esse conspicati, ad pugnam se pararunt, longius digressi à mœnibus. Eam Latinorum cautionem Romani timiditati tribuentes, portis effusi, & temerè inuecti, paulo pòst in fugam vertuntur. Ac eo die miserabile & atrox spectaculū editur. Nemini parcitur, cæduntur omnes, insepulti abiiciūtur, sanguine pinguescit humus. Hæc præcursor exercitus fecit. nec enim vlterius progredi ausus est, cùm Romani & Blachi cū Scythicis cohortibus circumirent, cæteri verò Adrianopolim concurrerēt tanquam in certum asylum. Imperator verò Balduinus mēse Martio egreditur, & Pleæ Comes Doloicus, & post eos Ericus Dandulus Vene-

Romanorū cædes ad Arcadiopolim.

Vide annotationes.

Temeritas cladis & fugæ mater.

Atrox belli spectaculū.

Balduinus ad bellum egreditur.

τίνοις ἐτίθει διὰ ἀσυδῆς. ὡς δ' εἶχε τὴν τῶν Ῥωμαίων ἐνωτισάμενος ἐπανάστασιν, ὅ τε βασιλεὺς Βαλδουῖνος καὶ οἱ τῶν ἄλλων ἀρχηγῶν τρεῖς (ὁ γὰρ δὴ κόμης τοῦ ἁγίου Παύλου ἀπεγεγόνει θανάτῳ, καὶ τέθαπται κατὰ τὴν μονὴν τῶν Μαγγάνων, ἐν τῷ τῆς σεβαστῆς τῆς Σκληραίνης μνήματι) ἐκ μὲν τῶν αὐτίκα στέλλεται στρατιὰ, τὰς πόλεις μετελευσομένη τὰς ἀποστάσας. Βιζύη μὲν οὖν καὶ Τζουρουλὸς ἐπανήλθοσαν, καὶ ὡς πρότερον ὑπέκυπτον. τὴν δὲ πολισθεῖσαν Ἀρκαδιούπολιν κενωθεῖσαν εὗρον τοῦ ἐν πλούτῳ καὶ δόξῃ λεώ. * νυκτὸς δ' ἐπιθεμένων σφίσι Ῥωμαίων, οἷς ἡ πόλις ἥδε πατρὶς, καὶ οἷς συνεληλύθασι τούτοις ἐπίκουροι, πρὸ τὸν μὲν ἡσύχασαν, ἐν ὅπλοις γενόμενοι, καὶ πρὸς φρουρὰν τὰ τείχη διείλοντο. ὑποφαυσάσης δὲ τῆς ἕω, Ῥωμαίους κατασκεψάμενοι, μήτε μὴν παρατάξει, μήτε μὴν μεθόδοις χρωμένους στρατηγικαῖς, ἀλλ' οὐδ' ἐς ἀκρίβειαν ὡπλισμένους συντεταγμένην τὴν δύναμιν ὡς ἐς μάχην ἐξάγειν ἐγνώκεσαν. ὡς δ' ἀπελύτων αὖθις Ῥωμαῖοι μετὰ θάρσους τοῖς τείχεσι ἐπεγχρίπτοντες (ᾤοντο γὰρ δειλίαν τὴν τῶν Λατίνων ἀσφάλειαν) διεκχέονται τῶν πυλῶν, καὶ σφίσι συμπλέκονται, καὶ πρὸς μικρὸν ἀντισχόντες Ῥωμαῖοι τρέπονται, καὶ γίνεται τῆς ἡμέρας ἐκείνης ἐλεεινὸν καὶ οἴκτιστον θέαμα. μηδενὸς γὰρ λαβόντες οἱ Λατῖνοι φειδὼ, κατὰ δὲ πάντων τῷ ξίφει χρησάμενοι, τὴν γῆν ἐπίαναν αἵμασι, καὶ τῶν πεσόντων οὐδεὶς ὁσίας τετύχηκε. ταυτὶ μὲν οὖν ἡ προεξιοῦσα δέδρακε στρατιά. οὐδὲ γὰρ περαιτέρω χωρεῖν τεθάρρηκε, Ῥωμαίων μὲν καὶ Βλάχων μετὰ μοίρας Σκυθικῆς περιϊόντων, τῶν δ' ἄλλων ἐς τὴν Ἀδριανοῦ συνδραμόντων, ὡς εἰς σῶζον κρησφύγετον. κατὰ δέ γε μῆνα τὸν μάρτιον ἔξεισιν ὁ βασιλεὺς Βαλδουῖνος, καὶ ὁ Πλέης κόμης Δολοΐκος, ἐπὶ δ' αὐτοῖς ὁ Δοὺξ Βενετίας

νετίας ἐξάρχος Δάνδουλος, μετὰ τῶν οἰκείων ἑκάστος τάξεων, ἀμέλει καὶ κατειληφότες τὴν Ἀδριανοῦ, καὶ βαλόντες ἐκεῖσέ πη στρατήγιον, ἐς ὅσον μὴ εἶναι βέλους ἐντὸς, τῇ ὑστεραίᾳ τὰς δυνάμεις προσῆγον τοῦ τείχους, καὶ ἵστων τὰς μηχανάς. τῶν δ' ἐντὸς ἀμυνομένων εὐρώστως, οὐδέν τι πλέον ἐφ' ἡμέραις ἐπέραινον πλείοσι τοῦ βάλλεσθαι καὶ βάλλειν διὰ τὴν τῶν τειχῶν ἰσχυρότητα, οὐκοῦν τὰ βάθρα τῶν τειχῶν ἀνεμόχλευον, ἀφανῶς ὑποσαλεύειν τὰ τείχη πειρώμενοι, ἐς ὅτι μήκιστον ὑπονομεύοντες, καὶ τὸν χοῦν λεληθότως ἀναφέροντες, καὶ ὑπερείσματα ἐκ ξύλων εὐφορήτων ταῖς ὀρυγαῖς ἐφιστῶντες, καὶ πολυχειρίᾳ τὸ ἔργον ἀνύοντες. ἦσαν δὲ καὶ Ῥωμαῖοι πρὸς ταῦτα διατεχνώμενοι τὰ τῇ πόλει σωτήρια, ἀλλ' οὔπω συχνοὶ περιεπόλουσαν ἥλιοι· καὶ μοῖραν διαφεὶς ὁ Ἰωάννης Σκυθικοῦ στρατεύματος, τοῖς ζώοις τῆς διαίτης καὶ τοῖς ὀχήμασιν ἐντέλλεται προσβαλεῖν, ἃ περὶ τὸ στρατόπεδον τῶν Λατίνων τὰ χλωρὰ τῆς ὕλης ἐδρέποντο, διὰ τοῦ μεθοδεύματος γνῶναι βουλόμενος, ὁποῖα τὰ τῶν πολεμίων εἰσὶ διαβούλια, καὶ ὅπως τὰς εἰς πόλεμον ἐκτάσεις τιθέασι. οἱ δὲ καὶ πρὸς τὴν πρώτην τῶν Σκυθῶν θέαν ἐνθουσιώδους πλησθέντες ὁρμήματος, πρὸς τοῖς ἵπποις καὶ τοῖς δόρασι γίνονται. καὶ οἱ μὲν τῆς ἐπὶ Σκύθας κατὰ κράτος εἴχοντο· οἱ δὲ τὰ νῶτα μεταβαλόντες, συντόνου δρασμοῦ ἥπτοντο, ἐς τοὐπίσω τὰ βέλη πέμποντες, καὶ μηδ' οὕτω τοῦ φεύγειν προτεροπάδην ἐπιλαθόμενοι· οἱ δὲ ἐπέκειντο καὶ οὕτως διώκοντες, καὶ οὐδὲν ἤνυον, πτηνώδεσι καὶ κούφοις διὰ τὴν ὅπλισιν ἀνδράσιν ἐφεπόμενοι. καὶ τοιοῦτον μὲν πέρας τὰ τῆς τόθ' ἡμέρας εἰληφέσαν. ἐκ δὲ τούτου Ἰωάννης μὲν τὸ οἰκεῖον στράτευμα ἔχων, αὐλῶσιν ἐνελόχα, καὶ φάραγξας ὑπεδύοντο, καὶ τόποις ἐπηρμένοις εἰς γήλοφα παρεδύετο, μηδ' εἰ πάρεστιν, εἰδέναι

tiarũ Dux cum ſuis quiſque legionibus & vallo extra teli iactũ ad Adrianopolim cõmunito, poſtridie copias ad mœnia adducunt, & machinas erigunt. Vrbanis autem ſtrenuè ſe defẽdentibus per dies cõplures non aliud proficiebãt, niſi vt telis & peterent & peterẽtur. Itaque vineis, multitudine operarum freti, longiſſimè actis, egeſtáque clàm terra, & cauernis ; aridis lignis ſuffultis, mœnium fundamenta hoſtibus non animaduertentibus labefactare ſtuduerũt. Sed & Romani contrà parabãt, quæ vrbi eſſẽt ſalutaria. Nec multis diebus pòſt Ioannes partem Scythici exercitus impetum facere in pecudes & equos in herbidis pratis iuxta Latinorum caſtra paſcẽtes iubet vt ea ratione hoſtium concilia, & militarem diſciplinã exploraret. Hi verò ad primũ Scytharũ conſpectum furioſo quodam ardore cõcitati, haſtis arreptis & equis conſcenſis, Scythas inuadũt, qui tergis obuerſis continẽter fugiũt, retrò ſagittas cõiicientes, ac ne ſic quidem fuga interrupta. Illi verò acriter perſequuntur, quamuis nihil proficerent, benè volucribus ob leuem armaturam viris inſtando. Et hic eius diei fuit exitus. Ex eo Ioannes cum ſuis copiis anguſtias & fauces ſubit, & poſt altos colles deliteſcit: in id intentus, ne ſuam præſentiã

Adrianopolim obſidet.

Latini à Scythis in inſidias pellecti, à Blachis capiuntur & occiduntur.

Ioannis Græcorũ & Scytharum ducis ſtratagema in Latinorum perniciem.

nosset hostes. & rursus è Scythica phalange cui Cozas præerat, complures in castra Latinorum mittit, hortatus, vt priores imitarētur, eademq́ue via reuerterētur. Latini Scythis denuò visis, rursus festināter armati, maiori quam dudum contentione hastas in eos vibrant, & cursum intendunt.

Scytharum in bello dexteritas.

Sed cū Scythæ facilè anteuerterent, vt & leuiter armati, & expeditioribus equis insidentes, ac nullas ferè sagittas retrò emittentes: Latini per imprudentiā lōgissimè prouecti, in ea loca, in quibus laquei & insidiæ erant, & in recentes Scythicas cohortes inciderunt, & ipsi & equi iā contentione itineris planè fatigati, & in medio Scytharum circumuenti sunt.

Latini imprudentes & cōtentione itineris fatigati in Scythicarum cohortium insidias incidunt.

quorū multitudine, cùm ad manus ventum esset, oppressi, equis deturbantur, multis singulos inuadētibus: & duræ ceruicis homines falces & laqueos in colla recipiunt, equi occidūtur. Tanquā enim atra & perpetua nubes, ita Scythæ irruebant, vt neque explicare sese neque diffugere possent. Ceciderūt igitur omnes lectissimi Latinorum equites, & hastis vibrādis celebres. cadit & Pleæ Comes Doloicus.

Latinorum lectissimi cæduntur. Vide quid audacia imprudēs efficiat.

Balduinus verò capitur, & viuus in Mysiam abducitur: atque inde Ternobum perductus, & in carcerem coniectus, vinculis vsque ad collum oneratur.

Dandalus effugit.

Principale verò & callidissimum malum & omnium

προεύδων τοὺς ἀντιπίπτοντας. ἐκ δὲ τῆς Σκυθικῆς φάλαγγος ἧς ὁ Κοτζᾶς ἡγεμόνευεν, αὖ πάλιν ἐπελαύνειν τῷ στρατοπέδῳ τῶν Λατίνων διαφῆκε συχνούς. καὶ ταυτὰ τοῖς πρότερον δρᾶν ἐγκελεύεται, κἀκείνης ἔχεσθαι τῆς πορείας ἐπαναστρέφοντας, ἧς καὶ πρότερον εἴχοντο. οἱ δὲ ὡς τοὺς Σκύθας αὖθις θεάσαντο πρὸς σπουδὴν, καὶ αὐτίκα μάλα καθοπλισάμενοι, καὶ ὑπὲρ τὴν ἔναγχος εὐρώστως ἐπέκειντο, τὰ δόρατα σείοντες, κἀπὶ τὸ μᾶλλον τὸν δρόμον ἐπέτεινον. ὡς δὲ τὸ Σκυθικὸν προῆγεν εὐπετῶς, τὰ πολλὰ μηδὲ τοξεῦον ὄπισθεν, ὡς μὲν κούφως ἐσταλμένον, ὡς δὲ καὶ δρομικωτέροις ἵπποις ὀχούμενον, ἔλαθον εἰς πλεῖστον ὅσον οἱ Λατῖνοι ἐξιππασάμενοι, καὶ τῶν χωρίων ἁψάμενοι ἀμαθῶς, ἐν οἷς αἱ πάγαι καὶ οἱ λόχοι, καὶ τὰ ἔνεδρα διεσκεύαστο, ἀμέλει καὶ Σκυθικαῖς ἀκμῆσι περιπεπτωκότες στρατιαῖς, αὐτοὶ τῆς ὁδοῦ τῇ συντονίᾳ ἐκτονωθέντες, καὶ λαμπρῶς ἤδη σφίσι τῶν ἵππων ἀποκναισάντων, ἐν μέσῳ ἀπολαμβάνονται. οἱ γὰρ Σκῦθαι ὡς ἐς κύκλωσιν αὐτοὺς περιήεσαν. οἱ δὲ ὡς ἐν χερσὶν ἦν ὁ ἀγὼν τῷ πλήθει τῶν Σκυθῶν βιαζόμενοι, ἀνετρέποντο τῶν ἵππων, πολλῶν ἕνα περιϊόντων, καὶ δρέπανα καὶ βρόχους ἐδέχοντο κατὰ τῶν αὐχένων οἱ σκληροτράχηλοι. καὶ τὸ χρῆμα τῶν ἵππων κατηκίζετο. ὡς γὰρ μέλαν νέφος καὶ συνεχὲς τῶν Σκυθῶν ἐπεισπεπτωκότων, οὔτε ἵππων ἐξελιγμοῖς χρήσασθαι εἶχον, οὔτε διαφυγὰς δρᾶν. ἔπεσον οὖν ὁπόσον τοῦ Λατινικοῦ ξίφους ἐπίλεκτον, καὶ ταῖς τῶν δοράτων ἀγκοινήσεσι περιώνυμον. πίπτει δὲ καὶ ὁ τῆς Πλέης κόμης Δολόϊκος. ὁ δὲ Βαλδουῖνος χειροῦται, καὶ εἰς Μυσίαν ἀπάγεται· κἀκεῖθεν εἰς Τέρνοβον κομισθεὶς, εἱρκτῇ παραδίδοται, καὶ δεσμὰ ἕως τραχήλου ὑφίσταται. τὸ δ' ἀρχαιότατον καὶ πολυτροπώτατον κακὸν, καὶ τῶν

ἀποδ-

ἀποδυκταίων πάντων Ῥωμαίοις πρω-
τουργὸν αἴτιον, ὁ τῆς Βενετίας δοὺξ Δάνδου-
λος, ὕστατος ἐλαύνων, κἀκ τῶν φυγάδων
τὴν τοῦ στρατεύματος ἧτταν ἐνωτισάμε-
νος, ἐκ τοῦ αὐτίκα μεταστρέψας τὰ χαλι-
νὰ, ἐς τὸ στρατόπεδον φέρεται. ὡς δὲ καὶ νὺξ
ἐπῆλθε (περὶ γὰρ δείλην ὁ πόλεμος γέγο-
νε) φῶτα εἰσενέγκασθαι ταῖς σκηναῖς ἐπι-
σκήπτει, καὶ πλείστους αἴρειν πυρσοὺς, εἰς ἔμ-
φασιν τοῦ μὴ πᾶσαν ἐκτεθλῖφθαι τὴν στρα-
τιάν, μηδὲ σφᾶς ἀποδειλιᾶσαι τὸν πόλεμον.
περὶ δὲ πρώτην φυλακὴν τῆς νυκτὸς ἀνα-
στὰς, ἐκεῖθεν εἰς τὴν παράλιον ἵκετο Ῥαι-
δεστόν· καὶ συμμίξας Ἐρρῆ τῷ τοῦ Βαλδουΐ-
νου κασιγνήτῳ, ἄρτι ἐξ Ἀτραμυτίου ἐπανή-
κοντι μετὰ τῶν ἐκ Τρωίας Ἀρμενίων, οἵπερ
αὐτῷ συνεστράτευον, ἐς τὸ Βυζάντιον ἐ-
πανέζευξε, διερρηγμένος τὸν στήμονα τῶν ἐν-
τέρων τοῖς πολλοῖς παρασάγγαις, οὓς ἐν
τῷ φεύγειν διεπόδυσε, καὶ διῳδηκὼς ἐπὶ
μέγα τὸν κυλινδροφύλακα θύλακον.

5 Ῥωμαῖοι δ' ἐπὶ τούτοις ὅσοι τῇ Κων-
σταντίνου προσέμενον, τῷ δέει τοὺς ὀδόντας
ἐβόμβαινον, ἔτι προκείμενον ἔχοντες ὀφ-
θαλμοῖς τὸν κατὰ σφῶν ἐκξιφισμὸν τῶν Λα-
τίνων, καὶ τὴν διαρπαγὴν τῶν προσόντων,
ἃ κατ' οὐδένα δίκαιον λόγον ὑπέστησαν μετὰ
τὴν ἐκ τῆς πόλεως ἄπαρσιν Βαλδουΐνου,
πέμπτην ἄγοντες καὶ εἰκοστὴν τοῦ μαρτίου
μηνὸς, τῆς τότε τρεχούσης ὀγδόης ἰνδι-
κτιῶνος, τοῦ ἑξακισχιλιοστοῦ ὀκτακοσιοστοῦ
τρίτου καὶ δεκάτου ἔτους. ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς ἔτι
παροικοῦντες τῇ Σηλυβρίᾳ, τὰ τῶν κα-
κῶν ἔσχατα εἰκάζομεν πείσεσθαι, τὴν τῶν
Δαονιτῶν ἀναίρεσιν, ἐκ γειτόνων οὖσαν, μό-
νον οὐκ ἐπόψιον ἔχοντες, καὶ παρὰ πόδας τοὺς
σφαγέας θεώμενοι, τὴν Σηλυβρίαν εἰ-
σιόντας ξιφήρεις, καὶ τὰς ἡμῶν ἀγκαλίδας
καὶ τὰ ῥάκια προνομεύοντας. δεκὰς μὲν
οὖν ἐπὶ δυάδι τοῦ ἀπριλλίου μηνὸς ἐνειστήκει, τῆς ἑβδόμης ἰνδικτιῶνος, τοῦ

Romanarū cladium primus autor Venetiæ dux Dandulus, qui extremū agmē claudebat clade exercitus ex fugiētibus, cognita, ſtatim cōuerſis frænis in caſtra properat: & vt nox ſuperuenit (nā prælium ſub veſperā eſt cōmiſſum) lumina in tentoria inferri, & plurimas pyras incendi iubet, vt Romani putarent, non omnē exercitum periiſſe, aut ſe pugnam detrectare. Circa primā noctis vigiliam, maritimā Rhedæſtum cū Errico Balduini fratre, modò Adramyttio cum Troianis Armeniis reuerſo, qui ſub eo militabant, congreſſus: Byzantiū rediit, inteſtinis fuga tot paraſangarū ruptis, & ſcroto in immenſum tumefacto.

Eiuſdē ſtratagema, vt Græcos eluderet.

Et vt cōmodius præcipiti fuga vitæ ſuæ, quamuis non ſine valetudinis iactura, conſuleret.

NΙκήτα ἀκομινάτα Χωνιάτα, τοῦ μεγάλου λογοθέτου τῶν σεκρέτων, καὶ ἐπὶ τῶν κρίσεων γενικοῦ, γεγονότος δὲ καὶ ἐφόρου καὶ κριτοῦ τοῦ βήλου, καὶ προκαθημένου τοῦ κοιτῶνος, ἱστορία. ἀρχομένη ἀπὸ τῆς βασιλείας τοῦ βασιλέως κυρίου Ἰωάννου τοῦ Κομνηνοῦ, τοῦ υἱοῦ κυρίου Ἀλεξίου.) Nicetas Latinis Victor est, siue Vincentius: Acominatus, gentilitium nomen: Choniates, patrium, à Chonis, Phrygiæ vrbe, ex qua oriundum se fuisse crebrò gloriatur. Cætera sunt dignitatum vocabula. Logothetam ipse Cancellarium interpretatur. ἔφορος καὶ κριτὴς τοῦ βήλου, quid sit, certò affirmare non possum. Videtur tamen βῆλον Latinum esse: idque ex aliquot locis Constantini de Administratione Romani imperij constare potest. ἔνδον, inquit, τοῦ βήλου τοῦ κρεμαμένου εἰς τὴν καμάραν, &c. & εἰσέρχονται ἐν τοῦ βήλῳ τοῦ κρεμαμένου εἰς τὸ ἅγιον φρέαρ. Item, διὰ τῶν βήλων ἀπὸ τῶν σελεντιαρίων συρομένων, &c. Fortassis secretiore & selectũ iudicẽ per Velum intelligit, ob ritum aliquem mihi incognitũ. Magnæ fuisse dignitatis munus, ex huius historiæ lectione apparet: cuiusmodi apud nos, etsi longè minus, est Cameræ Imperij assessorem esse. ὁ γενικὸς ἐπὶ τῶν κρίσεων καὶ ἔφορος fortassis prætor fuit.

Ad procemiũ huius autoris, vbi suum perspicuitatis studium iactat, homo quidam, vt apparet, non infacetus, fortassis Alexãder Chartophylax, Diaconus Constantinopolitanus, qui codicem manu sua scriptum Ioanni Dernschuuan vendidit, annotauit:

> οὐκ οἶδα τί φὴς ἐνθάδε Χωνειάτα·
> σοφὸν τὸ σαφὲς συγγράφων εἶναι λέγεις,
> εἶτα γρυφώδη καὶ βαραθρώδη γράφεις;
> *Quid istud est? quid Choniata vis tibi?*
> *Orationis lucidum probas decus,*
> *Tenebricosus instar ipse Tartari?*

Nec mehercule sine causa. Nam ex affectatione nescio cuius insolentis elegantiæ, & poeticæ dictionis æmulatione, in salebras sæpè incidit: & duris, ne ineptis dicam, vtitur metaphoris, in Procemio præsertim, vbi cum primis disertus videri cupit. Quòd si totam historiam simili oratione inuoluisset, in Latomias ire, quàm molestiis conuersionis conflictari maluissem. Sed quia tolerabiliter loqui incipit, quum ad rem ipsam ventum est: hanc quoque operam studiosis historiarum dare volui, vt Zonaræ opus hac appendice plenius redderetur: ea tamen libertate vsurpata, vt sententias authoris appendam, verba annumerare non necesse habeam. Vt autem in illo feci, ita hic etiam obscuriora loca & varias lectiones annotabo. Vsus enim hic quoque sum duobus codicibus, quorum alterũ D. Antonii Fuggeri, alterum herilis bibliotheca suppeditauit. Accessit tãdem, vt in Zonara quoque, præter expectationem meam, tertius Augustanæ reipublicæ codex, vetustus admodum, principio & fine mutilus, nec reliquis partibus vbique incolumis. Qui si integer fuisset, eum solum & in exscribendo & in conuertendo secutus essem. Videtur enim ex germano autoris archetypo bona fide descriptus: & eam simplicitatem præ se fert, quæ in hoc procemio promittitur, ne barbaris quidem vocabulis euitatis. Quæ causa aliis fuisse videtur, vt paraphrasin (vtinam minus affectatam) huius operis scribendam susceperint, & de suo non pauca ornandæ orationis ergò addiderint. In Byzantino codice non modò complures versus, sed pluribus in locis etiam integra folia, eaque sub finẽ operis amplius xv defuerunt: quæ ego ex herilis bibliothecæ codice describenda curaui, & conuerti: tutius esse ratus, superuacanea addere, quã minus necessaria prætermittere. præsertim cum vetustus quoque codex easdem res, licet diuerso genere orationis, contineret.

Pag. 2. καὶ ἱστορίαι δέ.) αἱ ἱστορίαι. πολυπειρίαν) πολυπειρίας. αὐτῶν.) αὐτοῖς. φαυλοτέρας.) φαυλοτάτης. κληθήσεται.) λεχθήσεται. καὶ πολυπειρίας ἀπαιτεῖ πολλαπλάσιον, ὁπόσοι τὸ αἰθριώτερον μεγαλογνώμονες.) Ambiguum est, vtrum historiæ multiplicẽ experientiam eorum qui magnis ingeniis præditi, atque ab ipsa natura ad decus & honestatem conformati sunt, proponant: an verò, homines ingeniosi duntaxat, & virtutis amantes, varia exempla rei bene gerendæ ex historiis petere soleant. Incertum enim est, vtrum post τὸ ἀπαιτεῖ subintelligendum sit ἐκείνων, an ἐκείνοις. Fortasse scriptori Thucydidis salebræ placuerũt, qui oracula potius quàm historiam scribendam suscepit. καὶ τοῦ μὲν εἰς ἅδου βέβηκεν ἡ ψυχή.) Imitatio Homerica magis, ψυχὴ δ' ἄϊδός δὲ βεβήκει, quàm Christiana. Quare ego, euitatis quantum licuit, istiusmodi ineptiis, reposui ea quæ nec à religione, nec ab vsitata loquendi ratione abhorrere videbantur. Consilium meum doctis & candidis haud dubiè probabitur. Si qui autem semidocti & scrupulosi homunciones vel negligentiam, vel licentiam, vel inscitiam meam accusabunt, τούτοις ἐγὼ χαίρειν καὶ ἐρρῶσθαι φράσω. Neque enim tanta res est, & à natura & studiis meis alienum vt quenquam cupiam κλαίειν καὶ οἰμώζειν. Illud vellem (si quid optando proficeretur) in plerisque lectoribus aut minus esse arrogantiæ, aut plus eruditionis & industriæ. αἷσχος μήσατο τὴν ψυχήν.) Excreauit animam: vt Zonaras sæpe ἐξηρεύξατο, eructauit, sed de impiis

ferè

fere tantum.

3 τριγέροντες.) qui trium cornicum ætatem vixerunt: id est, 3000 annos. Notum est, quid Virgilius ex Hesiodi autoritate de cornicis æuo fabuletur, his versibus:

Ter binos deciesque nouem superexit in annos,
Iusta senescentum quos implet vita virorum,
Hos nouies superat viuendo garrula cornix.

τὰς τῶν πράξεων ῥυτίδας ἀνασκάλλοντες.) rerum gestarum rugas refodientes. Quis istas elegantias non despuat?

4 ἴσως σφόδρα.) σφόδρα, sine ἴσως. μεταπαλλάξαιμεν.) διαξαινεύσαιμεν. ὀνομάτων.) λέξεων. ἀμπέχεσθαι.) περιέχεσθαι. ἀκριβῶς.) ἀβρῶς. τὰς ἱστορίας.) τὸ λέγειν ὅσα. ἐπεὶ δὲ ὡς καὶ ἄλλοι ξυμβαλεῖν ἔχωσι.) Prolixa & intricatiss. periodus. è quibus salebris me vix quidem, sed expediui tamen, vt arbitror: multum certè laboraui. ἀρξάντος πρώτως Ἀλεξίου.) Respicit ad sua potissimum tempora, vt arbitror. Nam longè antè Alexium, Isaacius Comnenus post Michaelē Stratioticum imperauit: cui Constantinus Ducas successit, vt refert Zonaras.

5 ἀπὸ παίδων.) ἐπὶ παίδων. προσφιλέστερος.) προσφυέστερος.

6 βίοτον.) βίον.

7 χολίοις.) ἀχολίας. ὑποκρινόμενος.) ὑποκρινάμενος.

9 συμβεβλημένας.) συνεστέρας. εἰς.) πρός. αἱ πύλαι τοίνυν τοῦ παλατίου.) Videntur hic quædam deesse. & Zonaras in Alexij Comneni vita scribit, Barangos non nisi iureiurando firmata fide de Alexij obitu, ingressum palatij concessisse. Quæ de ratione aperiendæ portæ scribit, me non satis intelligere fateor. Illud etiam obiter notandum, vt Latini fores, sic Græcos πύλας plurali numero ferè vsurpare. συναυλιζομένων.) συναλιζομένων. αὐτῶν.) ἀστυπόλων. vnde apparet, αὐτῶν perperàm esse scriptum, pro ἀστῶν.

8 Λαπιδυτεῖ.) κλωποδύει. ἰφίστημι.) ἐφειστήκει. ὑποθέσθαι.) ὑπορχέσθαι. ἡ βασιλὶς δὲ Εἰρήνη καὶ μήτηρ Ἰωάννου.) Choniates nimium solicitus, vt apparet, ne quis error ex proprijs nominibus existat, epitheta superuacanea adiicit. Irenen esse imperatricem, & Ioannis matrem, satis intelleximus. Neque periculum est, ne nunc alia Irene intelligatur. Quare has & similes περισσολογίας omittere non dubitaui. Idem etiam feci in superuacanea propriorum nominum repetitione, aut pro relatiuis pronominibus collocatione molesta & odiosa. καὶ βαλοῦσα ἑαυτὴν τῷ σώματι.) pro, ἐπιρριψαμένη τῷ σώματι τοῦ ἀνδρός. ὡς κρήνη μελάνυδρος, vt fons nigræ aquæ. Aptior fuisset Choniates scribendo poemati, quàm historiæ, propter Homeri diligentem imitationem. Hæc epitheta & εἰκόνας quàm historiam deceant, nescio. εἰκόνας omittere vix ausim, nisi nimium frequentes & licentes fuerint. Epitheta verò non vbique mihi interpretanda esse duxi. Cuius rei lectorem semel admonitum, etiam deinceps meminisse velim, ne quod iudicio factum est, inscitiæ aut negligentiæ tribuat.

9 διαρπάζειν τὸ προστυχόν.) Eam consuetudinem Romæ esse ferunt, Pontifice mortuo. ἐπικλιθεισῶν.) ἐπικλεισθεισῶν. ἐπινεύηκται.) ἀπηνείηκται. κατακάχισιν.) ἐπίβασιν. ὑπερβάθμια.) ὑπερβαθμίους πόδας. ἥμισυ μηνὸς σὺν τοῖς τέσσαρσι.) scilicet μησί.

10 Σεβαστοκράτωρ.) Hunc Augusti imperatorem fortassis dicere liceret. malui tamen retinere Græcum, vt & in aliis. πρωτοβεστιάριος à thesauris fuisse videtur. Nam vetustus codex Augustanæ bibliothecæ, vbi reliqui habent βασιλικὸν ταμιεῖον ἢ χρυσῶνα, ponit βεστιάριον. παρακοιμώμενον vel Cubicularium, vel Accubitorē vertere possis. Si paracœmomenon dicas, nescio quomodo aures τὸ κακόφωνον auersantur.

11 καταλεγεὶς καὶ κατ' ἀκόλουθον.) Alter codex habet καταλεγεὶς, τὰς ἐπαρχίας ἀμφιπολεῖτο, κἀκ τοῦ τιμᾶσθαι φόροις ταύτας, πλοῦτον πάμπολυν ἐθησαύρισεν, βαθμῶν, ἠξιώθη κατ' ἀκόλουθον βασιλεῖ συναφθῆναι. οἰκείου καὶ προσπλακεὶς μιᾷ τῶν αὐτοῦ συγγενῶν, λογοθέτης, &c. hoc est, In scribarum numerum allectus, prouincias peragrabat, & ex ordinatione tributorum magnas opes adeptus, Imperatoris affinitatem expetiuit: ductáque cognata quadam eius, Logotheta, &c. ὑπὸ τῶν ἰσμαηλιτῶν.) νικαίας τῆς τῶν περσῶν δυναστείας ἀπαλλαγείσης, ὅτε βαϊμοῦνδος τῆς εἰς παλαιστίνην πορείας εἴχετο, συνήχθη. hoc est: Nicæa Persico dominatu liberata, cum Baimundus in Palæstinam contenderet, capitur. ἐν μεθέξει.) μετέχει. τῇ φύσει.) τὴν φύσιν. προσκοίτων.) Cubicularium verti, generali vocabulo, propter κακοφωνίαν Procœti. Significat eum qui vel ante cubiculū, vel ante cubile ministrat. Byzantini palatij dignitates & ministeria omnia non satis intelligi, etiam is fatetur, qui τὰ ὀφφίκια τοῦ παλατίου descripsit. quem libellū vnà cum aliis ad Græcam historiam intelligendum vtilibus, nobilis & ingeniosus adolescens Raphael Saylerus aliquando, vti spero, in lucem dabit. ἀποβαίνειν τοῦ ἵππου, καὶ τούτῳ ἀπονέμειν.) Hunc honorem omnibus Turcis à Christiano quolibet necessariò habēdum esse, scribit Bartholomæus Georgieuicius. ἥκουσιν.) ἥττησιν. ἐλήλεκται.) ἐλήλεγκται rectius est, vt ἐνήνεγκται quàm ἐμώεκται. ἐπιληθυῶν.) ἀσδίνων. τῆς τῶν ἐπιστημῶν πασῶν ἐπόχου φιλοσοφίας.) Philosophiæ omnibus scientiis insidentis, id est complectentis, aut certè superantis omnes scientias, omnium artium principis & reginæ. Eruditionis huius Annæ meminit etiam Zonaras: & Vuilhelmus Xylander, doctissimus iuuenis, in Augustanæ reipublicæ Græca bibliotheca viginti libros de rebus gestis Alexij Comneni, huius Annæ nomine extare mihi dixit, siue illi ab ipsa, siue iussu eius scripti sunt. Nam regibus & principibus non difficile est esse disertis, qui, quod per alios fecerint, per se fecisse videntur, vt Iurisconsulti statuunt.

12 ἰδιαίτατον μάλημα.) id est ἐπεμελεῖτο, studiosissima erat, studium præ se ferebat. nisi quis passiuè accipere malit, alumna erat philosophiæ, sensu eōdem recidēte. τὰ πολλὰ ἐπιμεμφθῆναι.) τὰ πολλὰ, plerunque significat. malim hic πολλὰ sine articulo. αὐτῇ μὲν ἐνδιαχοῦσαν τὸ ἄρθρον καὶ ἐγκοιλάνασαν· τῷ δὲ Βρυεννίῳ ἀποτείνασαν καὶ σφαιρώσασαν. quòd sibi membrū introuertisset & excauasset, Bryennio verò extendisset & rotundasset. Nimium videtur hic φυσικῶς, & parum ἠθικῶς philosophari nostra philosopha: alioqui & ambitioni & linguæ suæ imperasset. ἀλπιχρᾶν.) ἀλπιχαρεῖ.

14 ὕπαυλον.) ὕπαιθρον. καυστειρᾶς μάχης.) καυστείρας δὲ ῥέουσιν ἱδρῶσι.

15 ἐνέδρευμα.) τὸ τοῦ πακτιναρίου στρατήγημα. ὄπισθεν.) κατὰ νώτου. σφῶν.) αὐτῶν. καὶ ὡς βαφῇ σίδηρος τοῖς ἐκ τῆς καυστείρας μάχης παγιουμένων.) βαφὴν σιδήρου, vtrum intelligat, cum ferrum candens aqua extinguitur, an inunctionē aliquam, aut colorem, non satis scio. πιτζινάκιον.) πατ-

ζινάκων ἀναμνηστήρια. προστάξας.) ἀποτάξας. ὑποπίπτων.) ὑποκύπτων. εἰσέτι μικρὰ.) σμικρὰ οὐχὶ πάνυ.

18 πτύλυξιν ἑτερεσσόμοις φράγνυνται.) Suidas, ἑτερόστομος φάλαγξ καλεῖται, ἥ τις πορεύεται, τὸ μὲν ἡγούμενον ἥμισυ ἔχουσα ἐν εὐωνύμῳ παραγωγῇ, τουτέστι, τοὺς ἡγεμόνας ἐξ εὐωνύμου, τὸ δὲ ἥμισυ τοὺς ἡγεμόνας ἐν δεξιᾷ παραγωγῇ. Quid autem sit ἑτερόστομος πτύλυξ, nusquam inuenio. τὸ ἕτερος in compositione plerunque significat alterum duntaxat ex duobus, vt ἑτερόφθαλμος coclitē. ego vocem non intellectam iis interpretandam relinquo, qui armaturam & vestitum veterem atque exoticum intelligunt. In quo genere philosophari mihi adeò non licuit, imò neque libuit, vt nostratia vix assequar. συνειλεγμένας) Rectius legitur συνειλημμένας, id quod alter codex habet.

19 ϐάθρα.) ἄρθρα. νεοστεφῆ.) θεοστεφῆ. ἱπποµαχία καὶ δοράτων ἀγκοίνησι. Aliquando scribitur ἀγκωνίσι, haud scio an παρὰ τὸν ἀγκῶνα fiat, καὶ τὸ ἀγκωνίζεσθαι, à gestu equitum hastas in hostem dirigentium, an παρὰ τὸ ἀνακινεῖν.

21 εὐτρεπής.) εὐπρεπής. ἐπαγόμενος.) χειριζόμενος. καὶ τούτων μάλιστα, ὁπόσα τῇ ἐμπορίᾳ καὶ ἀγυρτίᾳ προσκείμενα.) Magnum Etymologicum ἀγύρτην παρὰ τὸ ἀγείρειν deducit, τὸ περιιέναι καὶ περιτρέχειν ἐπὶ νίκῃ, ἢ ἑτέρῳ τινὶ τοιούτῳ. & interpretatur non tantum ἀλαζόνα, ψεύστην, λωποδύτην, ἐπαίτην, ἀπατεῶνα, sed etiam φιλοκερδῆ. quanquam reliquæ etiam virtutes ferè in id genus hominum quæstui deditum cadunt, qui tum demum non fallunt, quum fallere sine detrimento suo nequeunt, vt rectè Lucani versus ad eos quoque detorqueri queant,

Nulla fides pietásq; viris qui lucra sequuntur,
Venalésq; manus: ibi fas, vbi maxima merces.

Et Ouidius in Fastis mercatorem vota Mercurio facientem inducit, vt cum maximo emolumento sine fraude sua peierare liceat. Quos versiculos, quia elegantes sunt, & contagium hoc in omnes ferè ordines serpsit, ascribere libet:

Et peragit solita fallere voce preces.
Ablue præteriti periuria temporis, inquit,
Ablue præterita perfida verba fide.
Siue ego te feci testem, falsóve citaui,
Non audituri numina vana Iouis.
Siue Deum prudens alium, diuámve fefelli:
Abstulerint celeres improba verba Noti:
Et pereant veniente die periuria nobis:
Nec curent superi, si qua locutus ero.
Da modo lucra mihi, da facto gaudia lucro,
Et face vt emptori verba dedisse iuuet.
Talia Mercurius poscentes ridet ab alto:
Se memor Ortygias surripuisse boues.

23 ἐπισπωμένου τοῦ βασιλέως.) Malim ἀποσπωμένου, aut περισπωμένου, nisi fortè ἐπισπωμένου pro ἐφεπομένου per ο scribendum sit.

24 κατέστον.) ἔκλειστον.

25 θέσις.) φύσις. ἔπλευσε.) ἔβαλε.

27 μεγίσταις.) μεγάλαις. προτιθέντα.) προταθέντα. alterum à προτίθημι, alterū à προτείνομαι.

28 ἀκριβῶς γνῶναι ταῦθ' οἷς εἰσί) Non placet hæc lectio, quanquam codices consentiunt. ἐν τῷ τὴν ὄψιν μεταβαλεῖν.) conuersa in hostem facie. αἱ μηχαναὶ προσάγονται, καὶ οἱ λίθοι ἐκσφενδονῶνται σφαιροειδεῖς.) Vtrum bōbardas eo tempore habuerunt Græci? an aliud machinarum genus id fuit? συώδη ὁρμήν.) porcorum, aut aprorum potius more. σῦς enim & κάπρον & χοῖρον significat. ῥωμαίων παλίγγλωσσοι χλευασμοί.) Ambiguum est, vtrū dicat, Anabarzæos subinde irrisisse Romanos, an à Romanis vicissim subsannatos esse.

29. πετρόβολα ὄργανα.) Fortasse balistas maiores sic appellat. τὰ πέριξ.) τὰ παρακείμενα ταύτῃ τῇ πόλει φρούρια μετελθών. ἀστῶν.) ἀστυνόμων. ἐπέλευσιν.) ἐπέλασιν. ἐπενεγκάμενοι.) ἀπενεγκάμενοι. καὶ λίζιον ἑαυτὸν τῷ πρίγκιπι δείξας.) Vetustus Augustanæ reipub. codex hic alium ordinem habet, transpositis vtique paginis aliquot. Pro δείξας habet, ἑαυτὸν ποιήσας. Vox pro λίζιον posita, ob euanidos characteres legi non potest. λίζιος quid sit, ipse autor alio loco declarat.

30 ἐφ' ἱκαναῖς δὲ ἡμέραις.) Alter ἐπ' ὀλίγαις δὲ ἡμέραις. ἔνοπλον.) εὔπλουν. ἀγχούρων.) τῶν πέριξ. περικλώμενον.) περικυκλούμενον. φατρείας.) φρατρίας.

31 καφαρδά.) καρφάρα, μεγίστη δ' ἐστὶν αὕτη ἡ πόλις, ἔχουσα καὶ ὑποκείμενα καστέλλια αὐτῆς. πόλις δὲ καὶ αὕτη τῆς μέσης τῶν ποταμῶν.) τῆς μεσοποταμίας.

32 περικλώμενον ποταμόν.) περιτειχιζόμενον· fortasse legendum περιγυριζόμενον. ἐκ δὲ τῶν γειτόνων ὀρέων προσφαινόμενοι.) ἦν δὲ τὸ τοιοῦτον κάστρον ἰσόγαιον ἀπὸ τῆς ἔσωθεν. τὰς φάλαγγας διευκρινήκως.) τὰς τάξεις ἀνὰ μέρος καὶ μέρος συντάξας. τὸ ἐκ κελτῶν.) τοὺς κομάνους, τοὺς πρόσφυγας τούρκους, τὴν τῶν ἐκλεκτῶν λεγομένην σύνταξιν. τὸ ἐκ κελτῶν pro ἐκλεκτῶν perperàm legi puto: & procliuis est permutatio literarum. κελτοὺς in auxiliis Byzantinorum fuisse, nusquam meminit hæc historia.

33 κεκολαμμένον.) ἐγκεγλυμμένον. ἀψάμενος.) ἐσαψάμενος. ἀτάπακα.) ἀτάπανα. ἐς μυριοπληθὲς ἀριθμούμενον.) ἀλλ' ὅμως τὸ ἀναρίθμητον πλῆθος ἐκεῖνο, ἐποίει τοῦτο μὴ φαίνεσθαι. νήματα σηρικὰ διαπλεχθέντα χρυσῷ.) βλαττία πολλὰ χρυσᾶ. μικροῦ ποδωκεστάτοις ὀχήμασι. equis velocissimis prouecti. ὄχημα huic autori subinde nō vehiculum, sed equum significat. vt alter codex ἄλογοι quoque crebrò pro equo ponit.

34 ὁ τῶν σκυλοὺχ ἀμηρᾶ κατάρχοντος) Ameras Turcarū reges aut principes dici affirmat Cuspinianus. Reperitur hoc vocabulum apud Zonaram quoque sæpius, sed eius significatio non explicatur. ἀμηρᾶ.) ἀμηρᾶς. μεγαλώνυμον.) εὐδαίμονα. ἐχρήσαντο.) ἐδράξαντο, ἥψαντο. ἀποστασίας.) ἀποστασίας. κατέλεγε) κατέλυε. εἰ τὰ τῆς κιλικίας ὄρη.) εἰς τὰ μέρη τῆς ἀρμενίας.

36 διανοούμενος.) διασκοπούμενος. ἄρρηκτον.) ἄρρηκτον. τὰς ὀχυρὰς ἐδείματο) τὰς ἀχυρὰς, quasi proprium nomen oppidi aut castelli alicuius sit.

37 τῆς τῶν ποταμῶν μέσης.) τὰς χώρας τὰς ἐν τῇ μεσοποταμίᾳ βασιλικάς. διδοὺς.) διαδιδούς. ἴλας.) φορὰς κράτιστοί τε καὶ ἀναιδέστατοι.) Nisi præcessisset ἀνδρισταί, pro ἀναιδέστατοι malim legere ἀνδρειότατοι. nam ἀναιδέστατοι non placet. Vetustus codex pro ἀναιδέστατοι vocem habet quæ legi nō potest.

36 πόλει ποντικῇ τῇ κίντῃ.) πόλει τοῦ πόντου τινὶ κιντικῇ λεγομένῃ. τὸ τῶν ἵππων μεθοδεύειν δυσχωρία) τὸ τῶν ἀλόγων. ὀχημάτων.) ἀλόγων. Hinc coniicias Lector, non de vehiculis aut curribus eum loqui, sed de equis.

39 ἐπολυπλάσθησαν συμπλοκαί.) μάχαι ἐγγίνονται. δόρυ διαβαστάσας.) κοντάριον λαβών. διὰ λόγου.) δι' ὀλίγου. αὐτ' ἵππον.) σὺν ἵππον.

40 ἀνέτρεψε.) ἀπέστρεψε. διεπροβεῖτο.) διεσπροβεῖτο. οἰόμενος.) ἤδει γὰρ ὡς, &c. κατὰ συγκυρίαν προσιόντι τῦφος ἄλογος.) συνέβαινε θυμοῦσθαι. τὰ χειστιανῶν ἐξομοσάμενος ὄργια.) τὸν χει-

στιανισ-

στηνισμὸν ἀπεβάλλετο. αἱ δὲ τοῦ ἦρος τροπαί.) κατὰ τὸν μάϊον μῆνα. Alius codex habebat, αἱ τοῦ ἦρος τροπαί. quod ego vernum æquinoctium interpretatus eram: quod est, cùm sol mense Martio primum punctum Arietis ingreditur. Tum enim fit ab hyberno frigore ad veris temperiem conuersio. quanquam nos Germani etiam sub Calend. Maias aliquando non multo minus frigemus, quàm alij mense Februario.

40 ἀπ' ἄλλου πάλιν καταλαβών.) εἰς ἀπ' ἄλλην κατασταθέντας τοῖς ἐπιτηδεύμασιν ἐν τῷ προστυχόντι.) οὐ μόνον στρατεύεσθαι φιλίαν, ἀλλὰ καὶ τὰ χρειώδη αὐτῶν παρ' αὐτοῖς ἐμπορεύοντες. Sensus hic alius est. Nam cùm alter codex innuat, Pusgusanos pleraque Turcorum instituta amplexos esse: hic eos omnia necessaria apud eos comparasse dicit, & commercia cum illis agitasse.
καὶ τὸ πρός.) πρὸς τὸ περὶ τὸν ἰουδαϊκόν. παρεληλύθειν.) παρεληλύθει. τοῦ ὑγροῦ φυσώντος ζαστῆρος τῆς λίμνης.) τοῦ τῆς λίμνης ἐγκαυχωμένου στερεώματι.

42. τῶν δ' ὀξείαν ἦν.) τὸ δὲ νόσημα ὀξὺ ἦν κεφαλικόν. διεννοούμενοι.) διαπραττόμενοι.. πόλιν.) λίμνην. πρόφασις.) πρόθεσις. καὶ οἰωνοῖς ἀπαισίοις.) καὶ σημεῖα ἐξ οὐρανοῦ θεοπρεπῆ.

43. ἀλλ' εἰς ἰσαυρίαν.) ἀλλὰ πάλιν τῆς πρὸς συρίαν στρατιᾶς ἐφίετο. Alter de Syria, alter de Isauria Ciliciæ prouincia agit. ἐν τῇ ἀρμενίας.) Alter codex addit, τῶν κάστρων μεθαρμόσεις. τὴν κατακλείω κόρυζαν.) ὑπερφυΐαν.

44. ἀφιλοσοφήτοις ἀποβολαῖς.) ἀφιλοσόφητον puto hic dici potius, quod philosophiæ consolationes vincat, quàm cuius ratio reddi nequeat. Literarum & philosophiæ expers, aut ineruditum: sententia non patitur. Quare luctuosum aut funestum interpretandum censui. ἄλληκτον.) ἀμεταφόρητον.

44. φαλλοῖς.) νοσπάς.

45. ἐκ τοῦ τῶν ποδῶν ἀποσυρέντος καττύματος.) κάττυμα hic non puto pro soleis vsurpari, sed pro cute pedi detracta.

46. καὶ τῆ.) καὶ τὴν ἐφεξῆς ἡμέραν. γλυκυθυμίας.) φαιδρότης. πρὸς τὸ καθαρεῦον ὕδατος μέρος.) Lego καταρρέοντα, aut καταρρέον.

47. δέδοται.) δέδεικται. ὑπερηχημονεύσαντι.) ὑπερμεγηθύσαντι.

48. τὰ πρὸς ἄμφω ταῖς ἠπείροις.) Asiam & Europam intelligo Legitur & apud Isocratem semel atque iterum, ἐφ' ἑκάτερα τῆς ἠπείρου. ψευδόμενος.) ψευδώνυμος.

49. ἄνθρωποι.) ἄρχοντα.

50. μετέβαινεν.) κατέβαινεν. ταῦτ' ἦν.) τοῦτ' ἦν.

53. τὰ πάντα τιμώμενος ἦν.) Legendum censeo, τοῦ παντὸς τιμώμενος ἦν. Nihil habebat antiquius: in eo sita sibi esse putabat omnia.
τάσεως.) στάσεως. ζῆσαι.) βασιλεῦσαι. ἄγων σχολὴν τῶν ἐκτός.) scilicet ἀνθρώπων, per ocium, si nemo externus adesset. ἐς ἄκρον.) τοῦ ἄκρου.

IN LIBRVM PRIMVM DE *rebus gestis Manuelis.*

54. Α' ξοῦχος.) ἐξοῦχος.

55. τζιζζιλούκας.) τζιντζιλούκας. καὶ ὡς ἐπαινετέα ἡ τάξις ὑφ' ἧς διακρατεῖται τὸ πᾶν.) Hanc veram lectionem esse arbitror. alter codex habebat πρᾶξις: vnde putabam legendum, ὡς ἐπαινετέα ἡ πρᾶξις, τῇ προνοίᾳ ὑφ' ἧς. & sic conuerteram: Atque id facinus diuinæ vindictæ, gubernatrici rerum vniuersitatis commendans &c. Sed hoc vult Isaacius: Laudandum esse ordinem, quo non tantum Imperia, sed etiã mundi huius vniuersitas gubernetur. Vetustus codex habet, καὶ ἄτακτα βοῶν, ὦ ἄνθρωποι, ὡς καταλέλυται ἡ τάξις; ὡς νεουργεῖται ἕτερα πράγματα; immodestè vociferans: O ciues, vt ordo est euersus! vt nouæ res instituuntur!

56. γράμμα ἐρυθροσήμαντον.) χρυσόβουλλον. Paulò post, ἐρυθροδιασημασμένον βασίλειον γραφήν. eodem modo interpretatur. τυπεῖν αὐτοῖς.) χορηγεῖν, ἢ τάττειν. Vnde suprà τύπος βασιλικός, idem quod διάταγμα.

57. τῶν κιλίκων.) ἀρμενίων χώρας. ὃς ἐτυράννευσε.) αὔξας. προκαεῖ.) ὑφάπτει ἢ προκαίνει. καὶ ἐπένευέ τι τοῦ ἰθυτενοῦς.) ὀλίγον ὑποκλίνει τὴν κεφαλήν.

58 ἄγαν κατηφής.) ὡς σκυθρωπός. τοῦ δὲ μέλανι.) πλησιάζων τῇ μακροτέρᾳ θεωρίᾳ τῇ ἀναρέτει. ὑπτίως.) ἀπλανεμφέρως ὁ λέγεται. πολεμικός τις.) τι pro τις alter codex habet. πρὸς μάχας τελῶν ὀξύῤῥοπος.) Pro τελῶν, puto legendum, τι ὤν. ἐξ αὐτῆς.) παραυτίκα.

59. δυσξύμβλητος τοῖς πολλοῖς.) Difficilis aditu: παρὰ τῶν πολλῶν μισητός, Vulgò inuisus. quod paulo grauius est: etsi morositatem odium plerunque, vt vmbra corpus, sequitur. ἀδελφόπαιδας.) ἀνεψιούς. συμπαθὴς λέων.) Fortasse ξυναπειότης, vel ὁ ἐκ συμπαθής.

60. πέλματος.) πατήματος τοῦ ποδός.

61. ἀμφιλαφὴ χορηγία.) κλεισούρας καὶ λόγγους. τὰ ἐκ τῶν κόνεων ἐπιτηδεύματα.) γυναικῶν ἐξ ἑτέρων χρωμάτων πλάσματά τε καὶ καλλωπίσματα. ταῖς ἀρέσεσι τῶν γυναικῶν.) ταῖς ἀδιαφόροις. εἶχε δὲ τὸ μὴ ἐπικλινές.) τὸ ὑπερήφανον, καὶ μὴ ὑποκύπτον τῷ βασιλεῖ ἐν πολλοῖς. προστεῖχεν αὐτῇ.) ἠγάπα. δορυφορίας.) τάξεως. ἐρωτικός.) ἀλδίθηρος. οἱ πάνδημοι ἔρωτες.) πρὸς τὰς μίξεις τῶν γυναικῶν ἀδιάφορος. ἐμέλησε δέ.) ἐφρόντιζε δ' ὁ βασιλεύς, καὶ εἰς τὰ τῶν δημοσίων πράγματα καταστῆσαι μαστίζοντας. λογιστήν.) λογαριαστήν. μελεδῶνον ἢ μισθοῦντα καὶ τῶν οἰκείων ὑποσπιστῆρα διαταγμάτων.) μαστίζοντα δὲ τῶν οἰκείων ὑποθέσεων.

62. περὶ οὗ δηλώσομεν.) περὶ οὗ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἐλέξαμεν, siue λέξομεν. scriptura enim parum perspicua est. Fortassis τὸ ἔμπροσθεν pro eo ponit, quod ante nos est: id est, ad quod nondum peruenimus. Barbaries enim non modò noua vocabula gignit, sed etiam veterum significationes mutat. ἦθος.) εἶδος. τὰ γὰρ ἐκ τῶν πλουσιακῶν ἐρανιζόμενα στρατειῶν.) Alter codex pro πλουσιακῶν habet πραγματευόντων. Verbum στρατειῶν, redundare arbitror. Neque enim militare est pendere, sed extorquere tributum. & πραγματευόντας, mercatores intelligo. διαδιδόμενα πάλαι τοῦ ναυτικοῦ.) καὶ εἰς ἔξοδον πάλαι, καὶ ῥόγαν τῶν ἐν τοῖς κατέργοις στρατιωτῶν τεταγμένον.

63. εἰς τὸ ταμιεῖον μετωχέτευσε.) εἰσκομίζεσθαι ἔταξεν. τὸ δὲ τοῖς τότε θυμαλγές.) Quod verò peracerbum erat hominibus, &c. τοῖς τότε, iis qui tum erant, illius ætatis hominibus. Est periссολογία Græca, quæ citra molestiam Latinè vix exprimi potest, neque debet. οὐκ εὐάγκαλα.) εὐάγκαλον, quod vlnis facilè comprehen-

ditur & tenetur, & proinde non iusto maius. χρείας δι' ἐνισταμένης.) ἐφισταμένης. δελήπιον. δέλεαρ. εἰς τὴν ἐκείνων εἰσοίκησιν.) πρὸς τὴν ἐκείνων εἰσοίκησιν ὁ καταποντιστοῦ σκέμμα εἰσενεγκάμενος, &c. εἰ δὲ καὶ τὸν στάχυν ἴσμεν.) Pro εἰ δὲ, malim legere εἴ γε: nisi aliquid fortè ante εἰ δὲ deest. Et certè parum aptè cohæret oratio, quamuis vtcunque sententia hæc inde colligatur: Qui malo aut occasionem præbuerit, aut non obstiterit, mali authorem habendum esse. Ego pro τὸν ἀμύσαντα, legi τὸν μὴ ἀμύναντα. ab ἀμύνω, non ab ἀμύω, addita negatione. Est & illud ambiguum, vtrum hic Puzenus, an Ioannes imperator magis accusetur, an verò vtriusque reprehensio coniungatur.

64. γρίφων δι' ὢν καὶ δυσγρίπιστος.) Quid γρίφων sit, nusquam reperio: nec alibi hoc vocabulum me legere memini. γριπίζειν, est piscari. δυσγρίπιστος, fortassis homo occulti animi, aut occultator rerum suarum, cautus admodū, qui facilè deprehendi non potest. σύακα καὶ λάβρακα.) Qui piscis sit σύαξ, non reperio. Videtur à similitudine suis ita appellari, siue gustus, siue forma spectetur. τῷ μὲν λόγῳ τὰ πρῶτα, τῇ δὲ τάξει φέρον τὰ δεύτερα.) Nota est illa oppositio, λόγῳ μὲν, ἔργῳ δὲ, verbo & reipsa sed hic de ingenio & dignitate agi existimo. Nam alter codex habet tantum, μετὰ τοῦτον ἔχων τὰ δεύτερα.

65. τὸν δι' ἀγνωμονοῦσαν, καὶ βλαμοῦ αὐτοῦ τίθησιν ἐνδεᾶ.) παραβολικῶς hæc scribi existimo, ad insignem fortunæ mutationem, & summam Imperatoris alienationem declarandam.

67. καὶ τὸν ἀναδασμὸν, ἔστιν ὅτε καὶ ἐφ' οἷς ἐδικαίωσεν.) Subintelligi potest, εἰς τὸ παλίρροιαν ἐβιάσατο: Eam quoque distributionem quam ipse ordinarat, abrogauit. nisi ἀναδασμὸν ἀντὶ δασμοῦ posuerit. Tunc deesse videbitur verbum ἐπέταξεν, aut aliud simile: Tributa pro sua libidine exegit. ὡς κληρονόμοις θεράπουσι.) κληρονόμον alioqui est, quod sortitò contingit. Hic pro vernis hæreditate relictis, aut ἀντὶ τῶν ὠνητῶν posuisse videtur. ἐκ τοῦ γνωμικοῦ.) sua sponte, κατὰ προαίρεσιν. Recentiorum Græcorum formula est. Et Herilis bibliotheca libellum habet περὶ γνωμικῶν θελημάτων, De libero arbitrio, aut libertate voluntatis, vt arbitror. τοὺς βασιλικοὺς χρυσῶνας.) χρυσὼν est auri thesaurus propriè apud hunc authorem. ego fiscum verti, quia proprium non suppetebat, ob Latini sermonis egestatem. ἣν δὲ καὶ ἄλλως τὰ κοινὰ ταμιεῖα.) Liberius hunc locum verti, omissis iconibus & metaphoris ineptioribus. Verba, si quis requirit, sic sonant: Alioqui etiam eo tempore conclauia publica ex hoc in illud eructabant, & vt colluuies aquarum redundabant: & aliquid ex iis quæ continebant, in externos & pauperes expuere volebant: quemadmodum vterus partui vicinus, qui plus quàm maturi fœtus onere prægrauatur. ἐκ τοῦ μὴ κοτύλης δεῖσθαι ψηγμάτων.) Et hic sententiam potiùs quàm verba sequutus sum, quæ sic sonant: Quia non scobe cotylæ egebat, sed planè Tyrrheno mari, ob sumptuum, quos dilatarat, amplitudinem. Pro ὡς εἶχεν διθυραμβίας, lego δι' ἃς. Nam præpositio διὰ, librarij negligentia prætermissa, turbat sententiam, πτύα.) Nescio quis vsus ventilabri sit, in via complananda: nisi fortè cribrum intelligat, quo glarea tenuior à crassiore separatur: aut πτύον aliquid aliud ei significet.

69. κωμοπόλεσι.) καὶ ἐν πόλεσι. πολυτάραχος.) φιλοτάραχος. πυργοβάρεις.) ξυλόκαστρα καὶ χαλαστικά. χιτῶνας φολιδωτούς.) ἅρματα τὰ περὶ χεῖρας. μεταδιδόναι περιπτώσεως.) καὶ περιτιμᾶν τοῦτον εἰς πόσιν. ταύταις ἐφομαρτεῖ τὸ παρρησιαστικόν.) Hic verba scrupulose persequi non necesse habui.

70. διερεθιζόμενον.) ἐξαπτόμενον.

71. συλλαμβανομένοις.) συλλαβομένοις. πρεσούχ.) πρευσούχ. cuius postea quoque fit mentio, vt viri strenui. πεποιθόσι.) πεποιθόσι τοῖς. ἀνάφοροι.) ἀδιάφοροι, καὶ οὐ πολεμισταὶ, ἀλλὰ μέθυσοι, καὶ ἐπὶ κακοῖς χαίροντες. id est, homines væcordes, non bellicosi, sed vinosi & proterui. τῷ ἀδελφιδῷ φρεδερίχῳ.) πέμπει τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ φρεδερίχον. Fridericum alter codex Conradi, alter fratris eius filium facit. ἐξέτασιν ποιούμενος.) γινώσκων τὰ χαυνωθέντα πράγματα. Quid χαυνοῦν sit, nisi εἰς χάος ἀναλύειν, hoc est ἀφανίζειν, non video. ἐπὶ γὰρ τοῖς ποταμοῖς τὸν ἵππον.) πέραν τοῦ ποταμοῦ εὑρισκόμενος, καὶ τὸν ἵππον αὐτοῦ δοὺς, καὶ διὰ μέσου τοῦ ποταμοῦ περάσας. δι' ὧν παρεσύροντο.) ἐν οἷς ἀπεπλύοντο.

73. εἰ καὶ τὰ στοιχεῖα.) Alter addit, καὶ ὁ καιρὸς ὡς δοῦλα τοῖς Ῥωμαίοις ὑποτάσσονται. τῇ περαίᾳ ἐναυλιζόμενος, ἥ τις τοῦ πικερδίου κατονομάζεται.) περαίαν hic intelligit Europæam partem, cis Constantinopolim. nondum enim traiecerat. Vtrum verò περαία nomen appellatiuum an proprium sit, quod olim κέρας, nunc Peram siue Galatham vocent, affirmare nō possum. ἀναρριψάμενοι.) ἀναψυξάμενοι. βλακευόμενος.) ἀλαζονευόμενος. οὕτω τοίνυν ἀγαπητῶς.) διαπεράσας τοίνυν ὁ ῥὴξ μετὰ τῶν συνακολουθησάντων αὐτῷ φράγγων: Quum rex Francis comitantibus traiecisset. ἐπιζυγοῦντες τὰς πύλας.) οὐκ ἤνοιγον. οἱ δὲ χείριστοι.) οἱ δὲ ἀδιάφοροι τῶν καστελλίων. ἀργύρειον ἀδόκιμον.) δεδολωμένον. περὶ τὸν βαθύν.) οἱ καὶ περὶ τὸν λεγόμενον βαθὺν τόπον ἀνελπίστως πολεμήσαντες.

75. βουλεύματα.) Alter addit, καὶ συνάγματα. ἢ τῇ φρυγίᾳ παρόδευεν.) ἤ τις τὴν φρυγίαν παρόδευεν. βόθυνον.) θόρυβον. ἐβάθυνεν.) ἐνεβάθυνεν. δικτεῖτο.) δεικνύντων. αὐτῶν.) αὐτοὺς ἐπιμεληθῆναι.

76. καὶ τῶν ἁρμάτων αὐτῶν ἐπιμελεῖσθαι.) ἅρματα an hic pro curribus ponat, an verò pro armis, more barbarico, incertum mihi est. ὡς εἰς νέωτα.) Videtur hic posuisse pro εἰς τὴν ἐπιοῦσαν. Alter codex habet tantum πρωΐ. ἴσασι δήπουθεν.) ἴστε. ἀποβλήματα.) ἀπόβλητα. ἄτιμα. τέσσαρσι τετραδίοις.) ἑκκαίδεκα. νίψασθαι.) Alter addit, τὰς χεῖρας ἡμῶν.

77. φιλοψυχήσωμεν.) μὴ ὀλιγωρήσωμεν, μὴ φιλοψυχήσωμεν. ὑγροπορευοῦντας.) πεζοπορευοῦντας. alter de nauigatione, alter de pedestri itinere. εἰς ὁμαιχμίαν.) γενώμεθα πάντες εἰς φραγμόν. ἀθρόοι ἐξιππαζόμεθα.) πυκνώσαντες ἑαυτοὺς ὡσεὶ πύργος, ἐντὸς εἰσῆλθοσαν, καὶ ἡ τῶν ἀλόγων ὀξεῖα ὁρμὴ τὸ ὕδωρ εἰς τὴν ξηρὰν ἐπαναχθῆναι ἐποίησε, καὶ ὄπισθεν τὸν ποταμὸν ἀνελθεῖν ἐβιάσατο.

IN LIBRVM II. DE IMPERIO *Manuelis Comneni.*

80. οἱ τῶν ἰταλῶν παῖδες.) οἱ ἀλαμανοί. Magna est Græcorum negligentia in distinguendis gentium nominibus quas appellant πολυσπερεσχῶν ἑσπέρια ἢ δυτικά. Confundunt Italos, Siculos, Latinos, Alemannos, Francos, Gallos, tantis locorum & ingeniorum interuallis distinctos. ἐπεὶ μάλα πολλὰ μεταξὺ ὄρεά τε σκιόεντα, θάλασσά τε ἠχήεσσα. Id inde accidisse reor, vel quòd Germani magnam Italiæ partem & Siciliam olim tenuerunt: vel quòd Romanum pontificem, summum sacrorum antistitem agnouerunt. Eas verò gentes quæ Byzantino Imperatori paruerunt, Romanorum appellatione celebrant. quod semel hoc loco admonuisse sufficiat.

81. ὁ τὴν συνέσιν ὕδρου γυμνότερος γυμνός.) γυμνοὶ τὴν ἐπίκλησιν, καὶ ὁ τούτου κεφαλαπικόυσιν γυμνὸς τοὔνομα. Vnde apparet, vel magistratus vel familiæ alicuius cognomentum fuisse, Gymnos, ὕδρου.) ὑπὸ ξύλον. ἅρμαγον.) ἀμβλύτερον καιρόν. χαυνότητος.) νωθρείας. ὑπερβὰς δέ.) τὸν περὶ μαλέαν πλοῦν, καὶ τὸν πορθμὸν διελθὼν, καὶ τὰς τούτου ἀμφοτέρωθεν χώρας καταδραμών. φρεσβαίτης.) φρεσβαίτης.

82. ἀναλέγεται.) ἀνάγεται. τὸ ψιλόν.) τὸ τοῦ στρατοῦ ἐλαφρόν, τοὺς παρ' ἡμῖν λεγομένους βασμούλους.

83. λιμβάδιον.) λιμβάδας δύω ἐξ ἀποπλῶν καὶ δυσμῶν ἔχουσαν.

84. χαλοῦσα.) σχαλοῦσα.

85. παλαιστιουργοῦ.) ἀναλύσεως ἀπρακτία.

συναλειφομένων.) συναλειφομένοις. προφύλακα.) πρὸς φύλακας.

86. τερήρεις.) τὰ κάτεργα καταφορτα καὶ γέμοντα μέχρι σκαλμῶν. [fortasse σκαλμῶν.] ἰταλοῖς.) σπαλοις. βασιλεύτατος.) ἀληθῶς βασιλεὺς. δομεστίκου.) τοῦ ἐξάρχου. εἶχε τοίνυν τὰς τερήρεις.) ἐθαύμασε γοῦν ὁ στόλος περὶ τὸ μόλιβον ἐν γῇ ἐμπλεύσας. κατακοῦον.) βεστιάκον.

87 περὶ τὸν ἄμαον.) καὶ περὶ τὴν ζαγρῶσαν κουρσεύοντας. καρακλεύσεσι.) κάρκουραι. ἑλικοειδεῖς.) ἐλοστρογγύλοις. ἵππαιοι βραχεῖ κειμένη.) πέτραι δὲ ἀπεσφενδονῶντο. τοξόταις καὶ τζαγκράτορσι.) Quid τζαγκράτορες sint, nondum reperi. Verti autem Funditores, non quòd veram interpretationem eam redderem, sed quòd non prorsus absurda videretur. τοῦ ἀττικοῦ.) τοῦ αἰγινήτου. φιλεῖν.) λυπεῖν.

88. ἱερῶντες.) ἱερῶντες. ἐπί τινος σκοπιᾶς.) ἐν ὑψηλοτάτῃ σκοπιᾷ. λιθοδίῳ.) τμήματι λίθου. ὑπερβλύσαι.) ἀναβλύσαι. ἔστι ἐξ ἀφετηρίων λίθοις.) Subintelligitur ὀργάνων ἢ μηχανημάτων: quæ qualia fuerint non declarat. Vocabulum non malè respondet vernaculo nostro, *geschutz*. sed bombardæ an eo tempore fuerint, dubito. Desideratur & hic diligentia historicorum, qui ea quæ suæ ætati nota fuerunt, etiam posteritati, subinde inuenta veterum nouis artibus abolenti, nota fore crediderunt. Proinde neque balistas, neque catapultas vertere ausus fui: tormenta nonnunquam verti generali vocabulo, quod non tantum cruciatum significat, vt apud Horatium,

Inuidia Siculi non inuenere tyranni

Maius tormentum.—— sed etiam machinam bellicam: vt apud Ouid. in Metamorph. de Licha & Hercule:

Misit in Euboicas tormento fortius vndas.

ἀνάθεσιν ἢ ἀνήρειστον, εἰπεῖν οἰκειότερον.) Romani saxa tormentorum sursum trudebant ac potius in montem aduoluebant. Hoc videtur velle, ad summam difficultatem irriti conatus & Sisyphij laboris ostendendam. Verbum ἀνήρειστον quid sit, me ignorare fateor: neque ab ἐρείπω, neque ab ἕρπω formatur. ἐρείπιστον nusquam legi. si verò ἀνέρριπτον legas, id minus & tenuius videbitur, quàm ἀνάθεσιν. Vetustus codex habet hæc verba duntaxat plana & simplicia: καὶ οὕτω μὲν ἐβιάζοντο πρὸς ὕψος ἀπερείπτειν τὰς πέτρας μετὰ τῶν πετροβόλων ὀργάνων: quæ ego in conuertendo sum secutus. ἐπενδύτην.) χιτῶνα τόν τε ἐντὸς, καὶ τὸν ἐκτὸς ἐπιδιδόναι τοῖς πτωχοῖς. φρατρία.) πλῆθος.

89. ἐκ τῆς τραπέζης.) ἐν τῇ τραπέζῃ ἐπρεπεν αὐτοῦ. μετεδίδου αὐτοῖς ὧν ἔχρῃζε. οὐκ ὀρθῶς τὰ ἐς πίστιν.) ὡς βογόμιλος. De Bogomilis autem vide Zonaræ Alexium Comnenum: quanquam, vt fuit monachus ille socors & negligens, quæ fuerit eorum hæresis, non satis explicat. χοιροτριβῆ γέρων.) προότερον κουρεύσας καὶ πομπεύσας αὐτόν. Intelligo autem τὸ πομπεύειν, ignominiosam traductionem per vrbem aut theatrum, qui ἄτιμος θρίαμβος aliquoties à Zonara dicitur. Nisi quis existimet sacri ordinis ademptionem intelligendam, quæ vulgò à sacrificulis *Degradatio* dicitur. ἀντίδοξος.) ὁμόδοξος. τοῦ μοναχοῦ.) μοναχῷ τινί. σοφίας δ' ἁπάσης μεταλαχών.) Vetusti codicis verba longè planiora sunt: ὁ δὲ κοσμᾶς, inquit, ἦν, ὡς μὲν ἀπὸ τῆς πόλεως αἰγίνης, διάκονος τὴν τάξιν, πάσης σοφίας ἔμπλεως, ἐνάρετος, καὶ ἐπὶ πλέον τῶν ἄλλων ἀρετῶν τῇ τῆς ἐλεημοσύνης ἐκαλλωπίζετο ὡραιότητι. οὕτω γὰρ ἐπὶ τῇ ἐλεημοσύνῃ ἐσεμνύνετο, ὡς καὶ τὸν χιτῶνα αὐτοῦ τόν τε ἐντὸς καὶ ἐκτὸς ἐπιδιδόναι πτωχοῖς, καὶ τὴν σκέπην τῆς αὐτοῦ κεφαλῆς, καὶ οὐ μόνον ἐξ ὧν εἶχεν ἐδίδου, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις οἰκονόμει παρέχειν τοῖς χρείαν ἔχουσιν. Paraphrastes verò noster postremam periodum planè obscurauit, ne dicam deprauauit, quum scribit: καὶ πράγματα παρέχειν τοῖς ἀφ' ἑστίας μὴ διφῶσι μόνον αὐτά, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀπορίαν ἄλλων τυρβαζομένοις. quæ verba sic conuerteram: Suisque domesticis non solum illa requirentibus, sed etiam alienam opulentiam reprehendentibus negocium facesseret. Quæ verba quid sibi velint, profectò nescio: adeo delirat ineptus elegantiæ immodicę affectator, dum vel in id incumbit, vt paraphrasi cum archetypo certet: vel summam orationis virtutem putat, nihil proprijs verbis eloqui, καὶ τὸ ἀφανῆ μύειν vbique adhibet. ἡ γοῦν φρατρία.) ἡ γοῦν πλῆθος τῶν κακίστων ἀρχιερέων, τῶν μὴ τὴν αὐτοῦ ἀρετὴν ἀποδεχομένων, διαβάλλουσι τὸν πατριάρχην τῷ βασιλεῖ, ὡς τὸν αὐτοῦ ἀδελφὸν ἐπὶ τὸ ὕψος τῆς βασιλείας ὁ πατριάρχης ἀναβιβάσαι βούλεται. λόγοις γὰρ ὁμιλοῦσι κατὰ μόνας ἀμφότεροι, καὶ νύκτας ὅλας ἀγρύπνοις διατελοῦσιν ἐν ταῖς συντυχίαις αὐτῶν, καὶ συσκευὰς κατὰ σοῦ ἐργάζονται.

91. ἀξιώτατον.) ἀξιόμαχον. στρατηγετίδα.) στρατηγίδα. συνόδου.) παράλογον σύνοδον. εἰς ὧν τῶν κυκλουμένων.) τῶν ὑψηλῶν. ἡρμόττ-

τοντο.) ἐπελκοῦντο ξύλα μεγάλα, καταρτια μεγάλων καραβίων συνηρμόζοντο. ἐδέξαντο βλῆθρα.) καὶ προσεκολλῶντο ἐπάνωθεν ἔπειρα.

93. παπούκης.) πουπάκης sæpius scriptum reperio. τὸ σημείῳ) τὸ σημεῖον. ὤμοις.) ὄμματι.

96. περαλλόμενοι.) προσαλλόμενοι. ὡς ἄγχ ἀναγκαία.) Puto ἀναγκαία pro ἀνάγκη esse positum, vt καλλιόπεια pro καλλιόπη. ἐξ εὐβοίας.) ἐκ μιτυλήνης ἐλθοῦσι. πέπλοις χρυσοϋφέσι καὶ ἁλουργοῖς τάπησι.) μετὰ βλατίων χρυσῶν, καὶ πουκίων ἐξωμπλωτῶν. ἀνδράρειον κελενοχρῶτα) σμαραγδινὸν σκλάβον.

98. χάζουσας εἰς κενὸν.) ματαίας οὔσας. καπελανὸς.) καστελλανός. φρουραρχίας περιΐστατο.) ὁ ἄρχων τῆς φυλάξεως. τὰ κέρκυρα.) Fortasse librarij error est, pro, τὴν κέρκυραν.

99. ὁ τοῦ δαβίδ.) ὁ δαβίδ.

100. ἀνανταγώνιστον.) ἀξιαγώνιστον. sic etiam sequenti folio.

101. ἐκπυρρωνίσματα.) διὰ σημείων πυρίνων. γράμμα εὐάγγελον.) χρυσόβουλον. θέατρα.) παραβιβασμοί. ἐπεισῤῥήκεν.) Fortassis ἐπεισεῤῥύηκεν, vt ratio Grammatica postulat, ab ἐπεισρέω, vel ἐπεισρυέω. μισθοφορικὸν.) πεζικόν.

102. ἀπείρων.) παρέχων. χαρείως.) μέχρι καὶ θανάτου. αἰγαιοπελαγιτῶν.) εἰς τὸν τῆς σκαμάνδρου τόπον. διήλασε.) ἀπέκοψε. διαστὰς.) ἐκκοπεὶς. ὑποστὰς.) συνδυτήσας.

103. ἐς τὸν ὀφθαλμὸν.) πλήττει μέσον τῶν ὀφθαλμῶν.

104.105. λεῖαι.) τὰ κοῦρση ἐν τοῖς ἀλόγοις φορτώσαντες. ὑπειληφὼς.) ἀπειληφὼς. ἀξιωτελῶς.) ἀσυμφόρως. καλαυρίας.) καλαβρίας. ἀναμαχόμενος.) ἀναμαχούμενος. ἐχθρῶν.) ἀνδρῶν. χαζομένης φλεβὸς.) καὶ εἰ πεινᾷ φλεβοτομεῖ τοῦτον. ἑρμαϊκὸς.) εὐγενὴς καὶ ἀνδρεῖος. παιδευμάτων ἐλευθερίων.) τὴν ἡμετέραν γραμματικὴν πεπαιδευμένος. ὁ κομνηνὸς ἀλέξιος ὁ τοῦ βρυεννίου καίσαρος υἱὸς.) Pro κομνηνὸς fortasse legendum βρυέννιος. nisi fortè filius cognomen à matre propter Imperatorem stirpem acceperit.

106.107. ἐξαρτύσας,) ἐξαρτήσας. ἐπεὶ δ' ἅπασι σχεδὸν.) ἐπεὶ δέ τισι. ἐπεὶ δ' ἅπασι σχεδὸν.) Alter codex breuius eandem sententiam complectitur, his verbis: οἱ ἀστρολέσχαι φασὶν, ἐπακριβοῦνται τῷ ἀγγέλῳ ἢ ἐξόδοις, ὡς οἱ τῶν ἀστέρων ἀγαθοὶ σχηματισμοὶ ἐνεδίδοσαν. παρὰ.) πρὸς. οὔτε μὴν τῷ ἔρῳ.) οὐδ' αὖ πάλιν ἐν ταῖς εὐκολίαις τῶν πραγμάτων διαχεόμενος παρ' ὃ πρέπον ἦν, ἀλλὰ πάντα ἐν καιρῷ ποιῶν. τῆς σωματικῆς φυῆς.) τὴν δὲ σωματικὴν εὐμορφίαν ἐπὶ τοῦ προσώπου φέρων, ὡς οὐδεὶς ἄλλος τῶν τότε. ἐπεὶ δ' ἅπασι.) ἐπεὶ δὲ πολλοὶ ἀνόητον τύχην δοξάζουσιν, ὡς πρὸς τοὺς σχηματισμοὺς τῶν ἀστέρων καὶ τὰ πράγματα γίνονται, εἱμαρμένην εἰσάγοντες, καὶ τῆς θείας προνοίας καταψευδόμενοι φαίνονται. παλίμποις γίνεται.) πάλιν στρέφεται. τὰ τῆς ἀμίλλης ἀνάλογα.) πάλιν τὰ πρὸς πόλεμον ἡτοίμαζε. σεμνὸν.) σεμνότατον. εὐξύμβολον.) εὐξύμβουλον.

108. 109. εὐηθείας ὠδῖνας.) εὐκτηρίοις. Tertius codex habet, τὴν ὑφαντικὴν τέχνην τῶν βλατίων ἐγίνωσκον. καμπῆς.) καπύης. ἐξαμίτων.) ἐξαμίτων. ὠρθιάζοντο.) διηγείροντο. μαλέαν τε ἐπικάμψας.) τὸ αἰγαῖον πέλαγος πλεύσας, καὶ τὰ τῆς ἀβύδου στενὰ διελθών.

111. 112. χειμερινάς.) ἐαρινάς. πείσας.) ποιήσας. θετταλῶν ἐπιλαχέσθαι.) εἰς θεσσαλονίκην ἔρχεται. ὁρμητήριον.) ἐπιτήδειον τόπον. ἀλλὰ τί ἔχοι εἰπεῖν.) ἀλλὰ τί πρὸς τὸν ἠγωνισμένον εἴπῃ τις ἄν, καὶ οὕτω προθύμως ἡμιλλημένον, ὡς εἴη παραστησάμενος τὸ ἀλλόφυλον, ἤρητο.) ἤθελε. δυσμικῶν ἐχθρῶν.) ἐθνῶν. τυραννεύσας.) ἄρξας. δουκικὴ ἀρχὴ.) κεφαλή. οὐνάρχης.) Ῥὴξ τῶν οὔγγρων. πρὸς βραχὺ μὲν κατηγωνίσατο.) καὶ πρὸς ὀλίγον καρτερήσας ὑπέστρεψε.

113. 114. διαθάλψας.) εὐεργετήσας. διπλόη.) Alter addit, ἀπάτη τῶν λόγων. ἢ ὅσα ἐκεῖνος κάστρα.) ἢ γοῦν ὡς ἐκ λύκου φάρυγγος ποίμνην λαβὸν ἤπατος προσαπαιτῶν, καὶ λαμβάνων ὅσα ἐκεῖνος ὑπηγάγετο φρούρια ἐκ τοῦ τῶν ἀρμενίων κατάρχοντος; ἀλλ' ἀνέδην.) οὐ κρυφίως, ἀλλ' ἀδιαντρόπως καὶ φανερῶς. ἐκ γὰρ τοῦ αὐτοῦ πατρὸς.) Eudocia tertio gradu attigit Andronicum, hoc modo:

——————Alexius,——————

Ioannes	*fratres*	Isaacius.
Andronicus,	*patrueles.*	Andronicus.
Eudocia.—————	—————	*incesti.*

αἱμυλία.) κολακεία. ἀπαλυνθεὶς.) χαυνωθεὶς. ὧν περιειπόντες ἔφθημεν.) περὶ οὗ εἴπομεν ὄπισθεν. Sic supra, περὶ οὗ ἔμπροσθεν λέξομεν. Vnde apparet, ὄπισθεν ad præteritum, ἔμπροσθεν ad futurum tempus pertinere huic scriptori, verborum significatione commutata & inuersa.

115. 116. τραῦμα εἰς θαῦμα.) θαῦμα καὶ θέαμα ἡγεῖσθαι καινόν. τοιάδε.) αὐθάδη καὶ βασιλειῶντα. ἐρήμης.) ἐρήμου. ταῖς χερσὶ πρότερον.) περιπετάσματι τὴν ὄψιν καλύψας, ὡς εἴη ἀφώρατος,——ἐν στάσεις δ'. διαθρονηθεὶς.) διαταραχθεὶς. περιαίφασιν.) βουλήν. θάνατον οὐχ ἧττον.) καὶ πλέον ἔχει θανάτου τοῦτο τὸ μετὰ γυναικείας εἰσαχθῆναι στολῆς. ἐγκαρσίως διατεμὼν.) σχίζει τὴν τέντων ἐκ πλαγίων. ἐνδιαβαλλομένου.) αἱ διαβολαὶ τῶν ἀνθρώπων ἐξέβαλλον ἑκόντα καὶ ἄκοντα. θερμουργὸς.) φρόνιμος.

117. 118. 119. καὶ χολὴν ἐπίμονον.) καὶ ὃς ἂν εὕρῃ τοῦτον, ἢ κρατήσῃ αὐτὸν, μεγάλην εὑρήσῃ ἀποδοχήν. γέρανδος.) γήραλδος. ἐχλώριζεν.) ἐλωρίαζεν. ἐπίπλοις.) μετὰ βλατίων χρυσῶν καὶ πεικίων ἐξαμίτων κατακόσμιον τε καὶ ἐκαλλώπιζον. ἱπποτὴν.) μετὰ κονταρίων καὶ ἀλόγων ἀραβικῶν. μετεωρίζων.) παίζων. προνοουμένην.) μετὰ τρεναιτίου ἤτοι βούκλας ἠσφαλισμένην. χρυσοφάλαρος.) χρυσοῦν χαλινάριον φορῶν. ὑποσκαίροντι τῷ ποδὶ.) γυρίζων τὸν αὐτοῦ σφόνδυλον καὶ κρούων τὸν πόδα.

120. 121. τοῦ ἀέρος ῥόθιον.) ὁ δὲ ἀπὸ τῇ ὁρμῇ τῶν ἵππων τιμνόμενος ἄνεμου. τῶν παθαινομένων.) τὰ τῶν παθημάτων. συνδύο ἱππότας.) δύο καβαλλαρίοις στήσας ἐν τῷ ἅμα, καὶ σκυτίσας τὸν ἵππον, καὶ ἐγκράξας, καὶ τὸν ἕνα δοὺς μετὰ τοῦ κονταρίου κατέλαβεν. κατ' οὐρὰν.) ὄπισθεν. τὸ μεθ' ἡμέραν.) ἡ ἀναμονή.

122. 123. παῤῥησίας.) δυναστείας. ἐλευθέρεσι.) ἐλευθέριοι. εὐτυχῶν.) δυστυχῶν. λαβὼν.) ἀπολαβὼν. κατίδουσαι.) ῥάνασαι. διερράγη.) διπλῶν. διαλιτρείου σκύφον περιχειλῆ.) Ambiguum vtrum περιχειλῆ

περιχειλῆ adiectiuum ſit pro pleno vſurpatum: an verò περὶ χειλῆ, circum oras, ſit legendum. μαργαρίτῃ.) μάργον. κοράτοις διαδέχλω.) αὐχλῶ. κιλικία.) ἁρμονία. Creberrima eſt hæc permutatio. Nam vetuſtus codex ferè ſemper ἀντὶ λατίνων μὲν φράγγοις, ἀντὶ δὲ κιλικίας ἁρμονίαν τίθησι. δοχεῖον ἐρυθροδαίνη.) χρυσοβυλλον δοχεῖ μετὰ λίθων λαμπρῶν. ἀλλὰ καὶ κακοεργὸς ὅστις δή.) καὶ ὄφιν μὲν τινα δρακοντώδη καὶ λέοντα ἄγριον, καὶ ἀνήμερον θηριοτρόφος τις, ἐκφεύγει τὲ βλάβης αὐτοῦ ἄνθρωπον δὲ κακοποιὸν καὶ πονηρὸν κτλ, &c.

124.125. διάκων δὲ τὰ συμπόσια.) τοιοῦτος δ' ὢν ἀεὶ ἐν τοῖς γάμοις καὶ χαμαιζικίοις ἀεὶ παρέβαλλε, καὶ ἦν καὶ τῷ βασιλεῖ δυσαπόδεκτος. μετήγκιζον) μετήγγιζον legendum. fit enim non παρὰ τὸ ἄγκος, ἀλλὰ παρὰ τὸ ἄγγος, ὃ ἀγγεῖον, quaſi tranſuaſare dicas. λακανίδα.) γεμάτην τὴν πορφυρᾶν λακάνην. χρυσόπαστος.) χρυσοτρέκλινος.

126.127. ἐλογοποίησε εἰς τὸν συμπεσόντα.) ἐξήμαρτε. συμπεπτωκότος.) ἐχρό'ς. πεπιβίνου.) πεπινίνου. ἰταλιώτης.) φράγγος. περίσημον.) ἔκπρεπα. ἦν δὲ καλή.) Verba ſic ſonant: Erat autem formoſa mulier, & valde formoſa, & ſupra modum formoſa, & incomparabili pulchritudine: vt planè nugæ eſſent ad eam collata, Venus riſu gaudens, & aurea Iuno candidis brachiis, & grandibus oculis: & Lucæna longo collo, & pulchris talis, quas vetuſtas ob formam immortalitati conſecrauit. & cæteræ vniuerſæ, quarum inſignis pulchritudo libris & hiſtoriis celebratur. Hæc in conuerſione de induſtria prætermiſſa, hic ſubieci, ne me negligentiæ accuſent, ſi qui fortè ſunt, qui ineptiis delectentur. καὶ τοῖς ἐκεῖθεν κολάσεσι.) ad inferna ſupplicia, vt homo impius rapiendus. Quorſum attinent iſta tragica? Chriſtianæ charitati neſcio quàm conſentanea, plena certè inhumanitatis: quare à me prætermiſſa ſunt. Videat quiſque vt ipſe rectè viuat, & bene moriatur: iudicium de aliis relinquat Deo, cuius iudicia longè alia ſunt quàm hominum, præſertim ineptorum. ὅμαξα.) φορεῖον. ἐγκείμενον,) ἐκκείμενον.

128.129. ὑφείλοντο.) ἀφείλοντο. ἤπερ.) εἴπερ. μόναις.) μόνον. τιμώσι) τιμῶσι. ἀποκαθημένον.) ἄπαθον. ἀναβραχθεῖσα.) κλονηθεῖσα. βήματος ἔνδοφοι.) ἀρχιερέων ἐνάρετοι. ἱερουδίεσι.) ἱερεῦσιν.

130.131. ἀναλάμψας.) ἀνιὼν, ἀναβὰς πεπάσαι ἐπὶ τὸ περιμαχονίου ἱστάμενος. τραπεζῶν σιδήρεα.) τὰς λίτρας αὐτῶν οἱ καταλλάκται ἐπὶ τὰς τραπέζας κτυπῶντες. ἐδάφει.) ἐδάφαζε. χρυσώνων.) θησαυρῶν. τρυφῶσα ἐσθής.) βλαττία χρυσᾶ καὶ ἑξάμιτα, καὶ ἕτερα βλαττία ποικίλα καὶ ἀκριτά.

132.133.134. κανοσταμένη.) ἐσγδίσε εἰς ξενικὸν καὶ ἰδικόν. διαστίας) πλᾶσιν. ἀφιαμάξης.) ἀμάξης. ἰσπλαν.) ὁρμήν. μερῶν.) μαιῶν. κευζαθηλάτην.) Significat haud dubiè vox hæc aliquid, vt & μούρτζουφλος: ſed ſcriptor hanc alijs æquè ac ſibi notam eſſe ratus, non declarauit. ἀκόλαστος.) ἀκαταστατος. δράκοντα.) καὶ ἔχει τὸ φάρμακον τῆς κακίας αὐτοῦ.

135.136. ὡς εἰς ἄνεσα πλατέα.) ὡς ἐξερχομένους τούρκους μετὰ τῶν κατοικιῶν αὐτῶν, καὶ βόσκοντας τὰ ζῶα αὐτῶν. Diuerſa eſt hic ſententia: Turcos cum ſuis tentoriis egredientes, & ſua pecudes paſcentes. οἰκουμένην.) συνοικουμένην. μετήρχετο.) διήρχετο.

137. σωματίων.) νοσημάτων.

IN LIBRVM IIII. DE REbus Manuelis.

138. παιωνικά. οὐγγρικά. σλαδίσλαβος.] Id fortaſſe nomen eſt, pro quo nunc Ladiſlaum vſurpant

140. μάρος ἴσως ἐκεῖθεν δασμὸν) καρδανίων τὰ ἀπὸ τῶν ἐπανοικίων τῆς φραγγοχωρίου. βραχνίζοσα.) γεχνίζοσα.

141.142. ἀλλοεθνοῖς.) ἀπλάβου βαρβάρη. ἔκτυπα.) αὐτίτυπα. καλώδια.) σφηκώματα. ἀκάτιον.) σανδάλιον.

143. χρόνον οὐχὶ συχνόν.) χρόνον πολύν. ἔξαψε πολλαῖς διὰ λώρων.) μαγγλάβια δοὺς πολλά.

144.145. νεωστὶ.) ἐκ νέου. ἐκηβόλοι Ρωμαῖοι.) μετὰ ζάγγρων καὶ ἑτέρων ὅπλων. αὐτὸς τὴν σφενδόνην, τὸν πετρόβολον, καὶ τὸν λόγον διατιθέμενος.) Cùm quid palam ſiue fundam, cardinem & baculum appellet hic, ob ignorationem cuiuſmodi machina fuerit, non ſatis teneam: generaliter hunc locum ſum interpretatus. ἄοκλας οἱ δὲ τεώτας) Non abhorret à noſtro vernaculo, *erkher*.

148.149. ὁμώμοκε.) ὁμομώκει. κατεσκεύασαν.) μετεσκεύασαν. ματεγκεντρίζειν.) ματεγκεντρίζεσθαι πίονα. ἄλλων.) ὅλων. διασπείρας εἰς σπεῖρας.) εἰς κεφαλὴν καὶ οὐρὰν, καὶ ἐκ πλαγίου τὴν στρατιὰν αὐτοῦ συνέταξε.

150.151. ὡς ἔρνος ἀναβαῖνον.) κυπάρισσος. περὶ τὰς ἐξάλλους στολάς.) καθ' ἑκάστην ἡμέραν ποιοτίας στενὰς καὶ σφιγγούσας τῷ σώματι, πρὸς τὸ αὐτὸς ἐπινοήσας αὐτὰς πρὸς ἐρωτικὴν κατακόσμησιν. ἡ δὲ ὡς ἑάλω.) ἡ δὲ φιλίππα τοσοῦτον ἐκαχτήθη τῷ ἔρωτι αὐτοῦ καὶ ὑπέκυψεν, ὡς οὐχ γυνὴ αὐτοῦ νόμιμος, καὶ ἐπελάθετο. καὶ τοῦ οἴκου, καὶ τῆς πατρίας αὐτῆς, καὶ ἠκολούθει αὐτοῦ.

152. οὐ πολλαὶ δὲ ἡμέραι παρήλθοσαν.) Quia nimium laſciuire mihi eſt viſus, & penè vltra poeticæ licentiæ fines euagari, ſiue Choniates, ſiue paraphraſtes quiſpiam eius (nam vetuſtus codex, qui ex archetypo autoris deſcriptus videtur, longè paucioribus rem abſoluit) ſummam duntaxat huius amatoriæ narratiunculæ expoſui. Ne tamen curioſus lector quicquam deſideret, etiam hæc interpretari volui, quantumuis inepta: quæ (ſi typographis ita videbitur) in contextum hiſtoriæ reponi poterunt.

Non multis diebus pòſt Andronicus neglectis & contemptis cædibus, pugnis, bellis, claſſicis, terrore, metu, Marte ſanguinario, & bellicis operibus: Veneris ſacra colit. Quæ non Helenam ei ſubiicit, aut velut in conſpectum adducit, in Græcia & mediis Argis habitantem, & forma eius exhilaratum furore concitat: nec nauem ædificat, quam Phereclus gubernet: ſed Philippæ in vicinia habitantis formam depingit, & lenocinio conciliat amatori Andronico, ex ſola fama amore inflammato. Igitur abiecto clypeo, & galea repudiata, ſpretáque omni militia, ad amicam Antiochiæ degentem deficit. Quò cũ veniſſet, & amoris illecebris Martiũ ha-

Hæc fol. 151. de induſtria omiſimus.

bitum commutasset : tantum non lanam tractabat, aut telam texebat, & colum tenebat, vt olim Hercules Omphalæ, sic ipse Philippæ seruiens. Erat ea Petebini filia, soror eius quæ non ita pridem Manueli Imperatori, Andronici patrueli nupserat. Antiochiæ degens, deliciis inhiabat, ornamentorum penè ad insaniam studiosus, satellites per plateas circunducebat argenteis arcubus instructos, proceros, prima lanugine florescentes, flauis capillis nitentes : eáque ratione venabatur eam à qua ipse captus erat, & amatoriis vinculis irretitus, & par pari cum fœnore referebat : cùm alioqui admiranda forma cõspicuus, tum vestibus subinde mutatis insignis, iis præsertim quæ vltra nates & femora demissæ finduntur, & ita corporibus applicantur, vt veluti attextæ illi esse videantur: cuius inuenti autor ipse extitit, laxata vultus toruitate, perpetua seueritate remissa, grauitate morum & solicitudine seposita, abiectóque supercilio. Ceterùm illa prorsus capta, coniugio assensit: atque ædium & patriæ oblita, amatorem secuta est.

σκάφη.) σκάφην. μηλοβολοῦντας.) μηλοβατοῦντας. μίξεσιν.) περίξεσιν. ἀδελφῇ.) θυγατρὶ. καὶ καθ᾽ ὅσον ἤδη τὴν ἐρωμένην ὑπαγαγέσθαι.) καθ᾽ ὅσον ἤδη, pro iamiam, haud scio an vsitatum sit. si εἴδη aut ἤδη παρὰ τὸ εἰδέναι legas ne sic quidē placet, iudicium lectori relinquo.

153. 154. ἀδοξοῦντας αὐτὸν ἑώρα ἐκ τῆς.) Verba sic sonant : Quum igitur Constantinus se à Philippæ amoribus despici cerneret, qui alas ad alium librarent, & Andronicum malis peterent, eíque faces præferrent. γαλῆ τὸ τοῦ λόγου.) Verba sic ferè sonant. Quemadmodum mustela, vt aiunt, ad sebum, ad pristinas fugas reuersus, vetustísque suis machinis tentatis. Et vt erat luxuriosæ vitæ, & vt equus erga mulieres insaniens, in vetitos concubitus ruebat, carnaliter appropinquabat, & intēperāter indulget libidini Theodoræ filiæ patruelis natu maioris Isaacij, &c.

ἀκμὴν.) καιρὸν. ἔχων.) ἕλκων. σαλτύχα.) σουλτανὶ. χαλδίας.) χαλδαίας. γένος ἀπεσβεσμένον.) ἀφανές. ἰσχύοντας.) τοπάρχας. περὶ τὸ γένος ἀκολασταίνοντα.) αἱμομιξίαν. σοφιστής.) φρόνιμος. ἀποστήσας τοῦ οἴκοι) ἐπὶ δὲ τῆς δόξης καὶ τῆς τιμῆς ἧς εἶχεν ἐν τῇ ἐξουσίᾳ αὐτῆς. σαββάτου ὁδόν.) ἵνα ὀλίγον τόπον ἐξέλθῃ πρὸς ἀποβολὴν τοῦ ὁμιλῆσαι αὐτὴν, καὶ ἀναθεῖναί τινα τῆς ἐκείνου. ἐν μεθέξει γενόμενος.) ὡς ἐν οἰκείᾳ διάγων χώρᾳ.

155. 156. ἀκροτόμοις.) ἀκροκόμοις. ὀλολύζουσι.) μέμφονται. ἐπιφασκούσης.) ἐπιφαυσκούσης. καὶ κακοβούλως τῶν προτέρων λανθανόμενοι.) Referri potest hoc vel ad meritorum & rerum gestarum obliuionem, vel ad insolentiam, pristinæ sortis immemorem. κοπτομένη θερμότερον φλώης.) Verba sic sonant : Ardentius & miserabilius fulica, draconibus mœstius, halcyone lugubrius.

